

HISTORIA

SACRU

CALENTINA

EDITOR<sup>a</sup>

HISPANICA

*Juan de*  
*Janet*

*Alonso*

21.

*No 21*

**I**

00043



5<sup>o</sup> 12<sup>o</sup>

BIBLIOTECA

DE LA

Universidad de Salamanca.

2<sup>a</sup> Est. 13. Caj. 4. Núm. 16

2-13-1-16



2-13-7-76

2-13-7-76

I  
49



I  
00049

Incipit compendiosa historia hispanica. In qua agitur de eius situ & descriptione: salubritate ac ubertate: gentisque humanitate: & ad religionis cultum pietate: ceterisque eiusdem regionis laudibus. Demum de Gothorum Vandalorum: & ceterorum ad Hispanias accedentium origine & in Hispania regnantium antiquitate. Necnon de regnorum erectione: regumque successione: ac claris illorum successibus. Tandem pro ampliore historie ornatu inter ipsa hispanica gesta inseruntur breui Priscorum Romanorum: Græcorum: & aliorum exterorum antiquorum clarissima gesta: dicta: & insignia documenta ad cuiusvis principantis: potentis: seu nobilis: ac privati hominis instructionem edita: a Roderico Santii utriusque iuris ac artium professore Episcopo Palentino Hispano Sanctissimi domini nostri domini Pauli Pontificis Maximi in Castro suo Sancti Angeli de Vrbe Romana Prefecto.

Prologus

ERENISSIMO AC INVICTISSIMO principi domino. D. Henrico. iiii. Castellę & Legionis Regi excellentissimo. eiusdem regię magestatis humilis capellanus auditor & consiliarius Rodericus Santii de Arevalo utriusque iuris & artium professor Episcopus Palentinus: Hispanus Castri sancti Angeli almę Vrbe Romę: pro Sanctissimo domino domino Paulo secundo Pontifice Maximo Castellanus seipsum cum supplici recommendatione. Falluntur plurimum qui Hispaniarum laudes: patrię situm gentis religionem: & cultum atque uirtutes: & studia: bellorum quoque uictorias. aut nolunt aut scire negligunt. Idque ut arbitror ob scriptorum inopiam contigisse putandum est: quemadmodum de gestis Romanorum Salustius

UNIVERSITARIA  
SALAMANCA



in Carbelinario conqueritur. Inuidet enim Atheniensibus quæ res sue scribentium industria longe illustriores in toto orbe quæ fuerint referantur. Nec aliter de rebus Hispanicis dici potest: nam & Persarum: Græcorum: & Romanorum gesta licet amplissima fuerint: uerum aliquanto forsitan inferiora quam fama ferantur. Sed quia magna scriptorum ingenia ea lustrarunt per orbem terrarum pro maximis celebrata sunt. Hispanica tamen gens nunquam habuit talem copiam scriptorum: quia pauci ingenium sine corpore exercebant: & quilibet optimus uir potius uolebat facere quam dicere. Cupiebatque amplius sua benefacta laudari quam ipse aliorum benefacta narrare. Ceterum nonnulli Hispanas res legere dedignantur: eo ut puto errore ducti: quo nonnulli bonarum partium ac rerum inexperti: quæ in angulo mundi ut aiunt: Hispania sita esse uideatur: contendunt atque extra orbem posita. ut eorum uerbis utar ab orbis gloria aliena uideatur: longe aliter sapientes cosmographi sensere: qui orbem descripturi: ab Hispania tanquam a principali orbis porta incipere. Cum enim mundi machina marino circumfusa sit pelago: Hispania illa est: quæ ad orbem ipsum aditum præbet: ueluti ex cuius oris atque littoribus Atlantici moti oppositis: pelagus ipse oceanus profluit. & Africam: Asiam: Europamque nondum nobilitat: sed lustrat: atque determinat. Ut igitur huiusmodi hominum error tanto apertius amentibus sensatorum exulet: quanto est a ueritate remotior. Madauit mihi Serenitas. T. quæ totius orientis: simul & mediterraneæ: ac Septentrionis regionum situm descriptionem & principatus præclarasque res sic mense tenet: ac si pedibus oculisque: illa omnia peragrande conspexisset. ut nostram Hispaniam imo tuam: quæ occidentis plagam tenet: ad aliorum potius quam tuam instructionem breuissime describeret: ac paucis quibusdam ut ita dixerim

syllabis: paucula quedam interplurima: quæ huiusmodi prouintiam concernere: & ornare uidentur subiicerem. Verum quia nonnulli sancti & egregii uiri res Hispanicas summatim describere: prouintie situm: gentis mores: præconia simul & præclara facinora non satis complectentes. Inter quos beatus Isidorus breui sed graui stilo: gothicæ gentis originem qui in Hispania regnarunt: Ex quibus tua magestas tuicque progenitores ortum trahitis. regumque ipsorum gesta & successiones: sua usque tempora cõtexit. Rursus id ipsum egit Lucas tudeñ. Deinde Rodericus sancte sedis Toletane Archipresul: eorundem regum successiones: pariter & successus usque ad tempora Fernandi: huius nominis. iiii. a quo per rectam lineam tua magestas. xi. gradu distat breui. Sed suauis eloquio lustrauit. Quæ omnia eadem tua excellētia solerter inspexit. uoluit tamen nunc singulari suo ingenii acumine: & præteritas præclarasque res agnoscēdi desiderio accensus: nedum eorundem Hispaniarum situm & laudes regumque successiones: simul & successus: post eundem Fernandum. iiii. agnoscere. sed longe antea primo uidelicet Hispanie rege post illius calamitosam miseramque cladem: quem Pelagium esse constat: usque ad moderna hæc tua tempora: præfertur quia ea omnia latino sermone descripta: non plene reperiuntur. Iniunxisti profecto princeps Serenissime rem: optimo principi debitam ac te dignam: dum uoluisti ut ea omnium præclarissima orbis regio: quæ tibi famulatur naturali subiectione: obsequatur & delectabili lectione: & delecteris illius præconia ac res gestas legendo: quam diligis eius incrementa querendo. Faciam igitur satis non quidem desiderio: sed præcepto tuæ magestatis & rem ipsam altius repetēdo: breuissimas quatuor in hoc historie compendio particulas edisseram. In prima quidem Hispanicæ auræ salubritatē: terreque feracitatem: auri argenti



ac ceterorum metallorum & mineralium . diuitias : ac fe-  
cūditatem : gentis quoque religionem : fidem : amicitiam :  
humanitatem : strenuitatem : denique ac ceteras hominum  
& glorie Hispanie laudes & preconiā : breui interseram :  
Sicut rursus Hispaniarum illarumque descriptionem :  
respectu ceterorum orbis climatum : & regionum an-  
tiquitatem . Denique principatus Hispanici : regnorumque  
erectionem : sed & diuisionem & quādo & quomodo : &  
a quibus inceperunt : ac in quo tandem regno Hispanie  
titulus resideat : Rursus in ea parte Græcorum : Penorū  
ac Romanorū ad Hispanias ingressum . Initium denique  
& originem principatus Gothorum | Astrogothorum | Van-  
dalorum | Alanorum | Vignorum | Sueuorum : illorumque ad  
Hispanias accessum & incolatum & principatum succin-  
te perstringam . In secūda uero parte eorūdem Gothorum  
primum in Hispania regnantium principatum : illorumque  
regnandi ordinem successiones ac gesta usque ad Rodericū  
ultimum eorūdem Gothorum regem : sub quo calamito-  
sa clades Hispanie secuta est : breui calamo percurrā .  
In tertia tandem parte sequentium regum omnium Hispanie  
successiones : & succedendi ordinem : successus denique  
& clariora eorum gesta a reparatione Hispanie inchoādo  
uidelicet post infelicem cladem usque ad Fernandum . iii .  
predictum : qui a Pelagio ipso primo post dictā cladem  
regnante . xxxv . rex fuit summatim repetam . nonnullaque  
addam | a predictis scriptoribus intacta . In quarta parte  
continuās Roderici Toletan historiam incipiam a dicto  
Fernando in quo ille scribendi finem dedit . Deinde se-  
quentium post illum in Hispania regnantium successiones :  
clarioraque gesta usque ad hos nostros dies in quos fines  
seculi peruenerunt : quibus . T . excellentissima . M . feli-  
citer regnat . Demum que predictorum regum tempo-  
ribus digna relatu fuere tam in Romana & apostolica

fede quam imperto clarioraque exterorum illustrium uirorum  
& pulchra sapientum documēta breui & fideliter referā .  
Ut quod unus Rodericus presul tam utiliter inchoauit :  
alius eiusdem nominis & professionis expleat : impari tamen  
sapientia & eloquio : licet pari affectu : dabo ego enarra-  
dis rebus testimonium uerissimum : ueluti qui partem cor-  
pus dedi historie : & hispaniarum oras : littoraque : & an-  
gulos a mari usque ad mare : seriose ac personaliter pera-  
grauis atque conspexi . Nec dubito a quibusdam multa in  
rebus ipsis scripta fore : que forte a tramite uere narra-  
tionis deuiasse audio : pro eo quia nihil oculata fide : sed  
per audita a remotis narrata scripturarunt . Tunc enim ut  
putamus res que libet certissimo comprobatur testimonio  
cum eodem utitur relatore : quo teste .

#### **Incipiunt Capitula prime partis**

- Capitulum primum de laudibus & preconis prouintie :  
& terre Hispanie : quo ad aeris & patrie salubritatem .**
- Capitulum secundum de Hispanie laudibus : quo ad terre  
feracitatem : & aliarum rerum ubertatem : que naturales  
efficiunt diuitias .**
- Capitulum tertium de Hispanie preconis : quo ad auri :  
argenti : & aliorum metallorum ceterarumque rerum copiam  
que industriales opes comparant .**
- Capitulum quartum de Hispanie laudibus : quo ad gentis  
religionem : fidem : amicitiam : humanitatem : strenuitatem  
& ceteras uirtutes .**
- Capitulum quintum de Hispanie situ : & descriptione : re-  
spectu ceterorum climatum : & regionum orbis .**
- Capitulum sextum de eiusdem Hispanie situ : & descriptio-  
ne respectu particularium prouintiarum in ea sitarum : seu  
diuersorum regnorum : in ea erectorum .**



**C**apitulum septimum de initiis antiqui principatus & monarchie hispanie: & quanto tempore per unum regem aut per plures: Hispania fuit gubernata.

**C**apitulum octauum de ingressu regum Gothorum in Hispania: & quomodo Vandolos & alias gentes ab Hispania expulerunt & de preclaris uirtutibus & gestis gentis Gothorum: & de laudibus eorum.

**C**apitulum nonum de origine gentis Gothorum: & de illorum principatu: & qua prouincia sunt orti: & de eorum egressu & clarioribus gestis.

**C**apitulum decimum de origine Vandolorum & Vignorum: & de illorum regnis & progressibus & clarioribus gestis & de illorum exterminio.

**C**apitulum .xi. de origine & initiis regnorum & regum Hispanie post miseram eius cladem: & a quo tempore & a quibus ac quomodo diuersa regna: in eadem Hispania erecta sunt: & de ortu & initio uniuscuiusque regni: & a quo incipit: & primo de origine regni: & regum Legionis & Castellae.

**C**apitulum .xii. de origine regni & regum Nauarum & quomodo & a quo inceperunt.

**C**apitulum .xiii. de origine regni & regum Aragonie: Valentie: & Cathalonie a quibus & quomodo initium habuerunt & de unione eorum.

**C**apitulum .xiiii. de ortu & initio regni & regum Portugaliarum: & quando quomodo & a quibus inceperunt.

**C**apitulum .xv. de ortu & initio regni & regum Granate & quando & quomodo inceperunt.

**C**apitulum .xvi. quomodo omnes reges & regnorum Hispanie ducunt originem ex trunco & stipite regum Castellae & Legionis.

**C**apitulum .xvii. quomodo in regno quod hodie appellatur Castellae & Legionis residet titulus & nominatio regum Hispanie.

**Explicunt Capitula prime partis.**

**Capitulum primum de laudibus & preconiiis prouincie & terre Hispanie quo ad aeris & patrie salubritatem**

**D**ICTVRVS de regione Hispanie eiusque situ descriptione: ac de Regibus in ea regnantibus & de illorum genealogia: & clarioribus gestis: decreui pauca ex multis contexere: scio quidem longiora aut breuiora dici posse. Ego tamen potius breuitati studui: quam copie: ne legentes fastidio afficiam: atque ut lectores artentiores reddam: dignum existimaui incipere a laudibus & insignibus preconiiis eiusdem Hispanie prouincie: gentisque religione: fide humanitate & amicitia. Primo itaque de terre Hispanice salubritate: ac aeris puritate. Secundo de glebe Hispanice feracitate: & rerum omnium fertilitate: que naturales diuitias ad humanum uictum necessarias gignunt breuiter differemus. Tertio de auri & argenti metallorum: ac aliarum rerum que industriales efficiunt opes. Quarto de gentis Hispanice religione: fide: humanitate: & laudibus: Verum ne domesticas laudes ab Hispano uiro allatas Hispanie gloriam minuunt: dabunt fidem historie: rebusque enarrandis uiri sapientes a seculo famosi precipue: Strabo: Pomponius mella: Denique Ptholomeus: Plinius: Solinus: Iustinus: plerique alii qui orbis & urbis gesta: fideli narratione scripserunt. Hispania itaque ab Hispano Herculis nepote appellata est: quam longe ante ueteres ab Ibero fluuio Iberiam alii Hesperiam ab Hespero sydere: quod eam respicit nominarunt: & ut statim latius in eius descriptione differemus. Hispania sita est inter Africam & Galliam: ut refert Strabo: quinimo ut Iustinus subdit: sicut minor utraque terra: Ita utraque longe uberior atque salubrior. Nam neque ut Africa uiolento sole torretur. nec ut Gallia assiduis uentis fatigatur sed media inter utramque hic temperato calore: ibi felicibus & temperatis imbribus gaudet. Rursus



ut refert Iustinus : Salubritas celi per omnē Hispaniam  
equalis est : nullaq; paludū graui aeris nebula inficitur :  
ut plures orbis regiones . Tanta deniq; ut Straboni pla-  
cuit in ea terra : aeris puritas est : ut in ea prouintia non  
facile noxium animal reperitur . Temperies item eius tā  
a prisca seculis est laudata : ut quidā elisos campos non  
procul ab ea posuerunt . Ibi enim mites cephiri flant . ibi  
uita ducitur facillima ; nam ad eam marine aurę accedūt .  
Vndiq; assiduiq; uentoz; flatus : quibus omnem prouin-  
tiā penetrantibus præcipua omnibus sanitas redditur :  
Nec Aristoteles rerum naturalium indagator solertissimus  
id ipsum negauit : ait enim in politis salubritatem terrę  
ex duobus maxime causari alterū ex cęlesti conformitate  
alterū ex uentoz; puritate . Conficitur primo patrię salu-  
britas ex cęlesti conditione : ut uidelicet hiemali tempore  
absq; nebulis : debita claritate lustretur . In estate uero  
immoderato calore non opprimatur . Secundo cognosci-  
tur terrę salubritas e uentoz; puritate : ea siquidem terra  
saluberrima comprobatur : quam boreales siue septentri-  
onales purificant uenti . Idq; contingit : cum talis orbis  
plaga ad eosdē aquilonares uentos aperta est : nec a pro-  
pinquis montibus impeditur ut Hispania : habent enim  
proprium ipsi septentrionales uenti : ut a cunctis conta-  
gionibus terrā quam uisitant puriorem atq; salubriorem  
reddant . Hinc Palladius Rutilius scribit : quia salubri-  
tatem cuiusuis regionis aerisq; puritatem declarant ipsa  
loca ab istis uallibus & nebularum noctibus absoluta :  
ac spirituū aquilonariū flatibus non impedita : Constat  
utiq; Hispanię terrā densis tenebrarū nebulis nō assidue  
infici nec a quibusuis montibus impediri : quin a septē-  
trionalibus uētis : libere uisitetur cuius salubritatis signa  
humana sentiunt corpora hoibus enim eius regionis in-  
colis capitis sanitas : capilloz; itē firmitas inest : ioffensū

2  
deniq; lumen oculorum : purus auditus : fauces comeatū  
liquide uocis exercent : contraria uero aeris malignitatem  
anuntiat : Hispani itaq; intra natales suos degentes acu-  
torem firmiorēq; uisum retinent q̄ si alibi cōmorentur :  
ubi capitis uertiginē sentiūt : ac capilloz; dentūq; tem-  
pestiuus firmitate & pulchritudine frustrantur .

Ca . ii . de Hispanię laudibus : quo ad terrę fertilitatē  
& aliarū rerū ubertatē : quę naturales efficiūt diuitias

**H**ISPANIE fertilitas ac frugum rerūq; omnium ad  
uitam mortalium expedientium feracitas : non ignota  
prisca sapientibus fuit : adeo ut non ipsis tantum incolis :  
uerum etiam Gallię Flandrię : utriq; Britannię : Ipsi quoq;  
Africę cunctarum rerum habundantiam præbet . In Hispania  
rursus ut Iustinus uoluit : non aquarum cursus ueloces :  
non torrentes rapidi : ut noceant : ueluti Longobardorum  
laudata prouintia patitur : sed lenes . Vineis rursus cā-  
pisq; irrigua est ut uitę humanę congruit . nec solū fru-  
menti ingens copia est : uerum & mellis |sugar| cūcto-  
rumq; liquidoz; . Adde nascatur in Hispanię gleba . Alius  
non paruus thesaurus : alibi rarus : lini enim sparti : uis  
ingens minii : nulla terra feracior est . Tanta enim patrię  
ubertas sese offert : ut femine non modo res domesticas :  
sed agroꝝ culturas administrant : dū uiri bellis nonnunq;  
rapinis & uenationibus uaccant . Adde quia Strabone  
teste ex Hispanię gleba uini : frumētū : cerę magna extra-  
hitur uis . Item pix : grana : purpure : & salis ingens co-  
pia . Inde lanarū & telarū habundantia : cuniculoꝝ quoq;  
quos pleriq; lepusculos uocant : tanta est copia ut sterili-  
tatē terrę aliquando ingerant : quo fit ut plerunq; habi-  
tantes : pecunias uenatoribus ut capiāt largiūtur . Taceo  
de radice ad ticturā idonea quę inibi habūdat : Arbores



in Hispaniæ gleba: Strabo fore testatur: ex quarū excisso  
ramo lac effluebat dulcissimū. Rursus circa Carthaginem  
nouā fuisse arborem peribet: e cuius cortice tela pulcher-  
rima conficiebatur. Fructuū quoq; atq; pomorū tam ex-  
uberans copia atq; dulcedo inibi est: ut ad ceteras orbis  
partes continuo deferatur. Nam apud Alexandriā fru-  
ctibus pomisq; nostris: cū eorū aromatis permutatis:  
prouintia nostra eorū ubertate ditatur: quid de uinorum  
copia uarietate: & bonitate dici potest: Gallorum littora  
maritima: atq; Flandrensiū uino carētia: id non ignorat  
sed & Anglicoꝝ Scotorūq; ampla sitis: testimoniū per-  
ibet ad quos assidue onerarię naues non pauce deferuntur  
Olei insuper copia linit eius ubertate & dulcore orbem:  
Piscū quoq; tāta multitudo & magnitudo & bonitas est:  
ut incredibile uideatur. Nā in capite Beticę prope Ga-  
ditanū fretum: res non tam mirabilis q̄ utilis omni āno  
uisa est. Certis enim temporibus anni innumera  
quos atunco uat  
inoꝝ multitudo ad littora infallabiliter accedit. quasi pi-  
scatoribus se offerat. Turres enī inibi sitę sunt: ex qbus  
uenire cateruatim cernuntur: & appositis magnis retibus  
cum paruo labore: & sūmo uenandi gaudio. Tanta ca-  
pitur piscū copia: quantā piscatores uolunt: appositisq;  
salibus conseruātur: & per totū fere orbē deferuntur. Vn-  
de Strabo in mari inquit Hispano omnia genera piscium  
capiuntur ut dalphini: ostrea: conchilia: coneri: murene:  
a nostris maiores inueniuntur aliquādo quatuor cubitoꝝ  
Animaliū quoq; & armentoꝝ: Sed & pecudū a quibus  
pecunia appellata: tanta copia est: ut plerūq; ob uellera  
atq; coria multa milia occiduntur: capras deniq; Hispani-  
a equosq; producat siluestres habundāter: procreat &  
castores: Equorū uero ne dum copia sed pernices greges  
Hispani obtinent: quorū tanta est uelocitas: ut potius  
uolare q̄ currere credatur: Illorum p̄sertim quos olim

3  
expeditos equos hodie Ginetos uocant: quos Strabo ait  
esse similes equis spartoꝝ: Reliquos omnes mira celer-  
tate superātes. Rursus equoꝝ Hispanię tanta fertur esse  
fides: ut cū se percussos in bello sentiāt sellores suos in-  
columes inter hostes mira probitate extra p̄lium repo-  
nāt. Sirico uero adeo habūdat: ut ceterę sibi cedant pro-  
uintię. Deniq; in ea prouintia ingens est materialū copia  
ad medicamēta: uictūq; hominis pernecessarioꝝ. Sed iā  
agemus finē: si id unum attulerimus: quo huius refer-  
tissimę ubertas prouintię feracissima designatur: teste enī  
eodem Iustino in Lusitania iuxta flumen Tagum quod  
Toletanos agros usq; i oceanū mira fertilitate rigat: cō-  
pertū est: equas uento flatuq; cōcipere: quod a nonnullis  
fabulose exponitur: pro eo q̄ inibi tāta equoꝝ equarūq;  
copia generatur: ut quasi uento ipso concepti uideantur:  
quod ipsoꝝ scribētū salua dixerim grata: quinimo na-  
tura ipsa terręq; salubritate: aeris puritate: atq; supra cę-  
lestiū corpoꝝ peculiari quadā inibi influenza accedente  
naturali deniq; equarū ipsarū cōcipiēdi desiderio: id ef-  
fici posse phisici non negāt. Idq; Solinus in eo quem de  
mundi mirabilibus libro edidit: constanter affirmat: ait  
enim in ea quā ediximus Hispanię parte aspirāte Fauo-  
nio: equas ipsas uento concipere & cū masculos sitiunt:  
aut odorantur aurarū spiritu maritantur.

Capitulum tertium de Hispanię p̄conis quo ad  
auri argenti & aliorū metallorum ceterarumq; rerum  
copiam quę industriales opes comparant.

**S**OLLICITVS ordo sollicitat ut reliquam partem  
amplectamur. Postq̄ igitur actum est de terrę Hi-  
spanicę feracitate & rerum omnium fertilitate: ex quibus  
naturales diuitię nomen acceperūt. Superest breui agere



de auri & argenti ceterorumque metallorum copia : ex quibus  
industriales opes conficiuntur . Est itaque Hispaniae terra : mi-  
neris auri & argenti & aliorum metallorum ditissima : si so-  
lenter inquiruntur . ferrariis quoque ultra ceteras orbis plagas  
habundat : adeo ut etiam aquas generet : quibus ferrum acius  
temperatur . Inde calibis copia exhauritur : & plures mundi  
provinciae ferro : & calibe ditat : nec ullum apud Hispanos  
telum probatur quod non aut Birbili fluuius aut calibe tin-  
gatur . Vnde etiam calibes huius fluuii finitimi appellati  
ferro ceteris prestare dicuntur . Plumbi denique & eris uber-  
rima est : sed ut de auro amplius dicamus usque adeo auro  
ditissima est : ut etiam aratro frequenter glebas aureas ex-  
citent rustici : quippe & hodie in arenis Tagi fluminis  
assiduo viros : feminasque non paucos conspiciamus noctis  
tempore arenulas aureas splendentes colligere : Taceo  
de monte appellato sacro plurima dicere : quem Iustinus  
meminit si ferro uioletur : nephas grande reputandum : sed  
si quando fulgure terra percussa est : quod etiam illis locis  
frequens res est : detectum aurum uelut dei munus colligere  
permittitur . Adde ut Straboni placuit chrisocolla id est  
auri lauacra appellata : reperiri . Ibi denique ex purgamento  
auri quedam sit terra tenax : quam electrum uocant : apud  
populos Carthaginis noue tanta auri & argenti copia est  
ut eodem Strabone teste in ea provincia quatuor hominum  
centurie : ut uerbis eius utar : & planius loquendo qua-  
tuorcenti homines populi Romani nomine . xxv . milia  
drachmarum per dies singulos referebant : adeo ut ex nulla  
orbis plaga tam ingentem diuinarum copiam exhaurirent :  
cuius rei stant hodie signa patetia : cauernae uidelicet atque  
fodinae minerales nimis profundae . Aceruus item scor-  
iarum & purgamentorum argenti : quod illo tempore exhau-  
rebat : quae in istar motus habent . Fatemur tamen no-  
stris temporibus hominum in curia : nulla ibi metallorum

4  
utilitas carpitur : non quod desit nobis minor ueteribus auri  
cupiditas : sed illud inquirendi infertor sagacitas . Rur-  
sus non puto omittendum quod idem Strabo subiicit : ait  
enim montes Hispanicos ad boream uersos multum utili-  
tatis prouinciae afferre : propter aurum & argentum & res qui-  
bus habundat : talis est & carpentania Celtiberorum pars  
& Beturia : Generatur rursus stagnum copiose admodum  
supra Lusitanos & in castiteriis insulis in quibus aurum &  
argentum & metallorum copia reperitur . Ibi denique salmo-  
niacum ibi uitreolum : ibi aurum pigmentum : ibi sulphuris  
ingens copia : ibi marchasite omnium genera alchymistis  
pernecessaria . Ibi thuria & cetera atramenta habundanter  
reperiuntur . Taceo mercurii copiam designare : quod ar-  
gentum uiuum appellant : cuius tanta fit exhaustio : ut  
nulla in orbis parte tam habundanter colligatur : adeo ut  
magnum regi uectigal comparet : nec minor boli armeniae  
aluminis spondii copia est .

Capitulum quartum de Hispaniae laudibus : quo ad gentis  
religionem : fidem : amicitiam : humanitatem : stre-  
nitatem : & ceteras uirtutes .

**C**ONSEQUENS est ut post enarrata pauca  
quaedam ex multis laudum praeconia terrae Hispaniae  
quo ad aeris salubritatem : simul & frugum uberrimam  
fertilitatem naturalem : sed metallorum : ceterarumque opum  
industrialem copiosam feracitatem : gentis quoque Hispan-  
icae : religionem : fidem : amicitiam ingenii denique acumen  
& uiuacitatem ceterasque laudes breui repetamus . Primo  
igitur supponendum putamus : illud Aristotelis uerissimum  
documentum quoniam humana anima operationes intel-  
lectuales : ipsasque ingenii uires quibus homines utique recte  
laudantur : nequaquam exercet : nisi mediantebus congruis



corporis organis : pro eo quia ut aiunt : nihil in intellectu esse putatur : quin prius fuerit in sensu : quæ una sufficiens causa creditur : cur humanus intellectus quandoque fatigatus putetur. Idque quod improprie nec secundum se dictum sit : creditur tamen uerum secundum ipsos exteriores sensus quibus mediantibus intellectus agit : atque utiliter operatur : Ex quo illud sequi necesse est : ut operationes intellectuales sint habiliores : prout corpora humana melius aut peius disposita reperiuntur . Operatur ergo habilis intellectus ipseque animæ uires potiores redduntur : cum corpus maiore aeris salubritate & incolumitate gaudet : Ingenii siquidem uis & intellectus acumen : ut est philosophi sententia : non parum ex bona hominis complexione & ualiditate prouenire putatur : Ex quo illud elicitur quia ut aiunt a se secuntur corpora : pro eo quia ex bona corporis ualitudine sensus animæ fiunt uiuatores : cui igitur natura dat corpus non incolume nec optime dispositum : per consequens & dat animam non recte dispositam . Cum igitur Hispania ut præmisimus incolis suis optimam generet salubritatem : ut etiam eis ingenii excellentis acumen intellectusque uiuacitatem tribuat : per quam necessarium uidetur : habent ergo Hispani ingenia præclara si ea colere uelint : & ad omnia sciendi genera habilia : Adde huius rei aliam non insulsam : sed naturalem causam quia ea est patrie dispositio : ea temperies quæ in hominibus remissos atque æquales spiritus non ad impetus sensuales agitantes tribuat : sed prout bonæ corporis & mentis ualitudini conuenit : quo fit ut propter remissiores animorum impetus sanguinisque equalitatem : habiles ingenio reperiantur . Demum ut uirtutes corporeas non omitteremus : habent Hispani corpora ut ueteribus placuit : ad inediaam : & labores aptissima : quarumuis corporis & animi fatigationum patientissima : duram obseruant & astrictam parsimoniam

5  
uigilias : solem : & hiemem famem quoque ac sitim pati : & quæuis pericula pro patria sustinere : & pro honore audire paratissimi sunt : uinum quoque malunt in cellario quam in uentre : quippe qui uedere potius quam gustare præeligunt . Rursum Hispanie gentes ut Iustinus refert bellum quam oculum præoptant : & ut aiunt si deest domi : extra hostem querunt : uelocitas Hispanis atque lacertorum agilitas inest & fortitudo : saltandi : quoque trahendi : luctandi ac natandi arte & exercitio plurimum calent . Hinc Romanus Vegetus Hispanos inquit : non tantum numero sed uiribus corporum lacertorum agilitate nostris præstitisse manifestum est : sed & Liuius id non negauit cum ait : Clarissima uiris & armis Hispania : quæ si uires suas cognouisset facile in imperium euasisset : Denique Hispanis equi & arma sanguine cariora sunt : Macilentum maiore ex parte & sicca sunt : quod signum est : uigilantiæ : sobrietatis : & laborum patientiæ : cuiles : & ad omnem dexteritatem ingenii & corporis aptissimi : nec mirum itaque si tantum sanguinis Carthaginenses : si tantum Romani : in subiuganda Hispania fudere : quotiens enim pugnatum est cum Hispanis impari fortuna : quotiens cæsi Romani : exercitus & duces : quotiens turpi inito federe capti : quotiens denique prope ad desperationem redacti fuere : licet illi nouis creatis ducebus : fortius arma sumpserunt : adeo ut neminem roma reperiret : qui Hispaniam accedere niteretur : Nam ut aiunt Liuius & Eutropius anno ab urbe condita . dc . omnes romanos tam ingens Celtiberorum metus inuasit : ut ex omnibus non esset qui in Hispaniam uel miles uel legatus ire auderet : Sed & anno sequenti licet Metellus in Celtiberiam missus esset : infeliciter militauit : cui successit : Quintus Pompeius & demum Quintus Scipio : qui contra Viriacum in Lusitania bellum contra Romanos gerentem



inglorii redierunt: fuit autem Viriacus primus pastor  
mox latro: mox acerrimus dux ut .xiiii. annis Hispanias  
dominaretur. tantos enim ad bellum populos concitauit:  
ut sepe Senatus res Hispanicas deserere cogitaret: Sed  
tandem ut Liuius & Eutropius referunt contra Viriacum  
Sextus Vectilius praetor mittitur: qui toto exercitu cesso:  
uix fuga lapsus euasit. Deinde Caium Plaucium praetorem  
multis praeliis fractum fugauit: Post haec Claudium mi-  
namum cum omni exercitu superauit: Sed interim Viria-  
cus ipse a quibusdam Afris sibi familiarissimis interfectus  
est: putantibus Romanos interfectores premio donare  
debere. Cum ergo a Scipione consule praemium peterent:  
probe responsum est nunquam placuisse Romanis: impera-  
tores a suis militibus interfici: de huius Viriaci mode-  
ratione cultu & moribus statim dicemus: cuius tempore  
Iudas Machabeus & frater eius Ionatas florebat in iu-  
dea. Quanta denique Hispanorum strenuitas fuerit: nouerunt  
Romani qui bello Numantino interfuerunt: qui publice  
fassi sunt: ut refert Emilius probus potius uictos quam  
uictores Romam rediisse: nihilque ex eo bello aliud quam se-  
curitatem adeptos: seque magis euasisse Numantinos quam  
uicisse dixerunt: nam cum ex ea tempestate superesset quidam  
Tyresus Celticus interrogatus a Scipione qua de causa  
Numantia aut prius inuicta aut post euersa fuerit: nostra  
inquit infelicitate non tuis uirtibus: concordia enim ui-  
ctoriam: discordia excidium praebuit. Rursus Hispanis  
nullae sunt balnearum: aut unguentorum deliciae: quae uiro-  
rum animos efeminatos reddunt: nullus infestus dies: nullus  
epularum apparatus: aqua calida post secundum bellum  
punicum a romanis didicere. Nec parum mirandum est  
ut inquit Vegetus: in tanta seculorum serie nullus Hi-  
spanis dux praeter Viriacum fuit: qui ut diximus: annis  
xiiii. romanos uacua uictoria fatigauit: quem ipsum non

6  
iudicio populi electum: sed ut cauendi: declinandorumque  
periculorum scientia peritum: secuti sunt: cuius ea uirtus  
continentiaeque fuit: ut cum consulares exercitus frequen-  
ter uicerit: tantis rebus prospere gestis non uestis cultum:  
non armorum titulum: non denique priorem uictum mu-  
tauit: sed in eo habitu quo bellare primum ceperat: perse-  
uerauit: ut quisque Gregarius miles ipso imperatore opu-  
lentior uideretur: Fides quoque atque legalitas: erga domi-  
nos: Hispanis non facile credibilis est: huic generi obedire  
dominis: natura est: non quidem uiolentia: sed amore  
& cui semel dedere fidem praestitere simul & uitam: testis  
est: ut caetera taceamus illa Saguntinorum non modo for-  
tudo: sed expectata ad socios fides: ut Liuius: deinde  
Valerius referunt: post duorum Scipionum totidemque ro-  
manorum sanguinis exercituum miserabilem stragem:  
Saguntini uictoribus Hannibalis armis intra moenia ur-  
bis suae compulsi: cum uim punicam nequirent amplius  
arcere: collatis in forum: quae cariora cuique erant & igne  
succensis: ne a fide & societate romanorum discederent  
communi rogo semet ipsos subiecerunt. Hinc id ipsum Au-  
gustinus recitans ait: Hispaniae ciuitas Saguntinorum po-  
puli romani amicitissima & fidissima dum eius populi fide  
seruauit euertitur. Rursus tanta huius gentis ad dominos  
amicitia & fides est ut testibus Iustino atque Valerio tor-  
mentis sepe pro fide: pro silentio rerum creditarum: afflictis  
quippe & mortui adeo ut potior illis fidei & taciturnita-  
tis cura quam uitae fuerit: cuius rei celebratur etiam bello pu-  
nico serui Hispani fides & patientia: qui ultus dominum  
inter tormenta risu exultauit: serenaque letitia crudelitatem  
seuientium uicit: uxoribus denique ad uiros fides & summa  
dilectio apud Hispanos non solum legum animaduersione:  
sed assidua obseruantia celebratur: stat illud praclarum  
non longe a nostra aetate: sed sempiternis seculis consecrandum



facinus. Vt enim uera perhibent annalia. Cum Eduardus regis Anglię primogenitus in domini sepulchrum trāsfretasset: fuissetq; in uia: proditorie a Mauro quodā gladio uenenato percussus: & medicorum remediis non tam alleuaretur q̄ alligaretur: tandem in Anglia sine salutis spe est reuersus: eius itaq; uxor regis Hispanię filia: nouam atq; inauditam: sed amore & pietate plenam adhibuit medelam: plagas enim mariti tossico infectas: quę ipsius ueneni ui claudi non poterant: lingua dietum lingebat: suggebatq; humorem uenenosum sibiq; licorē dulcissimum: cuius uigore dicam uerius fidei uxorię uirtute: sic omnem materiam ueneni attraxit: ut integratis uulnerum acatricibus ille plene curatus: illa incolumis euaserit: Quid igitur huius mulieris fide rariis audiri? Quid mirabilius esse potest: ut uxoris lingua fide & dilectione maritali peruncta: uenena a dilecto marito expulerit quę ab electo medico trahi non ualuerūt: & quod plurima exquisitaq; non effecerunt medicamenta: una uxoris pietas expleuit. Religionis isuper cultum obseruant Hispani sūma cum ueneratione: diuinis quoq; ceremoniis delectantur aprime: assiduoq; augetur in eis sacrorum cultus & sanctitudo. postq; enim sacrę fidei prima erudimenta sumpsere: quę Iacobi sebedei Cristi apostoli tempore receperunt: nusq; a fide deuiarūt: Romanę fedi quę fidei magistra est: sunt obsequentissimi. Nec id Hieronimus negauit: nam ad eosdem ociduos loquens apud uos inquit incorrupta patrum seruator auctoritas: & cespite terra fecundo dominici seminis puritatem centeno fructu multiplicat ibi sol iustitię oritur: Rursus gēs Hesperica nouitatum fidei inscia est atq; impatiens. Hispanię gens deniq; amicitias querit: maxime & ad omēs conuersandi dulcorem obseruat: humanitas illis adest & māsueto perhumilis: & ut paucis agamus: Hispanos

7  
sue clementia aeris: aut benignitate soli: sue natura & instituto ingenio: nō modo litteris sed & ciuilitati cōstat esse aptissimos: solertiāq; & moribus alloquio sed & facilitate perornatos. Sed iam ut ad situm descriptionemq; Hispanię accedamus: agam finem de laudibus eius: si sub quodam epilogo ea ipsa quę attulimus: ut apud sapientes carpimus sumatim succincteq; referamus. Hispania igitur uelut paradisu domini quinq; principali- bus fluminibus irrigatur: & fecundatur: scilicet Hiberio: Dorio: Tago: Ana: & Beti. Mōtanis inter quemlibet interiectis medicę ualles: quę sui latitudine ubertatem conferunt singularem: Nam humore fluminū & montū fecundātur: sed & pro magna parte ruis & fontibus irrigantur: puteorum etiam suffragia non desunt. Rursus Hispania fecunda frugibus: amena fructibus: deliciosa piscibus: habūdans uenationibus: gulosa armentis atq; gregibus: superba eqs: cōmoda mulis: prouilegiata castris: curiosa uino: diues metallis: gloriosa sericis: dulcis melle: copiosa oleo: leta croco: p̄cellēs ingenio: audax in p̄lio: agilis exercito: fidelis domino: facilis studio: pollens eloquio: fertilis in omnibus: nulla in ipsa fertilitate similis: paucę magnitudine equales: in libertate p̄cipua: fidelitate p̄ciosa: in strenuitate singularis.

**Capitulum quintū de Hispanię situ: & descriptione: respectu ceterorum climatū & regionū orbis.**

**H**ISPANIE igitur sitū describere permulti Ptholomeus quidem per climata prout a superioribus & celestibus corporibus uisitur pulchre discernit: Plinius: Solinus: sed & antiqui cosmographi perhabunde: sed inter eos arbitrato meo Iustinus in calce cronicę eius sitū atq; differētias simul & qualitates luculenter enarrat:



Idem quoque fecit Orosius ueluti qui prouintiam eiusque situm non tam libris quam oculis descripsit atque depinxit. Idem egit Pomponius mella: Strabo quoque graecus latioribus uerbis eam distinxit prouintiam. Verum quia prouintiarum & urbium antiqua nomina non satis a modernis agnoscuntur. Ea de re diuersas huius prouintiae descriptiones ut eius situs facilius percipiatur: succincte contexere decreui. In primis igitur ab eo incohandum putauit quod sapientibus quos ediximus: sed & cunctis cosmographis est notissimum: qui enim utiliter orbem describere satagunt: ab Hispania tanquam a principali porta ad orbis ingressum incipere oportet: nam cum mundus pelago cingitur marino: Hispania illa est quae ut diximus ad orbem ipsum una aditum praebet. Equidem ex oris littoribusque Hispaniae Atlantico monti oppositus pelagus ipse profluit Africam: Asiam: Europamque. ne dum nobilitat: sed irrigat & illustrat. Est ergo Hispania ipsa tota pene insularis ueluti quae oceano atque mediterraneo mari circumfusa est: praeter breuem atque angustum ingressum: qui quicquid fere dietis constat a mari uidelicet oceano appellato mari Baionensi: usque in mare mediterraneum dictum pelagus Narbonense. Ingressus itaque ad Hispanias difficilis est: propter Pyreneos montes: qui diuino quodam misterio angustas portas difficilemque aditum Hispaniae naturaliter praebent: quo fit ut Hispaniae situm celum & pyrenei montes finiatur: ordine qui sequitur. Ab oriente igitur oceano sinu qui Hispaniam a Gallia determinat praesertim prouintia Aquitaniae & Britaniae: in nostris uero littoribus uiscaia est & lepusca. Versus autem septentrionem: oceano & cingitur: ubi asturia est: & Gallicia in qua compostella: Deinde idem oceanus ab occidente cingit aliam Galliciae partem quae portugalia dicitur: postea uero in eisdem littoribus uersus meridiem Lusitania est: Deinde Bethica ut

7  
in sequenti capitulo dicemus in quibus pars non parua Portugaliae est: deinde Ispalis insignis urbs putatur: quae sita est super Betti flumine: Rursus Gades incidit insula ubi ciuitas Gaditana. a Gadibus seu Herculis columnis sic dicta quae nauigandi strenuitate & populi Romani caritate: eo felicitatis peruenit teste Strabone ut in extremo orbe sita uniuersas: celebritate nominis superet. In eis uero littoribus non longe angustus oceani fretus accedit: ex quo oceanum ipsum ueluti torrens orbem rigas uersus meridiem defluit: quod mare mediterraneum uocant: quod siquidem fretus Hispaniam ab Africa paruo spacio. xii. fere miliarium diuidit. In eisdem item littoribus nostris Tarifa est ac Gibraltar insigne oppidum: a quo fretum ipsum nomen sumpsit: appellatum est enim strictus de Gibraltar: habens in oppositum Africam illam uidelicet prouintiam quae & Mauritania: in qua famosus est mons Atlanticus ibi & ciuitas dicta cepta: & Tanger sic hodie urbes appellatae ubi Tingitana a Tanger urbe dicta: quae quondam atque hodie licet in Africano solo sitae: tamen prouintiae Hispaniae connumerantur: ut infra liquerit. In eisdem denique littoribus ad meridiem Hispania mediterraneo mari circumducitur: ibi Bethica prouintia protenditur: in qua regnum est Granatae: quod Sarraceni incolunt: habens in oppositum eam partem Africae in qua Busta est: & ypponensis urbs cui beatus Augustinus praefuit: deinde Numidia & ceterae prouintiae Africae: quae nunc aliis nominibus quam antiquitus nuncupantur ut sunt regna fegypti: benamarini & Barbariae & Tunitii: Rursus habet Hispania in nostris littoribus Africae opposita nouam Carthaginem: deinde Valentiam: Dertusam Tarraconem. prouintiam ubi Barchinona: Perpinianum usque Narbonam in Gallia: hic situs Hispaniae ita generaliter descriptus est: respectu aliarum prouintiarum: ut igitur

*hodie uocat quadalqbr*



cum eodē Iustino paucis utar: Hispania ipsa inter Africā & Galliam sita est: Alii uero breuioribus uerbis utētes ad eundem tamen sensum aiunt: Hispaniam totam oceano deinde mediterraneo freto pyreneisq; mōtib; claudi: hii sunt illi montes qui ut edixi ingressū ad Hispaniā prebent.

Capitulum .vi. de eiusdem Hispaniē situ: & descriptione respectu particularium prouintiarū in ea sitarū seu diuersorum regnorum in ea erectorum.

**D**ESCRIPTA igitur Hispania per differētiā ad exteros: eam rursus inter sese per antiquarum regionum prouintias & ciuitates & demum per regna moderna secernamus. Omnes igitur Hispaniē ut antiqui scriptores uolunt: sex habent prouintias: Tarraconēn. Beticam: Lusitaniam: Gallitiam: Sextam: deniq; transpontum: & in solo terrē Africē: quē Mauritania: Tingitana cognominatur: hęc non mea: sed Sexti Ruphi uerba sunt in ea cronica: ubi ait quo ordine singulas prouintias respublica Romana assecuta est: ysidorus etiam in ethymologiis eandem facit descriptionem & Mauritaniam transpontum in solo Africē partem Hispaniē asserit. Repetamus igitur unāquancq; prouintiarū huiusmodi per regna hodierna & nobis notas urbes: Tarraconēn. itaq; prouintia a limitibus Galliē incipit: habet in se Cathaloniam totam & partem regni Aragoniē: Carthaginēses uero a noua Carthagine dicta. Valentiam & Murtiam continet: & eandem Carthaginem cum adiacētibus atq; alterā partem Hispaniē: quā hodie La mācha uocamus: Continet etiā Saguntū. Conchēn. & Oxomēn. & plures alias urbes. Bethica uero secundū Pomponiū mellam in cosmographia sua & solinum de mirabilibus mundi. Incipit post Carthaginem uersus oceanum &

9  
protenditur usq; ad Gades: quam Solinus asserit caput Beticē: quo fit ut Beticā ipsa utrunq; mare respiciat. In qua inclitē sūt urbes: Astigia: Hispalis: Corduba: Xertum: & Vandalia: Nonnulli uero huic annumerant: Toletanam prouintiam: Lusitania post Gades incipit: & per portugaliā protenditur: usq; ad insigne promōtorium: Vlisbonēn. quod Artabran alii appellāt: ut idē Solinus dicit: post Vlisbonēn. Gallicia incipit: ut statim dicemus. In Lusitania ergo latissimē includuntur prouintię & plurimē urbes licet solum oceano mari obiecta sit: secundum Pomponium. Hęc cōtinet quā diximus portugalię partem. Deinde Pacēn. Placentin. Cauriēn. Ciuitatē. & alias urbes & diōc. sed & latā regionem: quā extrematuram uocamus. Gallicia uero non parua est prouintia referta urbibus: sed & montibus plena huius ut dixi pars est Portugalia: ad occidentem: Deinde famosam urbem Compostellam habet: Tudēn. Auriēn. Mindoniēn. Lucēn. totas deniq; Asturias. Visciam. atq; Lepuscuam: & eas partes quās hodie castellam antiquam uocamus: quē omnes antiquitus sub Cantabria & Celtiberia notabantur. Transpontum uero in Africa quē Mauritania appellatur: regna habet: Debelamerin Marruecos: & de fes: In eadem quoq; prouintia cepta sita est. hodie tamen propter mare intermedium & disparē religionis & fidei cultum: reges ipsi Maurorum Tingitaniā & Mauritaniam prouintiam partem esse Hispaniē: licet de facto non recognoscunt: Hęc igitur sunt antiquē prouintię hispaniē: quarum una tantum hodie nomen integrum retinet uidelicet Gallicia. Tarraconēn. uero & Carthaginēn. urbium non prouintiarum nomina tenent: ea ut puto ratione: quia Gallicia a longissimis temporibus sub uno p̄cipe uidelicet rege castellē māstr: Cęterarum uero nomina propter principantiū uarietates



& noua nomina regnorum: antiquas nominationes perdiderunt. Descripta igitur Hispania per antiquas prouintias superest ut per moderna regna illam secernamus & qua parte unūquodq; regnum situm existat: breuiter differamus. Ex hiis itaq; sex prouintiis quę totā Hispaniā cōficiunt: quinque sunt orta regna: quando igitur & quomodo prædicta regna erecta & stabilita sunt in .xvi. capitulo latius tagemus: nunc uero regna ipsa quo ad sitū discernamus.

Primum quidem atq; principale Hispanię regnū illud est: quod hodie Castellę & Legionis uocatur: quod centrum Hispanię est: & a quo cęterorum regnōrū reges usq; in hodiernum diem deriuati sunt. Hoc itaq; regnum cęteris omnibus nō modo terrę situ sed & populis maius: nam ex sex prouintiis quas Hispania cōtinet ut supra diximus: hoc Castellę regnū & Legionis sic hodie appellatū: quatuor fere sub se prouintias cōtinet: uidelicet Carthaginēn Lusitaniā: Beticā: & Gallitiā: habet enī i lōgitudine xxx. dietas legales: incipiēdo a Lorca prope Almeriā usq; ad finem Gallitię. In latitudine uero quę mensuratur a Tarifa opposita Atlantico monti usq; ad oppidū fontis rapidi in Lepusca: quod Hispaniam a Gallia disternat xxv. habet dietas similes: quo fit ut a simili impari tamē proportione dici possit de regnate in Castella: quod propheta ait: quia dominabitur a mari usq; ad mare & a flumine usq; ad terminos orbis terrę. Nam a Carthagine & a regno Murtię quod iūgitur mari mediterraneo usq; ad Viscaiam & Gallitiā: quę sunt ad oceanū & ab Ibero flumine: quod diuidit Hispaniam ulteriorem a citiore usq; ad oppidum quod re & nomine dicitur fines terrę: ubi est ultimus terminus occidentis: omnia sunt sub regno Castellę & Legionis. Ex prædictis patet quomodo hoc regnum respiciat omnes plagas orbis. Nam uersus

10  
orientem Viscaiam habet: & Lepuscam: uersus septentrionem Asturias & partem Galletię. Versus occidentem ultimam habet Galletię partem: ubi Cōpostella iacet: ibi enim uere occidens est qui nihil ultra orbis habet habitabile: Versus meridiem uero Carthaginēn habet ciuitatē & Murtiam cum adiacentibus.

Secundū regnum est Aragonia cui accedit Valentia atq; Cathalonia: hoc uersus meridiem protenditur & mediterraneum mare respicit: uersus occidentem uero & septentrionem regno castellę cingitur: uersus orientalem plagā Nauarram & Narbonēn prouintias conterminat.

Tertium est regnum Nauarre: Castellę & Aragoniē cōtinguū paruum quidem est gleba: sed mira fertilitate reffectum: antiquis temporibus. partim ex Cātabria partim ex Celtiberia sumebat: mare oceanū parū attingit: prope fontem rabidam: uersus orientem Gallos: Vascones: respicit. uersus septentrionem & occidentem regno Castellę cingitur: ad meridiem uero Aragonēn & Cathalanos respicit.

Quartum regnum Portugalia est cuius non parua parte Gallicię antiqui cōnumerant: opulentissimū certe regnū & oībus bonis plenum: super littora oceani constitutum ex qua parte occidentalē plagā respicit. Ex meridiana uero & orientali parte atq; septentrionali Galię & Castellę regnum respicit: quo fit ut in Portugaliā accessus aut aditus nullibi pateat: nisi per eas partes Hispanię quas Castella obtinet.

Quintū regnum Granata nūcupatur: hoc solum infidelium est: & totum pene adheret Beticis littoribus. Ad meridiem uero mediterraneo mari protēditur: oppositas habet oras Africanas. Ex reliquis uero partibus regno Castellę cingitur: nec aliter q̄ per Castellam: si per terrā eundum est: ad regnum illud accessus patet: regnū quidē



longum: trecenta enim miliaria in longitudine obtinet: Nam a finibus Vandalie per Beticam protenditur usque ad Carthaginem nouam: patria opulentissima est: que bis in anno fructificat: in montibus sita est & pene tota motuosa. Arces habet atque urbes inaccessibiles: quibus construendis Sarraceni mirum in modum uaccant: que res huc usque egit ut in nostram non uenerint dittonem. Adde industriam eorum que tanta est: ut totum fere regnum irriguum faciant: quo fit ut aquis fluuiialibus ubertatem simul & securitatem nanciscantur: torrentibus enim ac fluminibus manu factis uelut quibusdam strictis: sed profundis canalibus: aquas quo uolunt conducunt: ut equites nisi per pontes crebros: patriam illam ingredi non possint. De horum itaque regnorum initiis: quando & a quibus inceperunt latius dicemus in . xi. & sequentibus capitulis.

Cap. vii. de initiis antiqui principatus & monarchie Hispanie & quanto tempore per unum regem aut per plures Hispania fuit gubernata.

**C**XPLEVIMVS breui Hispanie situm & prouintiarum antiquarum & modernorum regnorum inter se uarietates. Restat de antiquissimis initiis monarchie & principatus Hispanie: & quanto tempore per unum regem aut monarcham uel per plures & per quos gubernata fuerit breui differere: omnes igitur quas enumerauimus sex prouintie in Hispanie terra constitute: olim sub uno rege unoque monarcha multis temporibus gubernate fuere. qui rex Hispanie: aliquando imperator Hispaniarum appellabatur ut historie aperte docet: quod ut Lucidius intueamur a fundamentis rem ipsam repetendam censeo. Primum namque supponendum est quod in Hispania etiam in ea prouintia que Castella dicitur: fuerunt reges longe ante primam

LL  
destructionem Troie: Hercules enim ille magnus qui primam destructioni Troie non parum opem dedit: tempore regis Laumedontis ante tempora Priami uenit in Hispaniam quem constat prelium campestre cum Geryone gessisse tunc rege Hispanie: imo ut uerius loquar Castellae: Erat quidam Geryon ipse tunc rex trium regnorum uidelicet Lusitanie quam nunc extrematuram appellant: & Beticam quam appellamus Andalustiam: & Galicie que hodie antiquum nomen retinet. Hec igitur omnes prouintie hodiernis temporibus: sub ditone sunt regis Castellae. Hercules igitur deuicto Geryone instituit in ea regem Hispani nepotem suum a quo Hispania dicta est. Hec autem antiquissima fore nemo ambigit. Ab urbe enim condita usque ad aduentum saluatoris septingenti quindecim fluxerunt anni: & ab euerione ultima Troie: usque ad urbem conditam. cccc liiii. Constat autem ante illam euerionem ultimam fuisse Herculem: quasi per centum annos. Constat rursus ante Herculem fuisse reges in Hispania: quo fit ut supputando a Geryone Hispanie rege sic uocato: quem ut diximus in Castella regnasse comperimus: usque ad presentem etatem fluxerunt duo milia annorum nec est dubitandum ante Geryonem reges fuisse in Hispania licet propter nimiam antiquitatem eorum nomina non retineamus: Ex quibus antiquitas regum & principatus Hispanie aperte conspicitur: Taceo tenerum e Grecia in Hispania pulsum & Gargarin & Habiden filium eius: qui per plurima tempora regnarunt in Hispania ante Herculem: Taceo denique Hercule ipsum qui quendam cacum in Carpentanea & Celtiberia comorantem: quippe & principantem bello uictum ab Hispanis fugasse fertur: qui Vulcani filius dicitur: & in predicto Carpentanie monte adhuc hodie mons caci uulgato nomine moncayo dicitur qui apud Celtiberos habetur celebris: Sic igitur

752

432



Hispania longo tempore : sub dominatu gręcorum recta fuit fere usq; ad tempora Romanorum: p;ter illa tēpora quibus Asdrubal & Hannibal pennorū duces in aliqua Hispanię parte dominati sunt. Demum cōstat quosdam Romanos cōsules amicitię : ne dixerim subiectionis nomine quasdam Hispanię prouitas obtinuisse : idq; egisse legimus Iulium Cęsarem qui plurimis acceptis cladibus prius totū pene orbem perdomuit q̄ Hispania sibi plena cessisset. Sed & plures alios constat Hispanias temptasse subiicere: quorum aliqui prius uitam finire q̄ uictā Hispaniam occuparent: post quos Vandali: Alani: Hugui: & Sueui Hispanias sunt aggressi: quę siquidē Barbaricę gentes causam Hispanias ingrediendi habuerunt: pro eo quia Theodosius imperator eos insequens a Gallis fugauit: quare pulsi sunt Pyreneos montes transire. Hispanias ergo inuasere easq; diuiserunt. Alani enim Lusitaniā & Carthaginem sortiti sunt: Vandali Galiciā: Sueui Maritimam: & occidua oceani obtinuerunt & partem Celtiberię: Dum Romani Saguntum & Numantiam & nōnullas alias urbes tenebant. Hii Vandali Poloni esse credūtur a flumine Vandalo Polonię dicti: quare ab illo tempore in hodierna usq; tempora ea Hispanię pars quā obtinebant Vandalia dicitur: quā uulgato nomine Andulustam uocamus. Obtinerunt denicq; Mauritaniā Tingitanicam ultra mare in solo Africę: cuius supra mētio facta est: horum Vandalorum rex Ginferticus Romam occupat Eudostiam Valentiniani relictam & duas filias duxit captiuas cum multis milibus Romanorū: a sanguine tamen abstenuit p;cabus Leonis papę sibi in ingressu urbis occurrentis. & sic Roma domina orbis quasi tertio terremotu cōcassata & afflicta fuit: Primo ab Alarico: Secundo ab Atalusso regibus Gothorū: Tertio Agenesortico quo tempore sanctus Paulinus Nolanus

Episcopus se ipsum uendit Vandalis: pro redemptione captiuorū. ut beatus Gregorius ait in dialogo. Hic Ginferticus. arriana heresi infectus: per Hispaniam & Africam ecclesiam persequitur. Sacerdotesq; & plurimos ecclesiastici ordinis uiros: exilio mittit & nō paucos martires fecit: confessoribusq; linguas abscidit qui ut ysidorus narrat abscisis linguis perfecte loquebantur: Sed tandem rex ipse Vandalorum penas exoluit: cūctis enī effusis uisceribus miserabiliter uitā finiuit: & de his Vandalorum regibus arriana infectis heresi: pulchre narrat Christianissimus Iustinianus Imperator in ea famosa lege quam edidit. C. de officiis p;fecti p;to. Africę ingens q; Vandali ex ecclesiis fecerunt stabula & testatur se uidisse uenerabiles uiros qui abscisis radicatus linguis: mirabiliter loquebantur: hęc sub Innocentio primo accidere anno domī. cccc. & sub hoc turbine Augustinus obiit.

*id testat Iustinianus  
se uidisse. In l. p. a.  
de offi. p;fecti. vi.*

Capitulum. viii. de ingressu regum Gothorū in Hispania & quomodo Vādalos & alias gentes ab Hispania expulerunt & de p;claris uirtutibus & gestis gentis Gothorum & de laudibus eorum.

**R**EGNANTIBVS igitur Vādalis in Bethica quę & Vandalia dicitur atq; in p;dicta parte Africę. Sueui etiam regnabāt in Galicia: & in aliquibus Hispanię partibus. Procedente uero tempore hęc duo regna ualida Gothorum manu: & toto deleta sunt: & ad eandē gloriosam atq; inuictam gentem Gothorum utrunq; regnū deuenit. Liberet igitur in hac parte de origine gēis Gothorum: & illorum strenuitate nobilitate & uictoriis atq; uirtutibus aliquid dicere: tamē ysidorus in cronica sua & Rodericus Toletanus Archiepiscopus quędam luante circa eam rem diseruerunt & nos illico eorundem



sapientum & antiquorum cosmographorum sententias  
sequentes aliqua compendiose adducemus . Sed ut bre-  
uibus agamus plenus est mundus eorum uictoriis . Nā  
ut antiqui scribentes tradunt : Gothi regem egipti uelofū  
fugauerūt : Asiā subiugarūt : ex qbus Parthi ut creditur  
processerūt . Hoꝝ Gothoꝝ femiē a uiris relictę armis &  
preliis partē Asię domuerunt . Thelesus rex Gothoꝝ uicit  
Danaos : interemit Thestrandrum : insecutus fuit Vlixem .  
Cirus famosus a Thamarū regina fuit occisus . Darius  
& filius eius Xerxes ab Anciro rege Gothorum in pre-  
lio uicti sunt : hos Alexander uitandos docuit : Pyrrhus  
pertumuit : Cęsar exorruit : cum Pompeius pro accipiēdo  
Ro . reipublicę principatu contra Iulium Cęsarem arma  
mouit : Gothi fortius cęteris dimicarunt : Tractam irru-  
erunt : Italiam sepe uastarunt : Romā ceperunt : atq; eius  
edificia perpetuis uulneribus pro ampliore eorū memo-  
ria non diruerunt : sed perforarunt . Veronam edifica-  
uerunt nomen imponentes quasi ue Romam in odium  
Romanorum : Aduersus hos In tracta ualens Augustus  
xv . imperio anno cōgressus est : sed magna strage uictus :  
& subito igne consumptus . Tandem Gothi Italia capta  
urbe Roma potiti sunt : licet strenuitate & potentia  
bellisarii in Gallias & Hispanias transire in quo accessu  
Gallias sunt egressi : Hispanias sunt adepti : nam postq̃  
ut premissum est tam urbem q̃ orbem domuerūt : Hispa-  
nię gentis humanitate & dulcedine freti : illorumq; ex-  
tremuitatem & uires experti : derelictis cęteris orbis quas  
obtinerunt regionibus : ad Hispanias se conferunt pu-  
tantes totius Europeę monarchia potiri facile posse . Si  
gentis hispanię aut subiectionē aut amicitia nāscerētur .  
Adde quia Gothi ipsi Vandalos : Alanos : Sueuos :  
Huguos : infestissimos habebant : tanq̃ uicinos eorum  
natalibus . Quare freti Hispanorum preliis : feritatem

L 3  
Vandalorum & Sueuorum ac Huguorum non ferentes .  
eosdem Vandalos . & siquę manserunt Sueuorum & Hu-  
guorum uestigia . ab Hispanię finibus expulerunt : quo  
autem tempore quo ordine Gothi regnarunt . & de eorū  
successionibus & successibus : breui in fine huius primę  
partis tangemus . nec illud obmittendum putamus quia  
duo Gothorum genera legimus : qui enim in Italia mā-  
serunt astrogoti appellati sunt : quasi orientales Gothi .  
qui uero Hispaniā fortiti sunt Visogothi sunt dicti quasi  
occidentales Gothi quoz primus rex fuit Athanaricus .  
qui & eorum successores populorum Hispanię uirtibus  
freti . non solum crudelissimos Arrianos Vandalos ut  
diximus ab Hispania expulerunt : sed & Rethiariū regē  
Sueuorum apud Astoricam deuicerunt atq; interfecerūt .  
Arnicum etiam regem Vandalorum latitantem a fini-  
bus Hispanię expulerūt : Hi igitur incliti Gothi monar-  
chiam omnium Hispaniarum obtinuerunt cum predicta  
Mauritania parte post fretum Africę . ut in fine huius  
partis tangemus . Tandem continuata est successio in re-  
gno . & principatu Gothorum . usq; ad Rodericum qui  
ultimus rex Gothorum dicitur ut statim in eadem parte  
referemus & latius in historia Roderici Toletani enarra-  
tur : huius igitur Roderici regis tēpore propter peccata  
christiani populi iusticia dei ferente principatus ipse atq;  
monarchia regum Hispanię humiliata est & potentia di-  
uisa pariter & diminuta : Nam sub eodem Roderico .  
omēs Hispanię prouintię preter Asturias & partem par-  
uam Galicę per Sarracenos ultramarinos occupatę sunt :  
quos proditor quidam & regis Roderici uasallus Iulia-  
nus comes cepte : intra Hispaniam itroduxit : Roderico  
igitur mortuo & filiis eius interfectis : frater eius Pela-  
gus in montibus Asturiarum latuit & tandem dei cle-  
mentia miserate ipse & ab eo descendentes cū cristianoꝝ



Hispanorū manu paulatim deperditas terras recuperarūt:  
Et ab isto Pelagio cōtinuati sunt Reges Hispaniē per eādē  
rectam lineam descendentes usq̄ ad modernum Henricum  
quartum Regem castellē: Fatemur tamen quia post dictū  
Pelagium in diuersa regna diuisa est Hispaniē monarchia  
ut in secunda & tertia parte dicemus .

Capitulū nonū de origine gentis Gothorū & prin-  
cipatu illorū & qua prouintia orti sunt & de eorum  
progressu & gestis clarioribus .

**V**ERVUM quia succinte de Gothis Vandalis : &  
Hugnis dictum est : qui ne dum Hispanias : sed  
plurimas prouintias diuersis temporibus afflixerunt . di-  
gnum duxi harū gentū originē necnon principatus ini-  
tium & progressum breui inserere . Gothorū igitur origi-  
nē ysidorus late deduxit ueluti qui ex illorum stirpe ori-  
ginem duxit : nam Leander & ysidorus & Fulgentius filii  
fuerunt Seueriani ducis Carthaginē : qui etiam genuit  
Theodosiā quę nuptui data est Leonolgo qui ī Hispa-  
nia regnauit . Seuerianus itaq̄ ex uxore Theodora ex go-  
thorū sanguine descendēti : genuit præfatos gloriosos pō-  
tiffices & doctores Leandrū Isidorū & Fulgentiū : Circa  
originē itaq̄ Gothorū Isidorus ipse & ceteri scribentes in  
eo cōueniunt uidelicet Gothos ex īsula Scāchię sue Scy-  
thię septentrionali ortū habuisse : Quinimo ut ait Mar-  
tinus Polonius in cronica sua tres gētes . s. Gothi Hyp-  
pogethi Vandali & Hugni unam linguā habētes nomīe  
tantū diuersi ex eadem īsula & adiacentibus prodire :  
Quālibet igitur gentē attingemus & originem atq̄ pro-  
gressū breui sermone diseremus . Gothi præfata Sanchię  
īsula non contenti inde exierunt & uicinas non infestas  
eis gentes septentrionales subiicere cupientes : inceperūt

Scandin

L 4  
finitimas prouintias inuadere . longe ante Hercule quē  
tēpore Gedeonis fuisse legimus sed & eo tēpore Gothos  
reges habuisse Isidorus . Lucas Tudē : atq̄ Vincentius  
perhibēt . inter ceteros fuerunt eorum reges Berig : Ga-  
darig : & Filimer & alii complures . post Herculem uero  
plurimos alios reges Gothos habuisse compertū est . qui  
ingentia bella tam aduersus regiones aquilonares q̄ ori-  
entales gesserūt : Tantāq̄ fuit eorum in belligerendo fe-  
rocitas ut ad feminas transiret . Nam ex Gothorū genere  
famosē illē femine dictę Amaçones produisse narratur .  
quarū Athamariça regina tantę potentię & animositas  
fuisse traditur : ut Curū Persarum regē immanissimū &  
potētissimū deuicit & capite truncauit . quod in utre ple-  
no sanguine suorū cōsanguineorū demissit inquit facite  
sanguine q̄ sitisti : has magnus Alexander debellare uo-  
luit cui regina earū talia scripsisse fertur : de tua inqt pru-  
dentia non parū est mirandū q̄ cum feminis natura im-  
bellicibus cōfligere statuisti nam si fauente nobis fortuna  
subcūbere te cōtingat : gloria quam tantopere queris fru-  
straberis quod si deuicas . nequaq̄ tibi ad honorem cedit  
quia de mulieribus triumphasti : super cuius prudenti-  
responso Alexander admiratus . ait : decens fore non per  
gladii furorem mulieres uincere . sed potius per amorem  
Sic itaq̄ libertatē eis cōcessit quas non uiolēta sed ami-  
citia suo imperto tadē subiugauit : Mortuo igitur Berig :  
primo Gothorum rege : successit filius Gadarius : qui  
magnos & feroces populos in ea parte Scythię quę nūc  
Dacia & Gothia dicitur subiugauit . Postq̄ filius eius Fi-  
limerus uidens terrā minus fertilem . suasisit suis trāsmi-  
grādū ab illis sedibus . quo euenit ut ceteras Sichię pro-  
uintias perquirerēt quas cum occupassent : earū ubertate  
delectatus Filimerus decreuit inibi residere : Cum itaq̄  
in uasto flumine pontem conspexisset . uoluit regiones

Prig p. 107



erās flumen peragrare . cunctq̄ aliqua pars exercitus per  
pontem transisset : aut diuino iudicio sic disponente . aut  
pontis uicto . euenit ut pons ipse corrueret . adeo ut nec  
transmissis licuit remeare . nec ceteros ad eos transire : pars  
uero Gothorum quę cū Filimero citra flumen remanserat .  
extremā partē Sichię : quę adiacet ponto mari : preclaris ui-  
ctoriis obtinuit : Inde q̄ si toti scythię dominātes : Scythie  
ut Indigene appellati sunt . & quanq̄ diuersas orbis plagas  
petissent . suos in Scythia presides dimittebāt : hīc euenit ut  
Iosephus eosdē Gothos Scythas appelleret : Isidorus uero  
Getas Vnde mutata prima littera |e|j|i|n|o| & ultima |e|j|i|n|i|  
qui Gete appellabātur . Gothi dicuntur Qui fortes per in-  
terpretationē nominis dicuntur . de quibus Poeta ait : Cō-  
temnūt mortē laudate uulnere gete : Vt igitur paucis aga-  
mus Gothi ex plaga aquilonari prodire . & si accurate cō-  
siderare libet : utiq̄ reperiemus ex illis regionibus eos ori-  
ginem duxisse quę hodie Regibus Danię subiciuntur . ui-  
delicet Dana Suetia nūregia Gothia siue gothorū : a quibus  
prouintiis & ceteris ultra sitū aquilonarē in magna latitu-  
dine diffusis quę hodie a barbaris & tartaris incolūtur  
Gothi ortū trahere creduntur : Rursus Gothi licet a prī-  
cipio ferocitati insudarent & uix rationalis naturę semitas  
agnoscerent : postq̄ tamen mores . ceterarū gentiū experti  
sunt : humanitatē induerunt . adeo ut ad doctrinas & sci-  
entias se conferrēt : & philosophos ac sapientes ex eorum  
gente habuerunt . quorum consilio cuncta gerebāt : Go-  
thi igitur in omni armorū genere experti erant . exercita-  
bantur armis . ludoꝝ certaminibus assiduo uaccabant .  
Solo nauali prelio caruerunt . usq̄ ad tempora Sisebuti  
regis : Fuerunt naturaliter magnanimi . liberales . ingenio  
faciles : audaces . constantes . gestu decori . habitu uene-  
rādi . uiribus prepollētes . statura proceri . duri uulneris .  
manu prōpti . corpore ualidi . ad cūcta dispositi : De quibus

apud Strabonē legimus Aftas . Scytharū principem ad  
Philippū scripsisse . Tu quidē macedonibus hominibus  
imperas . qui bellandi peritiā didicere : Ego autem Scy-  
this qui aduersus famē & sitim & quęq̄ aspera pugnare  
nouerunt : Gothi igitur Aftam subiugarunt . quorū aliq̄  
inibi remanserunt : Armeniā quoq̄ : Sirtam : Ciliciam :  
Galatiam : Prusiam & plurimas prouintias domuerunt :  
hii ut ait Vincentius & Gilibertus sub quinto rege suo  
Filimero ad citiores partes Danubii Tratię uidelicet :  
Danię : Mesię . longe lateq̄ peruagantes in gentē magnā  
creuerunt . Tempore uero Detii imperatoris trāsito Da-  
nubio . Romanū imperiū molestabāt . quos Detius im-  
petens : Tandē cum exercitu suo profligatus & cęsus est  
atq̄ peremptus : ex qua uictoria elati : maximo fuerunt  
terrori ne dum Romano imperio sed orbi : trans Danu-  
bium uero cōstitutū tempore ualentis imperatoris inter se  
cuiuli bello diuisi cęperunt Collidi : Alaricus uero dux  
unius partis . cum preualuisset Frigiterno ducti alterius  
partis . Frigiternus ipse a ualente imperatore petiit auxi-  
lium . pollicens se baptizari : Valens autem misit auxiliū .  
sed parū profuit . Eodē tempore anno . xii . imperii Va-  
lentis : Hugni qui etiā in Scythia debaccabātur inuadūt  
Gothos discordantes inter se quosdam autem captiuitate  
subiugant quosdā patria pellunt . Quo euenit ut Gothi  
subditi fierent Hugnis . Magnificati igitur Hugni toti  
fere Sichię domiābātur de quorū origine statim dicemus :  
Gothi itaq̄ terga dantes transito Danubio ut Eutropius  
ait a Valente imperatore . sine ulla fęderis pactione suc-  
cepti sunt . Tandem propter intollerabilem auaritiā fa-  
me compulsi in arma surgentes ualentem profligant qui  
reassumptis uiribus cū eisdem gothis lacrimabili bello  
cōmisso tandē exercitus eius miserabiliter ocubuit : ipseq̄  
faucius sagitta uersus est infugam sed superuenientibus

L 5  
Imperator denis rian  
& cęsus Gothis

gthi tpe ualentis p un  
mre



Gothis igne crematus est: Idcirco diuino iudicio & quidem iusto actū creditur. Nā cum pauloante Gothi a Valente peterent Episcopos a quibus fidei rudimenta susciperent: ipse imperator ut erat Arrianus arrianos Episcopos eis misit: quorum doctrina uniuersa illa gens dogmate arriano infecta est. Recte igitur Valens ipse ab illis crematus est, quos ipse perfidie succenderat igne: Gothi itaque uersus Italiā iter agentes, omnia ferro & igne uastabant. Tandem Vnifgothi appellari decreuerunt idest occidentales gothi: & usque ad ultiores Hispanias transire. Gothi uero qui trans Danubiū remanserant, habentes super se regulos Astrogothos idest orientales gothos sese nūcupari uoluerunt: & postea a Zenone imperatore Italię regnū dono acceperunt: quod & longo tempore tenuerunt, quo euenit ut gothi ipsi quasi duobus cornibus, orientē & occidentē uentilantes, acriter orbē cruciarent & in duo regna Vnifgothorum in Hispania & Astrogothorum in Italia se diuiserunt: Qui uero in Hispania regnarunt Vandalos & Sueuos inde pulerunt: sed ut inquit Vincentius, tertia pars Hispanię quę regnū Galicę cōtinet insuperabilis māsit, quam nec Vnifgothi nec Alani Vandalos nec Sueui, sed nec Sarraceni subiicere ualuerunt, quod adhuc uiget incolume & regnū insuperabile appellatur: quę postea accessit regibus Gothorum, qui in Hispania ut indigene regnarunt, ut inferius differetur.

Cap. x. de origine Vandalorum & Hugnorum & de illorum principatu & progressu & clarioribus gestis usque ad eorum exterminium.

**C**ETERVM de origine Vandalorum & Hugnorum: & eorum regnis breui differendū est. Vandalos igitur ut quidam uolunt ex plaga septentrionali presertim ex

ea regione quę hodie Pollonia uocatur originē sumpsere: dicti Vandalos a Vandalos flumine ut aiunt sic hodie uocato: Isidorus tamen quę sequitur Vincentius & ceteri cosmographi Vandalos de Scythia natos perhibet ut supra diximus, qui a Gothis uicti terras alienas inuadere temptant, quos circa Danubiū cōmorantes post multa tempora, etiā Fridericus rex Gothorum bello uicit & inde expulit qui Romano se subdentes imperto a Cōstantino magno terrā habitationis petunt & Pannonias acceperunt: ubi per annos .lx. pacifice manserunt: Sed anno .xiii. Archadii Imperatoris rebellare contra rempub. romanā ceperunt. Sequē per Gallias diffundentes, quas aliquo tempore miserabiliter deuastarunt, sed a Gothis expulsi sunt. Non quidem cōpacientibus gallicanę quieti: sed querentibus omnes gallias occupare. Vandalos igitur a Gallia pulsi: Hispanias petunt, & nunc illas, nunc rursus gallias multo tempore affligunt, sed nec sic a Gothis tuti erant Honorius igitur imperator inuito cōsilio, Hispanias & Gallias a Vandalis ereptas, Gothos dedit. Cum igitur Gothi festinarent fugare Vandalos & alios hostes suos a finibus Galliarū & Hispaniarū. Vandalos cōclusi undique timore gothorum fauentibus sibi peccatis populi inopinabilis & grata illis occurrit oportunitas, Nā inter Bonifaciū & Echiū duces romanos, orta simultate per inuidiā Bonifacius factus infertor, Cum dolorem suę iniurię nollet ulcisci nisi damno & periculo reipub. ad hispanias transiit: & Vandalos ad occupandū Libiā & Africam inuitauit, quo cum peruenissent regnū suū longo tempore inibi cōfirmarunt, diuina & humana perturbātes: Quo tempore beatus Augustinus apud yponā Africę diem clausit uitę mortalitatis: Primo igitur anno Graciani imperatoris regnat super eos modogisilus annis .xxx. post quem Gudericus filius eius: in aliqua parte Hispanię

vmdahyborg

Honorius Imperator Gallias & hispanias Gothos dedit

vmdahyborg  
fr tu amre afue  
p. 10 do tu agebat  
in tua h. v. p. com  
v. t. c. s. t.  
Obyit augustus

vmdahyborg  
p. 10 do tu agebat  
in tua h. v. p. com  
v. t. c. s. t.



regnauit annis . xvi . qui cū occupata Hispali elatus ma-  
nus in ecclesias extēdit . a demone interimitur secūdū  
Vincentiū . cui successit Gensericus frater eius . qui in he-  
resim arrianā ut fertur lapsus est : cui successit Honorius  
filius . hic contra ecclesiā cōsurgens : tandē dei iudicio  
percutitur & uermibus scatens miserabiliter moritur :  
postq̄ regnauit Guthamūdus . & post illum frater eius  
Trasamūdus . hic Hildericū filiū ex Teudosta filia Valē-  
tiniani imperatoris genuit qui octo annis regnauit . post  
quē Guilimer regnauit annis quinque . qui tantę fuit cru-  
delitatis ut nec parētibus parceret : Tandē Belisarius  
Patricius a Iustiniano imperatore non nisi iussu dei ad  
Affricā liberandā de manu Vandaloy transmissus est .  
qui Guilimerem cepit & duxit Constantinopolē ad Im-  
peratorem . & ita rabies Vandaloy funditus euersa est .  
Hugnoy uero origo : & eorū regnū describit Isidorus &  
Solinus ac ceteri qui de orbis descriptione scripserūt : sed  
diuersimode : Nā Albertus magnus eos fore hugnos as-  
serit . quos hodie Pārones uel Vngaros appellamus . Pō-  
ponius mela generalius loquens . Hugnos originem ex  
Scythia sumplisse contendit : quę ut diximus uastissima  
regio est in partibus aqilonaribus post Danubiū . Hugni  
itaq̄ ut diximus in omni pene Sicia p̄cipatū tenuerūt .  
ex quibus radix peccati processit . Athilla flagellū orbis  
quē ad corripandas gentes peccatrices . deus ut accutum  
gladiū destinauit . Igitur Guilimer rex gothoy . qui post  
egressum Scandhię insulę quintus rex Gethay fuerat . cū  
terras Scythię cum ualido exercitu ingrederetur : reperiit  
in eisdē regionibus . quasdam magnas mulieres quas Ge-  
thico sermone Alirimas dicūt : Easq̄ habens plurimum  
suspectas . de illa regione expulit . quas cum quidā silue-  
stres homines per desertū uagantes uidissent . earum am-  
plexibus se miscētes hoc genus hominū . s . Hugnorum .

27  
ferocissimū ediderūt quod tantę ferocitatis fuit secundum  
Vincentiū : ut nisi quia sermonis quasi quasdam habebant  
imagines . cum essent nigerrimi . oculis quasi pūctis ex-  
istētibus . nullus eos homines fore credidisset : hi in filios  
suos primo die deseriūt . nā maribus . ferro genas secāt :  
ut anteq̄ lac suscipiant . sanguinē fundant . Hi imberbes  
senescunt . ad equitandū promptissimi ceruicibus firmi :  
superbi & elati cuncti erant orrori & formidini . horum  
potentiā auxit uictoria habita de Gothis manētibus circa  
ripas Meothidis paludis : quā uictoriā Vincētus refert  
hoc modo assecutos fuisse : Venatores Hugnoy sequētes  
ceruā . Meothidas paludes trāseuntē . explorata regiōe  
ad suos redierūt . & ad trāseundū animauerūt : Cū igitur  
transuadassent gens ipsa Hugnoy easdē paludes Scythi-  
cas gentes fere omnes subegerūt suo dominio . & ipsos  
gothos expulerūt sedibus suis . quo factū est ut per lxxx .  
annos Hugni mundū conarentur euertere : Tandē Gal-  
lias & Hispanias plurimū uexantes . postremo a romāis  
deinde ab ipsis Gothis Hispanis effectis . dissipati & ex-  
tincti sunt : Sed iam libet ut redeamus ad res hispanicas  
& breui deducamus ortū & initū regnoy & regum Hi-  
spanię post miserā eius cladē . Illud tamen p̄supponen-  
dū est : quia licet diuersi ante regnū Gothoy in diuersis  
Hispanię prouintiis regnarūt ut supra dictū est . quia ta-  
men illoꝝ p̄ncipatus uiolentus fuit & non uolūtarius :  
erectio regnoy pro eo tempore non fuit legitima . cepit  
enī ab euentu feliciorē . nam potentior regnabat . Secus  
autē post cladē Hispanię quo tempore per legitimas suc-  
cessiōes & iustos titulos erectio facta est ut statī dicemus .

Cap . xi . de origine regnoy & regum Hispanię post  
miserā eius cladē : & a quo tempore & quomodo di-  
uersa regna in eadē Hispania erecta sunt ; & de ortu



& initio unius cuiusque regni & a quo incepit . & primo de origine regni & regum Legionis & Castellę

**P**ostquam igitur in superioribus deduximus initia antiqui principatus Hispanię & per quos quomodo & quanto tempore gubernata fuit . usque ad miseram cladem & irruptionem diuino iudicio eidem calamitosę Hispanię inflictam tempore Roderici ultimi regis Gothorum : Superest ut breuissime ostendamus ortum & progressum principatum in eadem Hispania post predictam persecutionem ac etiam regnorum diuersorum erectionem . Vt igitur in octauo capitulo diximus post huiusmodi calamitosam Hispanię cladem de qua inferius latius agemus . in ultimo capitulo secundę partis . sub Roderico rege : Pelagus qui ut diximus ex genere Gothorum descendebat . secundum alios frater erat regis Roderici ultimi regis Gothorum . Primus fuit qui ex Asturiis exiens cepit resistere Sarracenis & paulatim principatum licet tenuem habuit super christianos qui in Asturiis latuerant . non tamen regnum titulum Gothorum sumpsit . ut ceteri ante regem Rodericum : Nam ille titulus regum Gothorum penitus cessauit post eandem cladem : licet enim Hispanię reges ab eisdem gothis descenderunt : titulum tamen gothicum non sumpsērunt . sed aliis titulis fuerunt insigniti : Nam alii reges asturiarum postea reges Galicię & Legionis . tandem reges Castellę appellati sunt . Quo autem tempore punctualiter idem Pelagus regnare cepit non habemus . licet aliqui dixerunt quos sequitur Lucas Tudē : quia principatum cepit anno domini dcc . xii . alii tamen incertum asserunt tempus principatus sui : nam paulatim principatum cepit . quo fit ut aperte non legatur quo anno regnum sumpsit titulum : sunt tamen qui asserunt quod post biennium a clade predicta . regalem titulum accepit : nihilominus pro clariores supputatione regum . & ne interruptionem admittamus in principatu Hispanię congruenter

*in fine regni  
castelle*

dict potest . quod ex eo die regnum superit titulum : quo infeliciter Rodericus regnum perdidit : Computando igitur ea tempora putandum est illum regnare cepisse anno predicto . dcc . xii . regni uero Hispanię . ccc . xx . qui annis . xx . regnauit ut inferius tangemus cum de eodem Pelagio agemus : Hic itaque Pelagus sumpsit pro armis & insigniis suis leonem rubeum . in campo albo . que constat fore arma regum Legionis . quia ut diximus ab eo tempore cessarunt in Hispania intitulationes & insignia regum Gothorum : quod putandum est ea ratione esse factum : quia prima ciuitas quam a Sarracenis recuperarunt . fuit Legionensis . Genuit igitur Pelagus duos filios . Fasilam qui post obitum eius regnauit . & Ormisindam reginam uxorem regis Alphonsi primi dicti catholici . a quo effectualiter regnum Hispanię incepit . Hic Alphonsus filius fuit Petri ducis Cantabrię . qui fuit de genere gloriosi Recharedi regis Gothorum . qui uniuersę Hispanię ante cladem predictam principatum tenebat & heresim arrianam extirpauit ab Hispania . hic Alphonsus rex & nomine catholicus : & gloriosus princeps fuit & a Mauris campos gothicos plurimasque ciuitates . prouincias castra & oppida magnifice recuperauit : usque ad montes pyreneos . qui uere restaurator patrię dici posset . ut dicemus infra in . iii . parte cum de eodem Alfonso agemus . quas siquidem prouincias & ciuitates . ut inquit Rodericus in cronica sua regno Legionis adiecit . durauit igitur hec intitulatio a regno Legionis usque ad Sanctum dictum maiorem regem Nauarię qui ex successione uxoris sue : que erat filia Santii comitis Castellę in titulo regio Castellę successit . de quo statim erit sermo ante illum enim Castella que Bardulia uocabatur comitatus erat : sic dicta Castella quasi sit castellis munita . Castellę igitur regnum ut predictimus & latius illico tangemus initium habuit quo ad intitulationem a predicto Sancto & Fernado filio eius . qui primus segregati regni Castellę

*1. de pelagio  
regnum*  
*leon donalben  
bencomar  
de spanna*



titulū & regiā denotationē assūpsit . anno dñi Mil . xvi .  
tamē ante huiusmodi ititulationē p̄cipatus & iurisdic̄tio  
Castellē pro aliquo tēpore pertinuit ad regē Legionis itaq̄  
Castellani regē legionis in superiorē cognoscebāt usq̄ ad  
tempora Ordonii secundi : qui in Legione regnabat . hic  
Ordonius comites & magnates Castellē ad se euocans  
proteruo spiritu instigatus . eos īterfici iussit . quo scelere  
Castellani indignati ab obedientia regū Legionis disces-  
serunt . ne tamē rectore carerent & acephali reputarentur .  
ex nobilioribus eius prouitē : duos sibi iudices elegerūt .  
unius nomen fuit . Nunius rasura . alterius Laynus cal-  
uus quorū filii & ab eis descendentes comites Castellē  
appellati sunt : usq̄ ad dictū Santū maiorem & Fernādū  
filium suum . qui primo in Castilla ut diximus regnauit  
Itaq̄ longo tempore distincta fuerunt regna Legionis &  
Castellē : Vnio autē utriusq̄ regni facta est ordine sequēti .  
p̄dictus Fernandus filius Santii primus rex Castellē :  
duxit uxore Santīā filiam Alfonsi regis Legionis & so-  
rorem Veremundi regis . Et cum hic Veremundus absq̄  
liberis decessisset . Fernandus primus propter Santiam  
uxorem . regnū Legionis obtinuit & sic fuit primus qui  
rex Castellē & Legionis intitulus est : & regna fuerunt  
unita quousq̄ iterū per Alfonsum regem Castellē & Le-  
gionis fuerunt diuisa & iterum reunita ut nunc sunt . ut  
latus in cronica Roderici continetur & inferius tange-  
mus . Voluimus tamen breuiter hęc scripsisse ut cuiusq̄  
regni initium legentes non lateret .

**C**ap . xii . de origine regni & regum Nauarrē & par-  
tium ei adiacentium & a quibus & quomodo initū  
habuerunt & de unione eorum .

**R**EGNUM Nauarrē sic incepisse creditur cum enī  
circa annos domini . dcccc . lxi . Castilla & terra

Legionis ac Nauarra uariis Arabum incurfionibus ua-  
starentur . aduenit ex comitatu Bigorriē . uir bellicosus  
estrenuus ac armis assuetus . uocatus Enequus . hic in  
montibus pyreneis Nauarrē contiguīs morabatur . De-  
inde ad planiciem Nauarrē descendens cū plurima bella  
utiliter gessisset . tandem a populis Nauarrenfibus . pri-  
mus rex Nauarrē assumptus est . Post quem regnauit fi-  
lius eius Garfias . & post eum Santius dictus abarca .  
filius eiusdem Santii . Deinde regnauit Garfias filius ei-  
usdem Santii qui quidē Garfias dictus est tremulentus  
& hic fuit quartus rex Nauarrē . Post quem regnauit in  
Nauarra Santius filius eius dictus maior de quo paulo  
ante diximus . hic fuit quintus rex Nauarrē & duxit ux-  
orem Eluiram filiam maiorem comitis Castellē & sic ex  
successione reginē uxoris . dictus Santius intitulus est  
rex Castellē . Potest ergo hic Santius aut efficacius Fernā-  
dus filius eius dici primus rex Castellē p̄sertim post  
miserā cladem Hispaniē . Hic Santius rex genuit ex dicta  
Eluira regina Castellē Garfiam & Fernādū & dimisit  
intuitu reginē . regnū Castellē Fernādo . regnū uero Na-  
uarrē reliquit Garfiē . Genuit deniq̄ idem Santius Ra-  
mirū bastardū cui reliquit regnū Aragoniē . & hic fuit  
primus rex Aragonū . Regnū uero Valentiē adhuc oc-  
cupabatur a Sarracenis : Quare longe post circa annos  
domini . Mil . lxxviii . Rodericus Cidus obtenta licentia  
ab Alfonso sexto rege Castellē . cuius uasallus erat . soci-  
atus cōsanguineis & plurimis Castellē nobilibus decre-  
uit contra Sarracenos qui Valentīā & partes illas occu-  
pabāt bellum gerere . Cum igitur circa partes Aragoniē  
& Valentiē propinquasset . Petrus rex Aragonum de quo  
statim dicemus . manu potenti ei resistere decreuit . tamē  
in bello a Roderico uiuus & icolumis captus est & illico  
suę libertati donatus : Rodericus igitur Valentiam

*p̄ rex nauarra  
carra gñe*

*unwre yfen  
na barra mry  
Pencatla*

*Impressum in  
uifrey m de cast  
na / yde de fa  
no clif*

*royede am gon  
yde casta de m  
pore*



a Sarracenis occupatam peciit illamq; obsedit. tandem deuieto rege Bucchar & innumera multitudine Sarracenorum eandem urbem Valentie gloriose accepit. quam tenuit quo aduixit. licet eo mortuo iterum a Sarracenis occupata est & rursus a rege Aragonum Iacobo feliciter fidei lucro reddita ut inferius tagemus in capitulo xxvii. tertie partis. Huius autem regni Nauarre situm & ubertatem ubi Cantabri degunt gentisque strenuitatem supra deduximus in principio huius prime partis usque ad capitulum vii.

Capitulum xiii. de origine regni & regum Aragonie Valentie & Cathalonie & a quibus & quomodo initium habuerunt & de unione eorum.

**R**EGNUM Aragonie & eius intitulatio ut antiqua annalia perhibent incepit a predicto Ranimiro filio Santii maioris regis Castellae & Nauarre ut supra diximus & primus intitulatus est rex Aragonie: de quo in precedenti capitulo diximus: Nam ante eum nullus intitulabatur rex Aragonie: Sed Santius tertius rex Nauarre dictus abarca primus fuit qui post cladem Hispanie magnam partem Aragonie a Mauris recuperauit: quam Garstas eius filius & Santius pater huius Ranimiri adauerunt. ipse uero Ranimirus patre Santio mortuo aliquam partem Aragonie ab Arabibus occupatam post plurimas susceptas clades recuperauit. Incepit autem regnare in Aragonia circa annos domini. M. xvii. hic Ranimirus filium genuit Santium strenuum & animosum qui obsedit Oream & ibi a Sarraceno sagitta letali percussus obiit. relictis Petro & Alfonso ac Ranimiro: Petrus uero regnum suscepit & Oream aliasque ciuitates & oppida regno Aragonie adiecit: hic Petrus postea a Rodrico de Biuar Castellano Cido cognominato q Valentiam

qui rex magni regni f

a Mauris recuperauit ut diximus in bello captus fuit & liberaliter relaxatus: Primis itaque duobus fratribus sine sobole uita functis: cum regnum sine herede fluctuaret. quia Ranimirus monachus & sacerdos fuerat ordinatus. Eadere magna inter Aragonem dissensio secuta est: tade Ranimirum monachum a monasterio reuocarunt & apud Oream regem sublimarunt: cui uxorem dederunt sororem comitis Pictauiensis. Hic Ranimirus filiam genuit Vrracam que data est nuptui comiti Barchinone. et exinde facta est unio Cathalonie ad regnum Aragonie. Ranimirus uero rediit ad monasterium & regnauit pro eo in Aragonia & Cathalonia dictus gener eius ut lanus dicemus in tertia parte sub eodem Ranimiro. hoc autem Aragonie regnum Celiberorum gens bellicosissima incolit que sepe Romanis & exteris non paruo terrori atque excidio fuit. cuius regni situm feracitatem gentisque nobilitatem & laudes supra tetigimus in principio huius prime partis.

unio de cathalonia a aragon

Capitulum. xiiii. de ortu & initio regni & regum Portugalie: & quando & quomodo & a quibus inceperunt & quot in eodem regno hucusque regnarunt

**P**ORTUGALIE denique regnum nouissime erectum est ordine qui sequitur. Alfonsus sextus rex Hispanie qui Toletum e Sarracenorum manibus recuperauit. filiam suam bastardam nomine Terasiam. dedit uxorem nobili Henrico comiti Lotoringie consanguineo Imperatoris. qui de partibus Galliarum uenerat. Motus est ad id Alfonsus rex. quia illum strenue pugnantem contra Mahometes conspexit. Hic comes in rebus bellicis experitissimus fuit. atque uir magni consilii & plurimum presidii regi Alfonso attulit: deditque ei in dotem partem Galicie. que nunc Portugalia dicitur. Comes igitur ipse

m in regno portugalie f



patriam illam possedit cum solita recognitione . regi Hi-  
spanie debita: Genuit igitur ex ea filiū Alfonso Hen-  
riques nomine quē rex Castellę primo ducē Portugalię  
creauit . Deinde aliquibus preliis habitis cum sarracenis  
& rebus prospere gestis . uolente rege Castellę . regiū ti-  
tulū assumpsit: hoc igitur Alfonso Henriques uita fūcto  
Therasia eius uxor nupsit cuidā Fernādo comiti quę res  
plurimū displicuit Alfonso eius filio. Quare orta est inter  
eos implacabilis discordia bellaq; grauiā conferta sunt  
usq; adeo . ut in quodā campestri prelio . Alfōsus uictor  
euasit contra Fernandū uictoricū: matremq; suā Therasiā  
captiuaui & in uinculis traxit . Parū imitatus Coriolanū  
Romanū qui matris precibus nedum uictor esse noluit .  
sed principatui cessit . Therasia itaq; conquesta est Roma-  
no pontifici . qui per Episcopū Colimbriēn monuit Al-  
fonsum ut matrē liberaret . alias illū excomunicaret . ille  
uero renuit . quē Episcopus anathemati dedit . regnumq;  
interdixit & Romā aufugit: Demū predictus Ro. Pon-  
tifex Cardinalē misit legatū . sed non profuit . quinimo cū  
Alfonsum iterū excomunicasset ille in reprobū sensum  
datus . legatū fugientē persequitur . & capit . Refert tamē  
Lucas Tudēn q; Alfonso dolens legatū cepisse . coram  
eo se spoliauit eiq; cicatrices & uulnera ostendit . pro fide  
catholica augenda a sarracenis illata indigneq; ferebat ut  
alius a principatu eū pelleret . placatus itaq; legatus pol-  
licitus est absolutionē a Ro. Pontifice obtinere: Mater  
igitur uidens differrī relaxationē suā . maledixit filio . di-  
cens quia crura mea uinculis alligasti & mihi abstulisti  
honorē a patre relictū . Deū precor ut ab hostibus sis ca-  
ptiuus ut ego sum: Demū crura tua fracta conspicias .  
sicut mea ferro uinxisti: quod paulopost expletū est: Nā  
cum bellū apud ciuitatē Pacēn cum Fernando rege Legi-  
onis Alfonso confereret exiens per portam ciuitatis ad

29 reges  
hic anno male  
dixit rex  
sicut in d. d. legu  
n. f.

prelium iam ceptū . tibia uestis ferro inuoluta est pariter  
& rupta . ille uero in bello uictus & captus est . itaq; eadē  
inobediētia ad mandata apostolica simul & maledictio  
materna eū cōprehenderunt . Scriptū est enī filius stultus  
despicit matrē suā . & iterū sapiens ait . maledictus a deo  
q; exasperat matrē: & rursus maledictio matris erradicat  
fundamenta: ut igitur ad inceptū propositū redeamus .  
Titulus regni Portugalię a predicto Alfonso modo quo  
enarrauimus incepit: Et tandē continuati sunt reges usq;  
ad Dionisiū regē Portugalię qui per matrimonia prece-  
dētia nepos erat Alfonsi . x. regis Castellę ex filia: &  
hic Dionisius fuit per eundē suū auum ab omni recog-  
nitione liberatus . quod non sine grauissimis scandulis  
actū est: ut infra in quarta parte sub eodē Alfonso decio  
agemus . Itaq; supputando ab eodē Alfonso primo qui  
regiū titulū in eadē prouincia primus assumpsit . Usq; ad  
hec nostra tempora . duodecim reges successiue sortita est  
Portugalia . ordine sequenti: Primus fuit Alfonso pre-  
dictus gener Alfonsi regis sexti Castellę . Post quē ime-  
diate regnauit Sātus primus . deinde Alfonso secundus  
Rursus post illū Sātus secundus . cognomēto capello .  
cuius corpus apud Toletū honorifice tumulatū est . Huic  
successit Alfonso tertius: demū regnauit Dionisius . de-  
inde Alfōsus quartus . postea Petrus . deinde Fernādos  
post quē Iohānes regnauit ex ordine militari assumptus .  
deinde filius eius Eduardus . post quē Alfonso nūc fe-  
liciter regnat . duas habens sorores . primā nuptui dedit  
Imperatori Fredertico moderno . Alterā Hērrico regi Ca-  
stellę ut latus sub eodē Henrico dicemus . Hoc Portu-  
galię regnū ut predictimus per oceani maris littora difū-  
ditur . in eo Lusitani ferocissimi . cunctis seculis laudati  
uiri inhabitāt cuius regni sitū ubertatē gētiscq; strenuitatē  
& laudes supra tetigimus in principio huius partis .

12 reges  
gale usq; ad  
henricum 7. hunc  
me



**Capitulū . xv . de ortu & initio regni & regum Granate & quando & quomodo incepterunt .**

**G**RANATE regnū in Bethica prouintia sitū est . ex omī fere parte a ceteris regni Castellę prouintiis cingitur solū uersus meridiē Affricā respicit . ab occidēte enī Vandaliā & Lusitaniā cōterminat : Deinde per litora mediterranea usq; ad Carthaginē nouā protenditur : Nouissime igitur postq; alia Hispanię regna erecta sunt . Granata titulū regni assumpsit . magis certe sarracenoꝝ sinistris q̄ prosperis euentibus . Fūerat enī Granata Mauris prosperatibus . nō utiq; regni caput . sed pars regni Cordubę quę una lōgis tēporibus Patria fuit ciuitas Arabibus & principalior eoz; sedes : Pro cuius clartore noticia libet antiq; sumatū recolere . ut enī certissima nos docēt ānalia ex Isidoro & Luca Tudēn referētibus : diuina prouidentia cuius iudicia abyssus multa . exigētibus peccatis christiani populi Hispaniā flagellare disposuit ac sub ditione Arabū & misera seruitute subiecit . Fuit eiūsdē irruptionis pestilens instrumentū atq; principalis fautor sceleratissimus proditor Iulianus comes Cepte ex quadā ad regē Rodericū idignatione . Nā Miramomelinū potentē Arabū principē affricę accersiuit eiq; liberū ad hispanias aditū obtulit . Ille uero Muçā presidē suum & Tarif uirū bellicosū cū innumera Arabū multitudine in Hispaniam trāsfretare iussit : illi uero aditus liberos ad Hispaniā reperietes : cūcta deuaſtāt : occupant & dirruūt . Veruntamē Rodericus rex Hispanię qui a mari usq; ad mare omnes Hispaniarū prouintias obtinebat . cognito ingressu Arabum resistere decreuit . Cūq; utrinq; acies prope Gienēn cuiatē confligeret & post plurima bella . ex Arabibus Tarif . dcc . & sex milia cesa essent . tandē sic disponēte diuina sentētia domica die de āno dñi . dcc . xiiii . christiani

en . g . i . iulio . 713 .

in anno  
arabi  
u mori  
roderici

Peditio hispaniarum  
ex prodicione Iulianus  
comes

uicti sunt : cunctis partem cęsis partem fugatis . rege Roderico interfecto . quo euenit ut infra breue tēpus Mauri oēm fere Hispaniā occuparūt . & pro aliquo tempore qui principatū Affricę obtinebāt : etiā cis marinas partes Hispanicas gubernabant . Demū uero Mauri qui Hispaniis preerāt principibus Affricanis rebellātes : diuisi sunt ne dū a principatu Affricano . sed dominia inter se aliquādo ex cōcordia aliquādo ex bellis & seditioibus partiti sunt . Nam quidā Mahomath dictus abenalabeti a predicto Affricano imperio se diuidens sedē regni apud Cordubā statuit . alius in Hispali & Vandalia . Itaq; exinde sarraceni ipsi particularibus dominiis Hispanias affligerūt . q̄si miserę & calamitosę Hispanię non suffecisset Mahometis spurcissimis seruire . sed & plures principantes illā deuorarent . ut experiretur quia iuxta prophetā propter peccata gentis multi principes eius . igitur apud Cordubā regnū erectū est . sub quo Granata & Malica fuerunt . alii regnarūt in Hispali : Deinde amplius seuiente ira dei alii in Murta & noua Carthagine : sic & apud Toletum Valentia & Cęsaraugustam : quę quidē prouintię singulos reges lōgissimis tēporibus obtinuerūt . usq; ad tempora quorundā principū sarracenoꝝ qui dicebātur Almoranides : qui tandē ab aliis potētoribus Mauris appellatis almohades ab Hispania expulsi sunt : illi uero sic pro diuiso regnarūt usq; ad tempora regis Fernandi tertii . qui regnare incepit anno dñi . M . cc . xvi . cuius tempore interfecto a suis Mauris . quodā appellato Abenbut : qui Vandaliā & Bethicā obtinebat . alter potens sarracenus dictus Mahomat Arenalagmat aiosus & strenuus licet humiliter natus . ex aratro & bobus in Granata & Gienēn ciuitate regnare cepit . iam enī ira dei placata christianis ex misericordia uires cōcessit quibus ex iusticia ante abstulerat . Nā reges Castellę pro tēpore aios reassumētes

Prox ardnia

copiam regni  
maurorum

almora in des  
almohades

pro regno regni  
granate fecerunt  
num 31



paulatim plures deperditas prouintias recuperarunt adeo ut predictus Fernandus huius nominis .iii. de quo inferius agemus . diuino auxilio munitus Sibiliam: Cordubam: & totam Vandaliam: & partem Bethicam: lucro fidei attulit. quo effectum est ut cum Mauri Ispalim. deinde Cordubam regiam eorum urbem perdidissent: necessitate compulsi sedem regiam ad Granatam transtulerunt. quia amplior & insignior illius anguli ciuitas est quam usque in hodierna tempora nostra obtinet in felicitate. huius autem regni situm ubertatem & laudes explicare latius. Referremus dulcius si a Christi fidelibus habitaretur. sed pudet ut a christiano uiro ea regio laudibus extollatur. in qua non Christus sed Christi hostis collatur.

**Cap. xvi. quomodo omnes reges regnum Hispanie ducunt originem ex trunco & stirpe regum Castellae & Legionis.**

**C** X HAC igitur supputatione rerum gestarum fideli narratione. iuxta historiarum ueritatem manifeste demonstratur erectio: principium & ortus regum Hispanie: eorumque origo & continuatio. Constatque liquido omnes reges qui post cladem Hispanie erecti sunt: ex trunco atque stirpe regum Hispanie quos nunc reges Castellae appellamus descendisse & originem tulisse. nonnulli tamen remotius aliqui propinquius prout supra disertum est: Rex uero ipse Castellae Henricus quartus modernus ab Athanarico ex Gothis primo regnante per ordinatas successiones descendit. quinimo ab eadem domo eademque familia & eodem Gothorum genere sine aliqua extraneae familiae ac stirpis interpellatione continuatus est. Adeo ut computando quolibet regem pro uno gradu rex ipse Castellae modernus distat ab Athanarico predicto per .lxxxii. gradus lineae descendens aut a Theoderico qui effectualiter monarchiam Hispanie assecutus est per .lxx. successiones & a Pelagio. qui primus regnauit post

cladem in Hispania per .xliiii. gradus totidemque successiones quae res ita singularissima est ut in tota Europa similis forte non ualeat reperiri: & quae in ea multi antiquissimi & excellentissimi principatus existant: non tamen est regium aliquod soli tam diurnis temporibus sub eadem familia & domo regia & sine interpositione alterius familiae continuatum: & licet plerumque inter eosdem Hispaniae reges certatum sit: & praelia non parua inita: cedescque secute: nunquam tamen ad extraneam familiam principatus deuenit. quod tam excellens beneficium non alia ut putandum est ratione eis ab altissimo donatum fore nisi ob singularem & deuotum religionis catholicae cultum quem a tempore Iacobi apostoli usque in hodiernum diem perseveranter custodierunt: atque propter obseruatissimam reuerentiam & obedientiam ad sedem apostolicam ut merito non fallat. scriptura sacra quae ait. si obedieris uoci sacerdotis dei faciet te deus cunctis gentibus excelsorem: & alibi rex iustitiam deo seruauerit firmabitur solium eius. & iterum iuxta sapientem. uir obediens loquetur uictorias: & rursus e conuerso. non desit aduersitas contrarium agentibus. iuxta ueritatem eiusdem diuini oraculi: quo legimus propter iniustitias & contumelias nonnumquam transferri regnum de gente in gentem. inter omnes autem iniustitias nulla capitalior est quam Christi uicario ueri dei uices in terra gerenti obedientiae & reuerentiae cultum subtrahere. aut in aliquo diminuere.

**Cap. xvii. quomodo in regno quod hodie appellatur Castellae & Legionis residet titulus & nominatio regum Hispanie.**

**S**UPEREST igitur ut illud nunc obmittendum quinimo & inquirendum sit. in quo uidelicet regno aut prouintia principale Hispanie nomen insideat. erit etiam breuis sermo de quibusdam insignibus uictoriis & bellis



contra Sarracenos habitis. Prædicta igitur regna quæ ad  
modum præmissum est per unum regem atque monarchiam lon-  
gissimis temporibus gubernata fuere & tandem diuisa ad in-  
uicem & sepe ut supra relatū est. & unumquodque regnum  
nomen regium sibi assumpsit a nominibus prouintiarum quibus tem-  
pore quo regna erecta sunt nuncupabatur: Nomen uero  
Hispaniarum re ipsa & ueritate ac debito uniuersalis successi-  
onis titulo: sed & omnium nationum ore & nominatone in ea  
parte Hispaniarum mansit. quæ hodie subicitur regi Castellæ:  
ea potissimum inter ceteras ratione quia reges Castellæ a  
quibus ipsi descendunt. monarchiam Hispaniarum ut dictum  
est: magnis temporibus insolidum nacti sunt. accedit quia  
constat maiorem Hispaniarum partem subditam fore regi Castellæ  
ita ut iuxta iurium dispositionem. qui maiorem rei partem obti-  
net. totius rei dominus appellari recte possit. Costat siquid-  
em ex sex prædictis prouinciis Hispaniarum: quatuor fere integras  
regi Castellæ & Legionis subiectas fore. Carthaginensem;  
uidelicet Lusitania: Bethica: & Galicia: Id etiam uox omnium  
populorum probat: qui licet non ignorent prædicta quinque  
regna intra nationem Hispaniarum sita fore: cum tamen secernunt  
Hispaniarum gentes solum natos in prouinciis principatus sub-  
diti regi Castellæ uocant Hispanos: Ceteros uero a regnis  
& prouinciis ex quibus nati sunt. Nam plurimi sunt po-  
puli qui nunquam Castellam sed Hispaniam audierunt. Quod  
utique nequaquam ex ignorantia procedit. quasi nesciant poten-  
tiam & latitudinem dominiorum regum Castellæ: sed ex industria  
alios reges propriis nominibus appellat. ueluti regem Ara-  
gonum & Portugaliarum: & Nauarum: atque Granatæ: Solum  
autem regem Castellæ uocant Hispaniarum regem. Ita enim ab antiquo  
inhibitum est cordibus hominum quod principatus Hispaniarum ti-  
tulo uniuersalis successionis legitime continuatur in reges  
Castellæ: principatus uero & regna aliorum ex titulis sin-  
gularibus & ut plurimum ex regum Castellæ aut stirpe aut

dependentia processerunt ut dictum est: non autem ex titulo  
uniuersalis successionis principatus Hispanici & ideo omnes  
gentes prudenter & uere ipsos reges Castellæ ab antiquo  
nominis principatus appellant reges Hispaniarum: nec inuenio  
rationem quare post illam cladem indifferenter non appellatur  
reges Hispaniarum: & huius ueritatis potissimum signum est: quod  
solum rex Castellæ habitu & animo ac re ipsa tanquam uniuersalis  
heres monarchici principatus Hispaniarum præter regna præ-  
dicta postea sepe: cetera omnia habet quæ antiquis tem-  
poribus spectabant ad unum Hispaniarum monarchiam. Nam  
omnium aliarum prouintiarum conquesta quas infideles possi-  
dent & aliquando fuerunt Hispaniarum ut dictum est ad eum ut uniuersa-  
lem heredem principatus Hispanici pertinet nemine infi-  
ctante. sicut Granata & omnes insule in oceano sitæ. quæ  
uocantur insule Hercules & fortunatæ atque canariæ. quarum  
aliquas hodie rex Castellæ possidet. Illud præterea non ob-  
mittendum censeo. quia inter omnes turbines & dissidia in Hi-  
spaniis exorta. nusquam a bellis contra mahometes cessatum  
est. Licet enim ut præmissimus sarraceni per quingentos fere  
annos quinque prouincias Hispaniarum ex sex prædictis inua-  
ferunt. & sic potentia facti diminuta est: sed tamen ius  
monarchiæ & uniuersalis principatus & potestas iuris non  
potuit hostium inuasionem tolli. quæ enim angustaretur. tam nu-  
merus personarum. quam latitudo territorii. ipse tamen prin-  
cipatus prout est ius principandi. illesum manebat here-  
dibus iniuste expulso: præsertim quia ut dictum est. reges  
qui a Pelagio prodierunt diuino auxilio & magna eorum  
uirtute & fide. tandem eosdem sarracenos taliter restrinxerunt.  
ut eos compellerent quinque occupatas prouincias deserere &  
partem Bethicæ solum in qua nunc degunt incolere: & ut  
paucis agam: a .ccc. fere annis Castellæ & Legionis reges  
maiorem Hispaniarum partem a faucibus hostium Christi eripue-  
runt: intra hoc enim tempus ciuitas & patria Ispalensis: a qua



princeps quidā sarracenoꝝ rex Sibilię uocabatur recuperata est per Fernandū regē . iii . Item ciuitas Cordubēn a qua etiā rex quidā sarracenoꝝ intitulabatur & ciuitates Gienēn : Carmona : Vbeda : Baeça : Badaiog : & fere tota prouītia Toletān . recuperatę sunt . Demū Alfonso rex Conchēn : Carthaginēn : & innumeras alias urbes & oppida recuperauit . & sui successores cum sarracenis incredibilia bella gesserunt : in quibus diuina pręstidia uisibiliter opem tulerunt & beatus Iacobus Hispanię patronus oculariter armis materialibus pugnare uisus est : Sed inter cętera gloriosa bella illud mīme obmittendum consui quod gestum est anno domini . M . cc . xii . per Alfonso regem Castellę & per cōsanguineos suos regem Nauarrę : & regem Aragonū contra Miramomelinū & alios simul reges sarracenorum : qui fauente diuina clementia mirabiliter uicti sunt atq; prostrati . & magna Hispanię pars tūc lucro fidei cessit : cuius belli particularem seriem prędictus rex Castellę ad cōsolationem sanctę matris ecclesię domino Innocentio sūmo pontifici magno cum gaudio intumauit : quę siquidem littera in apostolicis libris registrata reperitur : ut latius tagemus in . iii . parte sub Alfonso . viii . sed iam huius primę partis finē absoluamus ut tandem initium principatus Gothorum in Hispania & eorū successiones simul & successus usq; ad regem Rodericū succante recolamus quia diffusus a Roderico Toletān enarratur : quę oīa ideo breui repetemus ut addamus genealogias & successiones sequentium regum post Rodericum & Pelagium usq; ad moderna nostra tempora .

**Explicit prima pars**

**Incipit secunda pars historie Hispanicę in qua sub breui epilogo adducitur particularis initium principatus Gothorum in Hispania & breui enarrantur eorundem Gothorum successiones & successus usq; ad Rodericum ultimum Gothorum regem .**

**Prologus secundę partis**

**Q**UONIAM IN SUPERIORIBVS antiquum Hispanię principatum sūmati & in genere retulimus . & tandem deduximus Gothorum reges inclitos Hispanorum uiribus fretos : a finibus Hispaniarum Vandalos expulisse . necnō Hungnos : Sueuos : Alanos : Selinguos : sed & Affros : deinde Romanos : Rursus diximus ab Athanarico primo Gothorum rege usq; ad Henrricum . iiii . moderno tempore regnātem . lxxii . gradus siue successiones ex eodem Gothorū rege effluxisse . Iam ergo superest ut in hac secūda huius historie parte eorundem Gothorum specificam genealogiam . ac principandi ordinem & numerum sed & personarum regnantū nomina & successiones clarioraq; illorum gesta suis temporibus occurrētia usq; ad Rodericum ultimū regem Gothorum breui differamus : Demū uero in tertia parte subsequētū regum post Rodericum incipientes a Pelagio qui primus post cladem Hispanię regnauit . non solum successiones sed & successus : insignioraq; gesta suis temporibus occurrentia . usq; ad Fernandum tertium in quo Roderici Archiepiscopi historia clauditur succante perstringemus : In Quarta uero parte successiones regum eorundem genealogiam & gesta ac occurrentia usq; ad pręsentia Henrrici quarti tempora aliquantū latius describemus .



**Athanicus primus Rex Gothorum.**

**A**THANARICVS igitur primus ex gente Gothorum obtinuit principatum ut paulo ante diximus. Incepit autem regnare anno domini .ccc. xliii. regnavit annis .xiii. licet enim hesitandum non sit Gothos ante Athanaricum plures inter se reges habuisse: postquam tamen ab eorum propria patria exierunt: & Italiã: Galliam: Germaniam: & Hispaniam inuasert. hunc athanaricum primũ regem elegisse historiographi testantur. hic in Græcia: Pannonia: Italia: diuersa bella feliciter egit. Demũ ut eundem Athanaricũ post deuastatã dirruptãq; Romam: plurimasq; Italię illatas clades Honorius cęsar ab Italia pelleret Gallias et concessit & Hispanias ut quãdam referunt. Deinde Cęsar Theodosius ex Hispana familia natus non parum eum formidans. fędus cum illo pepigit. Inuitatus igitur ab eodẽ Theodosio Constantinopoli adiit: ubi honorifice receptus illico obiit. Tẽpore huius Athanarici sedebat in cathedra Petri. Liberius primus: & Felix. ii. & Damasus primus. In imperio uero sedit Valentinianus qui imperauit unacũ Valente fratre suo. hic Valentinianus cõpescuit Valentẽ fratrẽ uolentẽ persecui Cristianos: tandem apud Strigoniam ex apoplexia obiit. quo tẽpore apud Atrebatas ut ait Eutropius: uera lana de nubibus pluuię mixta defluit. Rursus eodẽ tempore terręmotus per totũ orbem factus est & mare ita terminos suos egressum est. ut Sicilię insulas ac plurimas urbes & populos oppresserit.

**Alaricus Secundus Rex Gothorum.**

**A**LARICVS secundo loco Gothorũ regnum obtinuit. non illico post Athanaricum. sed aliquãto

*vera lana de nubibus pluuię mixta defluit*

tempore post uidelicet anno redẽptionis Christi .ccc. lvi. nam Gothi benignitatem Theodosii Cęsaris conspiciẽtes se eius imperio dederũt. fueruntq; sine rege .xxviii. fere annis: regnavit autem annis .xxiii. quibus expletis Alaricus Gothorũ regnum suscepit. hic Tracias: Pannonias Germanias: diuersis afflixit cladibus. deinde Italiã ingressus: cuncta deuastat: sed Theodosius Gallias eis ab Honorio concessas: iterum confirmat. sed cum a Stilico comite p̄ditus Alaricus in uia impeteretur: eodẽ extinto comite indignatus Romam rediit: cuncta deuastat: dato tamẽ prius p̄cepto suis militibus ut siqui in sacra loca p̄cipue sanctoꝝ Petri & Pauli basilicas cõfugisset. hos securos cũ fortunis suis custodirent a sanguine p̄cipue districte p̄cipiens abstinentũ. huius Alarici tãta fuit ad sacra limina reuerentia. ut cum in sacrario sancti Petri plurima p̄ciosa iocalia Christiani saluãdi gratia detulissent: Alaricus illesa a suis custodiri iussit dicens. cũ Romanis se bellum gerere: non cum apostolis. plurima deinde quę eius milites ab ecclesiis abstulerãt illico templis restituens: quemadmodũ Augustinus in de ciuitate dei libris testatur. fuit autẽ ab Alarico Roma capta año M. clxiiii. ab eadẽ urbe condita. Itaq; Roma olim cunctarũ gentium uictrix sub Alarico Gothorum rege humiliata est. & suę ditioni subiecta: tandem ob innumera mala quę Romę a se & suis perpetrata sunt. cũ per Italiam cuncta uastaret. subita interiit morte. quem sui inconsolabiliter luxerunt: ut tamen uictorię contra Romanos obtẽte sempiterna duraret memoria: Alueũ cuiusdã magni flumis mutarunt. ibiq; tumulũ honorabilẽ Alarico confecerunt: Rursus aquã fluminis ad eundem Alueum redire fecerunt. ut ignotus esset locus sepulcri Alarici sicut alias de sepulcro Moyli sacra historia cõmemorat. quod usq; in hunc diẽ incognitus est: huius Alarici

*In regibus*



tempore sedit Romę Quiricus primus & Anastasius & Innocentius primus . In imperio Gratianus cum fratre Valentino . hic Gratianus quendā uirum strenuum moribus & armis consortem fecit in imperio orientis . sibi uero & fratri suo partes occidentales reseruauit . tandem Maximus Constantini consanguineus rex Britanię ab exercitu suo imperator eligitur . & per tyrannidem imperium inuasit & prope Lugdunum Gratianum circumuenit & occidit .

### Ataulphus tertius Rex Gothorum .

**A**TAVLPHVS alarici afinis secundū alios nepos tertio loco regnum Gothorum suscepit . anno saluatoris mundi . cccc . xi . regnauit annis sex . hic Vandalos : Alanos : Sueuos : & Hugnos : quos Astrogothi a Pānoniis fugauerant & ad Gallias transire coegerant : ualida manu insequitur . illi audito Ataulphi aduentu : dimissis Galliis Hispanias petunt . Ataulphus uero post deuastatas diu Gallias . primus omnium Gothorum Hispanias ingreditur : Vandalos ceterosq; Barbaros cesurus . tandem apud Barchinonā a suis seditiose iugulatur . hoc tempore sedebat Romę cōginus . In imperio Honorius & Archadius fratres filii Theodosii senioris . Archadius imperabat in oriente . Honorius in occidente .

### Sigericus Quartus Rex Gothorum .

**S**IGERICVS Ataulphi cōsanguineus quarto loco regnum Gothorum suscepit anno natiuitatis Christi cccc . xvii . parū dignū relatu egit : pro eo quia uno uidelicet anno regnauit . cuius tempore p̄fuerunt in sede apostolica & in imperio proxime nominati . Circa hęc

tempora Orosius doctor Hispanus doctrina ac eloquētia suauitate clarissimus floruit . hic ut Genadius de illustribus uiris refert egregia descripsit opuscula . p̄sertim cōtra querulos cristiani nomis falso asserētes eclipsatū diminuatūq; fuisse imperium & statū reipub . Romanę per aduentū Christi . aduersus quē errorem plurima sempiterna cōmemoratione digna descripsit . liquido ac apertissimis testimoniis ostendens . longe maiora grauioraq; mala . Romanę reipub . ac uniuerso orbi accidisse a p̄ncipio seculi usq; ad redemptoris nostri aduentū q̄ post euangeliū diuulgatū . hic Orosius Augustini discipulus fuit secundum eundem Genadiū & pro discenda animę ratione ad Iherosolimam missus reliquias beati Steffani prothomartyris secum tulit in Affricam . de quarum inumeris uirtutibus & ingentibus miraculis idē beatus Augustinus xxii . de ciuitate dei longum agit sermonem .

### Vualia quintus Rex Gothorum .

**V**ALIA quinto loco regnum Gothorum suscepit anno saluatoris mundi . cccc . xviii . regnauit annis iiii . Hic Vandalos : Siliguos : ex Bethica fugauit & Hispaniis solus p̄fuit . Nam Guisericus rex Vandalorum cum oibus Vandalis & familiis suis ad Affricam transire coactus fuit . qui cōtinuo obsederunt Hyponā . cuius obsidionis anno primo beatus Augustinus migravit ad Christum . inter ipsos obsidentium impetus suos ad martirium confortans . obiit autē anno episcopatus sui . xxxv . anno uero . x . post Ieronimi obitum . In hoc Vualia p̄ncipatus Vandalorum qui & Silingui dicuntur . finem habuit . uocati sunt autem Silingui illi Vandali . qui in Affricam transire eadem tamen gens erat : Leonogildus tamen eorum uestigia totaliter extirpauit . Huius regis

*prope septem milia  
vandalos in p̄ncipate  
regnum*

*Ho . tempus q̄ beatus  
obiit Augustinus .*

*idem de morte Ieroni*

*prope septem milia  
vandalos in p̄ncipate  
regnum*

*idem de morte Ieroni*



*Faramundus  
p. 99. h. m.  
sup.*

Vualie tēpore ī Frantia primus omniū regnauit Faramū-  
dus. hoc tēpore sed ī Rome Celestinus primus In imperto  
predictus Honorius. hoc tēpore celebrata est sinodus Efe-  
sina . cc. Episcoporū. Cusentinus tamē refert cōgregatā  
sub Theodosio iuniore in qua sinodo īterfuit cirilus Epi-  
scopus Alexandrinus . ubi damnatus est Nestorius Epi-  
scopus Constantinopolitanus qui impie negabat beatā  
uirginem esse uerā Crīsti & dei matrē quia asserbat duas  
in Crīsto filiationes . duas personas & duo supposita . q̄  
de re sinodus anathematīcauit . xiii . capitula in quibus  
consistebant blasphemīe eius . de quibus lacius agitur in  
decreto . xvi . di . . tertia sinodus : Rursus eo tempore  
ut ait Martinus apud cretam dyabolus qui se plerunq̄  
trāssformat in angelū lucis in specie Moysi apparēs dum  
iudeos in terrā promissionis per mare pede sicco transire  
polliceretur . plurimos inter fluctus necauit . sed qui eua-  
serunt ad Crīsti fidē cōuersi sunt . sic itaq̄ hostis ipse ma-  
lignus a seipso uictus est . plus dolens de paucorū uiuē-  
tū fide suscepta q̄ de multorū morientū cēde adepta . sed  
uerū est illud Augustini . quia demon magis dolet de uno  
peccatore penitentiam agente q̄ de . C . in peccatis dece-  
dētibus . plus odit profectū unius q̄ tormēta multorū .

Thenderedus sextus Rex Gothorum

**T**ENDEREDVS . vi . loco regnauit . iii . ānis post  
Vualīā āno dnī . cccc . xxi . hic ab Athilla rege hu-  
gnorū ī cāpis cathalaicis īterficitur . Alii uero referūt hūc  
cēsū fuisse Teodericū . ipse tamē Athilla uictus est a go-  
this & romāis nec legitur a multis seculis tā illustre īmo-  
tā cruētū bellū ī Europa cōtingisse : nā ut historīe habēt ccc .  
milia hoīm cesa sūt paulo āte hoc dirissimū bellū / terribilia  
signā uisa sūt magnā sāguīs efusionē īdicāta nā post ecli-  
ples solis & lune sol uisus est per tres dies sanguinolētus  
ultra cōmunē & solitū ordinē . Athilla uero sic uictus dolo

*Diabo. apparuit in specie  
moysi iudeis*

*Thenderedus*

*Pro ges or h. m.  
de h. m.*

Ecti ductis Romanorū dimissus est . putauit enim per-  
empto Athilla Romanos opprimi posse a Gothis Athil-  
la uero panonias repetit / maioremq̄ congregat exercitū  
& furibundus Italiam ingreditur : ac primo Aquileiam  
expugnat triēnio : sed cum eius exercitus famē pateretur  
nec amplius tollerare posset : quadam die Athilla cui-  
tatem circuit ut uideret qua ex parte facilius oppugnare  
posset . Et repente Ciconias cernit in turrium fastigiis ni-  
dificare solitas uno īperu ex ciuitate migrare : fetulq̄ suos  
sublatos rostris forinsecus deportare : quo uiso auspicio  
conspicite inquit ad suos : futurorum aues p̄scias per-  
turam relinquere ciuitatem : statimq̄ adhibitis machinis  
ortatur suos acriter pugnare . Urbem itaq̄ sine mora  
capit & cuncta igne uaitat & gladio ; quod cum cerneret  
quēdam nobilissima & pudicissima uirgo : in quadam  
altissima turri existens : ne sordidissimis Barbaris ludi-  
brium fieret : e summa turri euoluto capite se p̄cipi-  
tem dedit & ut ait Eutropius mētum amittendē pu-  
dicitiē memorabili exitu terminauit . Demum Athilla  
inter conuiuia uino soporatus : sanguine per os & nares  
effuso : suffocatus est : qua nocte Marcialis Imperator  
Constantinopoli existens uidit in somniis collum Athille  
esse fractum .

*portant  
Cironē in pulis fugiunt  
magistra obfessa agor*

*As. de q. dam regne*

Turismundus . vii . Rex Gothorum .

**T**VRISMVNDVS filius Thenderedi . vii . loco  
regnauit anno . cccc . Lii . & a suis decimo anno  
regni sui interficitur fratrum consilio .

De Theodorico . viii . rege Gothorū in Hispania  
regnante

**T**HEODORICVS frater Turismundi post eum  
viii . loco regnauit anno domini . CCCC . Liiii . hic

*7. 1. 1. 1. 1.*



extincto apud Rauēnam Odouacre. totius Italię adeptus  
Ditionem Romam pergit & a Romanis magno cum  
gaudio susceptus est : tandem Barbaros insequens His  
panias affligentes in Gallia apud Astoricam rethiarū  
Regem Sueuorum : Hispanorum p̄sidiū prostrauit  
atq; interfecit. extunc Principes Gothorum effectualiter  
in Hispania regnarunt & eius Monarchiam tenuerunt  
non tamen sub Hispanię titulo : sed Gothorum : hunc  
tamen Theodoricū a fratre occisum ferunt : hoc tempore  
sedit Romę Illarius . In imperio uero Martianus qui  
apud Constantinopolim suorum seditione interfectus est

De Henrico viiii. Rege Gothorum in Hispania  
regnante .

**HENRRICVS** post necem fratris Theodoricī. ix.  
loco successit in regno anno domini. cccc. lvii. regnauit  
annis . xvii. hic primus leges Gothorum scriptis redegit  
populisq; tradidit : quemadmodum Foroneus leges  
primus Gręcis dedit. Solon Atheniensibus Lycurgus  
Lacedemoniis : Numa Pompilius Romanis secundum  
ysidorū ; hoc tempore sedit Romę Simplicius : in imperio  
uero Leo primus : qui quendam filiolum suum nomine  
Leonem fecit in imperio consortem. secundum Sicardum

De Alarico. ii. decimo rege Gothoy in Hispania  
regnante .

**ALARICVS**. ii. Henrici filius. x. loco apud Tholo  
sam regnū Gothoy assumpsit anno domini. cccc.  
Lxxv. regnauit annis . xxiii. sed anno . xii. regni sui  
accidit q; Transmundus tyrannus Affricę fautor heresis  
Arrianę omnes episcopos ultra. cc. xx. ex Affrica exulare

fecit qui dispersi per orbem recurrerūt ad Simacum Pa  
pam ille pietate motus aliquos Episcopos transmisiit ad  
Hispaniam : fuerūtq; humaniter recepti tamē paulopost  
Iustinianus imperator misit Belisarium qui deuicit eundē  
Transmundum & eum interfecit . Hic igitur Alaricus  
apud Pictauium in Gallia a Fludignino Galliarum pri  
cipe uictus & occisus est . Hoc tempore sedit Romę Fe  
lix tertius & Gelagius & Simacus successiue . In impe  
rio uero genon . Hic apud Constantinopolim regnauit  
annis . xx . Hic genon Leonem puerum Augusti filium  
interficere querens mater eius hoc sciens alium sibi simile  
obtulit filiumq; Leonem occulte clericum fecit ordinari  
qui in clericali usq; ad tempora Iustini uixit . Hic genon  
misit Theodoricū cum Gothis in Italiam contra Odo  
uacrem tandem post multa bella uictus est . Odouacer  
uero a Theodrico est Rauennę peremptus secundum  
Sicardum & Vincentium

De Gesselarico . xi. Rege Gothorum in Hispania  
regnante

**GESSELARICVS** Henrici filius ex cōcubina . xi  
loco regnauit āno domini . Dviii. p̄fuit regno  
Gothoy annis . iiii. Hic Alarico fratre defuncto : qui  
filium Amalaricum ex filia Theodoricī regis genuerat :  
qui in Italiā regnabat ad regnū Gothoy per tyrānidē  
assumitur . Sed tandem uictus & fugatus a quodā du  
ce Theodoricī Regis AstroGothorum & in Affricam  
transire pulsus est : Ibiq; morte propria obiit . Sedit  
eo tempore Romę Ormiga In imperio uero Anastasius  
primus : hic Imperator infectus fuit heresi Heuthitana  
& Arriana & monitus per papam Ormicam : ut ab  
heresi resileret cum non discederet subito diuino iudicio



a fulmine percussus est : hoc tempore Vandali in Africā  
transferunt ecclesias claudunt : Episcopos exilio mittunt

De Theoderico . xii . Rege Gothorum in Hispania  
regnante .

**T**HEODERICVS patrius Alarici . xii . loco regna-  
uit non iure proprio sed quodiu nepos Alaricus puer  
fuit : cepit regnare Anno domini . DXii . Hic ex Italia  
celeri gressu ueniens regnum Hispanie Alarico nepoti  
dimisit : regnauit annis . x . Mensibus . vii . Nam audi-  
to quod Gesselaricus sua ignauia fugatus & per diuersas  
orbis plagas uagaretur & regnum Gothorum ad Ama-  
laricum nepotem suum pertineret : uenit in Hispaniam  
& cum esset bellicosissimus & magnificus licet Arrianis  
deditus unanimiter ab omnibus rex assumitur : qui ta-  
men renuit nisi solum durante pueritia nepotis sui : quo  
adueniente illico regnum ei dimisit : & Italiam petiit :  
& sic aliquo tempore in Italia & Hispania regnauit . hic  
Theodericus Arrianus fuit ecclesiam persequitur : mi-  
sitque Iohannem Papam & uiros consulares ad Iustinum  
Imperatorem ut ecclesia Arrianis restitueret : alias Cristi-  
anos per totam Italiam trucidaret : quod audiens Iustinus  
paululum superedit persequi Arrianos : interim idem  
Theodericus Boetium Senatorem & alios claros uiros  
quos tenebat in carcere iussit interfici . hic Theodericus  
pater fuit excellentissimi principis Seuertani ducis Car-  
thaginensis : qui ex nobili Theodora genuit sanctissimos  
ac clarissimos filios uidelicet Leandrum & Isidorum  
Archiepiscopos Hispalenses & Fulgentium Episcopum  
Tingitanie ac Theodosiam uxorem Lenogildi Regis :  
genuit & Florentiam uirginem . Hoc tempore sedit Ro-  
me Iohannes primus & in imperio Iustinus . I . predictus

*Seuerus & uirginis*

De Amalarico . xiii . Rege Gothorum in Hispania  
regnante .

**A**MALARICVS Alarici filius . xiii . loco regnum  
Gothorum suscepit anno domini . Dxxiii . regnauit  
annis . v . Hic a Giliberto Rege Francorum in bello  
occiditur mansit regnum matri suae dicte Amalafente fi-  
lie Theoderici Regis : illa uero ex Italia euocauit Tediū  
eius consobrinum : quem in regno Italiae & Hispanie he-  
redem instituit : qui tamen ei ingratus fuit ut statim  
dicemus sub eodem Tendio : hoc tempore sedit in ca-  
thedra Petri Felix . iiii . & Bonifacius . ii . In Imperio  
uero Iustinianus primus : hic . xxxviii . annis imperauit  
leges condidit & consumauit Codicem & digesta . eo tem-  
pore floruit beatus Benedictus apud montem Casinum :  
Hic Iustinianus per Belisarium plurima prospere exple-  
uit tam contra Vandalos quam Gothos : signanter transiens  
in Africam multis cladibus Vandalos afflixit

De Tendio . xiiii . Rege Gothorum in Hispania  
regnante .

**T**ENDIUS Amalafente Regine & quondam filii  
eius tutor . xiiii . loco regnauit anno domini . Dxxii .  
prefuit regno annis . xvii . qui eandem matrem Ama-  
larici & consanguineam suam . Postea in balneo mori  
fecit : & quia illa se & filium Imperatori Iustiniano con-  
miserat : ipse Cristianissimus Imperator misit Belisarium  
in Hispaniam ut in eundem Tendium tantum facinus  
uindicaret : sed ante eius aduentum quadam singulari  
morte interfectus est . Cum enim Tendius quadam die  
in regio Palatio maneret presentibus plurimis regni  
Magnatibus unus homo uilis conditionis buffonis arte

*Magnus fuerit Buffons  
Interfectus regis maris  
Interfectores .*



exercens seque stultum simulans : Tendium Regē gladio perfodit & illico extinxit : ille uero Barones ortatur : ne buffonem lederent : quia dei erat executor & digne penas luebat . Hoc tempore sedit Romę Iohannes Papa . ii . & Siluerus . In Imperio predictus Iustinianus : qui post multa preclara opera templum construxit apud Constantinopolim mira structione ad honorem sanctę Sophie ibique in multa pace sepultus est .

De Theudiselo . xv . Rege Gothorum in Hispania regnante

**T**HEVDISELVS dux exercitus Gothorum & Thendii consanguineus . xv . Rex fuit . Incepit regnare anno domini . Dxl . regnavit anno uno | postquā a Gothis Rex eligitur . hic pessimus fuit & ultra cōmūnem modum ualde luxurie deditus . Nam nobiliū uxores rapiebat qua de re apud Hispalim suorum coniuratione strangulatus est : ac paruo tempore regnavit : Ferrunt hispanica annalia quia Regina huius Theudiseli uxor cū illum dulciter argueret de extraneis libidinibus Ille dixisse fertur nil tue dignitati detrahit mea luxuries nec meum ad te minuit amorem . Imitatus Helium cōmodum cesarem apud quem cum uxor conquereretur propter aliarum feminarum concubitus . Ille patere inquit me per alias exercere cupiditates meas : uxor enim dignitatis nomen est : non uoluptatis : Suoq; tempore concurrerunt Iohannes & Siluerus Romę : & in Imperio predictus Iustinianus | de qbus sub Tendio diximus .

De Agila . xvi . Rege Gothorum in Hispania regnante .

**A**GILA a Gothis Rex eligitur & . xvi . loco regnavit anno domini . DL . regnavit ānis . v . Hic aduersus

uxoris nom dignitat est . no voluptat

Cordubam bellum mouit & sanctorum Aciscle & uictorie tumulos prophanauit : tandem in bello contra cives Cordubenses uindictam diuine ultionis sensit : nam in eo conflictu filius eius interfectus & thesaurus suus ablati nec multum post apud ciuitatem Emeritam a suis occisus est . Hoc tempore sedit Romę Pelagius Papa primus . In imperio Iustinianus primus de quo paulo ante diximus . Hoc tempore Armeni fidem Catholicam receperunt . Eo etiam tempore secundum Martinum propter terribilem pestem apud Constantinopolim instituta est festiuitas purificationis beate Marię .

Cord

De Athenagildo . xvii . Rege Gothorum in Hispania regnante

**A**THENAGILDVS . post mortem Agile . xvii . loco per tyrannidem regnavit : anno domini . Dlv . regnavit annis . xiiii . hic apud Toletum morte propria obiit | tempore huius Regis horrenda auspicia acciderunt nam prope flumē dictum Tedon unus altissimus mons prope Hispaniam Gothicam per tres dies ullulatus lacrimabiles effudit : & statim alius uicinus mons submersus est : nec manserunt uestigia illius nec aliquorum populorum ei proximorum : sepe enim occurrunt prodigia ex diuina dispositione : aut ut homines corrigantur aut puniantur : sicut in Egipto fecit signa & prodigia magna & pessima Iuxta illud Vide opera domini qui posuit prodigia magna : & iterum ipse fecit prodigia in medio tui Egipte . Hoc tempore sedit in Cathedra Petri Iohannes . iiii . In imperio uero Iustinus secundus Iustiniani nepos : hic bonum initium habuit : deinde cupiditati & plurimis se uiciis dedit : Eo tempore Narfes Patricius cum Longobardis regnum Italicum a Iustino

quod tempore Iustina est festiuitas puri fundis bte xg

Ausp prodigia



& Iugo Constantinopolitano eripuit: & ab illo tempore ut refert Martinus romani per patricos ceperunt regere

De Limba .xviii. Rege Gothorum in Hispania regnante.

↓ **LIMBA** alias Liuba post Athenagildum .xviii. loco Rex Gothorum eligitur anno domini. DLxi. regnavit annis tribus: hic Leonogildum fratrem suum non solum regni successorem sed participem fecit & Hispanie gubernator ipse uero Gallie Gothice regno fuit contentus. Hoc tempore sedit Romę Benedictus .v. In imperio uero Tiberius .ii. Eo tempore secundum Martinum magna pars gentis Gothice Christianam fidem suscepit dimissis cunctis heresibus. Hic Tiberius Christianissimus fuit & plurimum pauperibus compatiens.

De Leonogildo .xix. Rege Gothorum in Hispania regnante.

↓ **LEONOGILDVS** <sup>post</sup> Luibam fratrem Hispanie & Gallie .xix. loco regnum adeptus est anno domini .D. Lxxii. regnavit annis .xviii. hic habuit uxorem Theodosiam Theoderici neptem filiam Seueriani ducis Carthaginensis: filii Regis Theoderici. Seuerianus uero ex uxore Theodora ex regum sanguine descendente: genuit clarissimos filios Leandrum & Isidorum Archiepiscopos Hispalenses: & Fulgentium Tingitanum Episcopum: & duas filias Florentiam monialem & Theodosiam Reginam: quam diximus uxorem Leonogildi qui ex illa genuit Hermogildum qui fuit Christi Martir & Recaredum qui fuit Rex: hic Leonogildus bellicosus fuit & accepit Cantabriam Sabaudiam & nonnullas

alias Gallie urbes & plurimum Hispaniam ampliauit: Nam ante eum gens Gothorum angustis terminis artabatur & aliquam partem Hispanie obtinebat. Eo tempore regnum Sueuorum intra Hispaniam penitus deletum est: quoniam hic Leonogildus contra Andecam Regem Sueuorum in Gallicia pugnavit: illumque deuicit & extunc cessauit regnum Sueuorum: quod centum septuaginta & septem annis principatum tenuerat: illudque regno Gothorum additum est. Deinde hic Leonogildus Romanos apud urbem legionem fudit: urbem cepit & suo nomine legionem uocauit. Hic Arriana heresi infectus fuit & quia Hermegildus eius filius heresi non assensit Martirem propria manu consecrauit. Nam assumpta occasione que Hermegildus accepit uxorem filiam Gidiberti regis Francorum contra eum exercitum congregauit: & apud Hispalim eum obsedit & cepit & carceribus trussit cui suasisit: ut catholicam fidem desereret: & regna illi tanquam primogenito dimitteret: cui Hermegildus ait se non curare si ei in terreno regno non succederet. Si aliud longe feliciter regnum obtineret in celis. Tandem post plurima supplicia ipse impius pater securit caput filii elisit: hoc tempore sedit Romę Pelagius .ii. & Gregorius primus. In imperio uero Mauritius primus ex grecorum gente: hic fuit gener Tyberti: & fuit catholicus & deuotus: Persas & Armeniam deuicit: hoc tempore beatus Gregorius in Papam eligitur: cum quo Mauritius discors fuit adeo ut imperator mortem ei comminaretur: sed tandem de cunctis penituit: hic imperator in oriente constitutus cum a rapinis & furtis suos combiberet & puniret prouocati milites Focam Cesarem elegerunt: qui Mauritiu in quandam insulam cum uxore & filiis fugauerunt & tandem peremerunt.

*Andeca*

*Seuerianus dux  
Carthaginiensis patre  
s. leandri  
s. fulgentij  
s. isidori  
s. florentie*

*B. Hermogildus  
Cantabria*



De Recharedo .xx. Rege Gothorum in Hispania regnante .

**R**ECAREDVS filius Leonogildi .xx. loco regnavit anno domini .dxc. hic regnavit annis .xv. Cristianissimus fuit & patri: fide & moribus ualde dissimilis . Nam hic gloriosus princeps bello promptus erat in pace preclarus longe plus fide q̄ pater armis : regnū dilatauit . hic a sanctis uiris Leandro & Fulgentio a cunabulis eius in fide instructus fuit & a populis suis arrianam heresim in concilio Toletano congregatis multis catholicis Episcopis extirpauit . Nam ipse Cristianissimus princeps personaliter in eodem concilio Toletano interfuit : gesta q̄ in eo sua subscriptione firmavit : damnans perfidiam Arrianam : quam pro magna parte Gothi tenuerant : & proprio ore predicauit trium personarum unitatem : unum deum filium consubstantialē genitum : spiritum sanctum inseparabiliter a patre & filio procedentem . Postq̄ fidei professionem ac heresis damnationem : Ipse princeps religiosissimus : fidei armis munitus apud linguam occitanam . xl. milia Frācorum prostrauit atq̄ deuicit : quo bello preter illud in montibus Cathalanicis commissum nullum acruis commissum in Gallia legitur : sepe hic Rex Romanos & diuersas alias gentes deuicit & fugauit : ex huius regis tempore nulla heresis reperitur in Hispania orta aut defensa . Hoc tempore sedebat Romę Sauiianus primus & Bonifacius tertius & Bonifacius quartus . In imperio uero Focas hic ut diximus seditione militari creatus est cōtra Maurtium . hic Focas concessit beato Bonifacio : ut templum Pantheon in ecclesiam consecraretur : contra hunc Focam Heraclius bellum mouit : & eum uita & regno priuauit .

*Recharedus frater Leonogildi*

*post quam*

De Luiba .xxi. rege Gothoy in Hispania regnante

**L**VIBA .ii. Recharedi filius .xxi. loco regnavit anno domini .dxcvi. regnavit annis duobus mensibus quinque . Hic sedecim annorum erat cum a uiterco per seditionem est occisus propter regni breuitatem non ponitur concursus Romani Pontificis nec Imperatoris : nisi id unū . Nam eo tempore maxima bella exorta sunt aduersus Regem Persarum : & Romani Ierosolimam & plurimas prouintias dimittere coacti sunt .

De Viterico .xxii. rege gothoy in Hispania regnante

**V**ITERICVS occiso Luiba .xxii. loco per tyrannidem regnum assumpsit anno domini .dxcvii. regnavit annis septem . Hic multa illicita fecit & tandem qui interemit Luibam ab eius consanguineis est gladio interemptus : Hoc tempore sedit Romę Deusdedit natione Romanus . In imperio uero Heraclius cum Cōstantio filio suo : hic filius fuit Heracliani Cōsularis Africę & duos filios genuit Heraclionem & Cōstantinū qui Cōstantinus Heraclio mortuo imperiū suscepit : huius Heraclii tempore Machometus impius propheta Sarracenorum surrexit : causamq̄ huic sectę non paruam attulit tyrannis & iniqua gubernatio Heraclii in partibus orientis : qui plurimos grauabat & affligebat Tallis & exactionibus : quare subditi ab eo recesserunt & ut rebellio eo magis duraret : fecerunt scisma & diuisionem in secta ut egi Ieroboan qui ut perduraret rebellio contra Roboam & regnū Israhel : recessit a cultu ueri dei & de hoc alibi diximus latius .

*Tempore huius regis & heracii  
Imperatoris surrexit machometus  
habetur regis*

De Gūdamiro .xxiii. rege gothoy in hispania regnante



*vascones*  
**G** VNDAMIRVS post Vitericum .xxiii. loco regnauit anno domini .dxxiii. hic preffuit regno annis duobus : ipse Vascones domauit : Romanos fugauit apud Toletum obiit : statuit plurimas leges in fauorem ecclesiarum : signanter q̄ nullus inuitus extrahatur a sacris templis . hoc tempore sedit Romę Honorus predictus . In imperio uero idem Heraclius a quo Cosdroe rex Persarum uictus & cesus est & populus Christianus cum sancta cruce a captiuitate liberatus : & ex eo tempore instituta est festiuitas exaltationis sanctę crucis

De Sissebuto .xxiiii. Rege Gothorum in Hispania regnante .

**S** ISSEBVTVS post Gundamirum .xxiiii. loco regnauit anno domini .dvi. regnauit annis .ix. mensibus .vi. Hic Christianissimus & Religiosissimus appellatur . Hic inter plurima opera sua zelo fidei accensus : interfuit concilio Toletano : ubi eo instante statutum fuit : ut illi qui haecenus ad Christianismum fuerant coacti : quia iam fidei catholice sociari fuerant compellerentur : fidem seruare . Licet illam necessitate susceperint ut haberetur in .c. de iudeis .xlv. di. Sunt tamen qui asserunt hunc Sissebutum in principio regni sui compulisse iudeos omnes ad baptismum . Postea uero cernens multos ex eis reciduassee & iudaicasse assensit ut in concilio Toletano statueretur : quia deinceps nullus inuitus baptigaretur . licet qui iam taliter fidem susceperant eam seruare cogarentur sub hoc Sissebuto gloriosus Isidorus apud Hispalim concilium celebrauit contra heresim Acephalorum . Hic Sissebutus in propria persona bis contra Romanos triumphauit : & aliquas eorum urbes expugnauit deinde in Affrica trans fretum nauigas plurimas

gentes sibi & dominio Gothorum subiecit fuit mire clementię & benignitatis | & in redemptione captiuorum thesauros expendit non paruos | obiit ut quidam asserunt ueneno : cuius obitus toti Hispanię plurimum fuit dispeditio . Hoc tempore sedit Romę Seuerinus & .P.iii. In imperio predictus Heraclius de quo paulo ante diximus .

De Recaredo .xxv. Rege Gothorum in Hispania regnante .

**R** ECAREDVS huius nominis .iii. Sissebuti filius .xxv. loco regnauit anno domini .Dcxxv. solum mensibus sex preffuit . Hic Rex paruo tempore regnauit : Ideo non fit mentio de Romano Pontifice & Imperatore suo tempore concurrentibus .

De Suintilla .xxvi. Rege Gothorum in Hispania regnante .

**S** VINTILLA primus filius Recaredi primi Regis gloriosissimi .xxv. loco regnauit annis .x. incipiens anno domini .Dcxxvi. Hic sub Sissebuto Dux fuit & Romanos bis domuit . Hic totius Hispanię monarchia exclusis omnibus uestigiis Romanorum primus obtinuit | fuit bello uictoriosus | & ut ait Luchas Tudēn inter Reges Gothorum auxit principatum Hispanię miro modo non tam prudentia singulari : quam uirtute prelii : hic filium suum Rachimirum in cōsortio regni assumpsit : & simul cum patre regnanit . Sed illico aut parum post mortem patris obiit | & māserunt duo alteri filii Suintilla & Sisenandus : quos Suintilla pater susceperat : ex Theodora filia Sissebuti : hic Suintilla belli & pacis tēpore moderatissimus fuit deo & hoibus dilectus

*Theodora filia Sissebuti*



Hoc tempore beatus Isidorus obiit in Christo: Circa illa tempora sedit Romę Theodorus primus & Martinus primus. In imperio uero Constantinus tertius: hic secundum quosdā filius Heraclii dicitur secundum alios filius fuit Constantini: unde a quibusdam appellatur Constans: sub hoc magna pars reipublicę a Machometis desolata est. Hic pessimus fuit: suo etiam tempore Sarraceni Africam occupant: sub hoc Imperatore: Papa Martinus concilium congregat ad delendum heresim: quadere commotus Constantinus Papam capit & in exilium morti fecit: hic Imperator omnibus fuit exosus: & in Sicilia apud Siracusas a suis occisus est: post cuius obitum milites quendā Armenum nomine Mengencum elegerunt: sed paulo post Constantinus filius Constantini occisi applicuit & imperialem purpuram sumpsit interfectis tyranno & patris occisoribus.

De Sisenando .xxvii. Rege Gothorum in Hispania regnante.

**S**ISENANDVS Suintille filius .xxvii. loco regnavit anno domini .Dccv. Hic regnavit annis quinque Mensibus septem per tyrannidem regnum obtinuit cum regnum deberetur Suintille fratri suo primo genito apud Toletum obiit morte propria. Eo tempore Romę Martinus primus. In imperio uero sedebat Constantinus tertius de quo supra diximus.

De Suintilla .xxviii. Rege Gothorum in Hispania regnante.

**S**VINTILLA .ii. filius Sisenandi uicesimo octavo loco regnavit anno domini .Dcc. xl. Regnavit

annis .iiii. cuius tempore concilia Toletana fuerunt frequentata sub beato Eugenio sedis Toletane Archiepiscopo hispaniarum primare. subscribentibus Narbonensi & Terraconensi Archiepiscopis Metropolitanis sub eadem Toletana primatia: Hoc tempore sedit in cathedra Petri Eugenius primus. In Imperio uero idē Constantinus tertius de quo paulo ante diximus.

De Tulga .xxix. Rege Gothorum in Hispania regnante

**T**VLGAS ex Gothico regio sanguine descendens regnavit .xxix. loco anno domini .Dcc. xlv. regnavit annis duobus: Hic Catholicus & optimus Rex fuit humilis liberalis cultor iustitie dilectus a clero & populo confirmavit publicis legibus quecunq; decreta fuerant in conciliis Toletanis: sed peccatis Christiani populi: Hic Christianissimus princeps intempestive moritur Hoc tempore sedit Romę Vytilianus. In Imperio uero idē Constantinus tertius de quo sub Suintilla prius diximus

De Vindasuindo .xxx. Rege Gothorum in Hispania regnante.

**V**INDASVINDVS post Tulgā per tyrannidē .xxx. loco regnasse perhibetur anno domini .Dcc. xlvii. regnavit annis decem cuius tempore duo apud Toletū fuerunt concilia congregata. Hoc tempore sedit Romę Deodatus. In Imperio uero Constantinus quartus qui filius fuit Constantini tercii. Hic fuit fide Catholicus & deuotus restauravit ecclesias per hereticos dirruptas: presertim tempore Heraclii atavi sui. Demum propter hereses insurgentes congregavit sextā sinodū uniuersalē

*luge. 2. 11. 2.*

*Narbonensy & Terraconensy archiepi. fuerunt sub pma na toletana.*

*anno de 639*

*chinda suindo*

*anno 629  
mace. lib. 4. c. 29. de  
colle. a Suintilla y archiepi  
in fine su huj.*

*Suintilla vocat colle*



Constantinopolitanam & insurrexit contra Manicheos quos pater & auus suus protexerunt: eo autem feliciter mortuo filius eius Iustinianus eligitur. huius Imperatoris tempore: regina Persarum nomine Cesarea clam uenit Constantinopolim .ubi baptigata fuit nec ad uirū rediuit quousq; uir eius etiam baptisma gloriose suscepit secundum Martinum & sicardum.

De Recinsuindo .xxxii. Rege Gothoy i Hispauia regnante

*Illefontus Archiep's Tolet*  
**R**ECINSVINDVS filius Cindasuindi . xxxi . loco regnauit anno domini . Dcc. lviij . regnauit annis decē & octo . Mensibus undecim . Hic procurauit ut suo tempore sub Eugenio tria concilia Toletana cōgregarētur cuius tempore defuncto Eugenio Illefontus presuit sedi Toletane genere scientia & moribus preclarus : Virgini Marię deuotus : de cuius uirginitate preclare scripsit contra quosdam hereticos Elidium & Pelagium quos sua melliflua doctrina mirabiliter confutauit : Quare beata Virgo apud Toletum eidem Alfonso matutinale officium celebranti apparuit : choro Virginum comitata inquit quia fide certa & recta conscientia : lumbos tuos Virginitate cunxisti & Virginitatis mee gloriam cordibus fidelium depinxisti accipe uestem de thesauris filii mei : qua in festis solempnibus uestieris . quo munere Alfonso letus remansit : Hoc tempore sedit Romę Paulus primus natione Romanus : In Imperio uero Constantinus quintus filius Leonis : Hic annis : xv : imperauit simul cum patre : fuit autem pessimus nā sacrificauit demonibus habebat consultorem Anastasium falsum Patriarcham Constantinopolitanum :

De Bamba .xxxii. Rege Gothorum in Hispania regnante .

**B**AMBA de Gothoy genere descēdens strenuus & mansuetus . xxxii . loco in Regem Gothorum assumitur defuncto Recinsuindo Anno domini . dclxxvi . regnauit annis . ix . mēse uno . hic Paulū grecū rebellantē captiuū duxit Toletū : hūc Paulū magno exercitu cōgregato obsedit apud Neumasiū tūc ciuitatē Hispanico principatui subditam quę in Gallia Gothica sita est : illum cepit ac eius complices carceribus mancipauit : cuius tempore . cclxx . naues Maurorum . littora petunt Hispanie sed Bambe Regis prouidentia & strenuitate cremantur hic liuore inuidorum ueneno creditur infectus per Eriugium consobrinum Vindasuindi Regis qua pestifera potione Regis memoria necnon prudentia confusa est sed Quirincus Archiepiscopus Toletanus & regni optimates causam nescientes regi ecclesie sacramenta ut deuote susciperet procurarunt : tandem paululum ad se reuersus : habitum religionis assumpsit apud cenobiū opidi de Pampliega Burgensis districtus quod postea translatum est ad monasterium sancti Petri de Arlança : ibi uitam immaculatā finiuit . uixit autem in monasterio annis septem . Nonnulli uero historie Hispanorum quas fabulas aliqui putant : asserunt hunc Bambā regem ex aratro assumptum esse ad sceptrum regni . Nam aiunt post mortem Recinsuindi Regis : omnes regnicole supplicarūt Pape Leoni : ut preces deo porrigeret quē idoneū ad regendum Hispaniam electuri essent . Leoni igitur summo pontifici oranti reuelatū est ut eligerent quēdam commorantem in partibus Occiduis nomine Bambam rusticum qui quesitus per omnes Hispanias : tandem diuino iudicio repertus est in finibus Portugalie in agro

*Hic & Bamba q. ut creditur  
fabulis hispanoy ex aratro  
ad regnū calmen erectus est  
alijs No. anathia ex gothoy  
genere descendisse phibent*



quem cum bobus suis arabat : cum igitur duo milites eum reuerenter salutassent : dixissent ei a deo celi ordinatum esse ut Rex Hispaniæ futurus esset : ille putans sibi illudere uelle : Post multa ait ad milites : quando hic baculus cum quo boues percutiebat germinabit frondes & fructum : tunc ego Rex uester ero : quo dicto miraculose uirgula illa radices folia & fructum produxit : omnes igitur perterriti diuine uoluntati non resistentes Bābam ad urbem Toleti perducunt : ibique per Quirintū Archiepiscopum unctus & coronatus est . hęc est uulgata Hispanoꝝ opinio : quę pro eo q̄ miraculo iuuatur a multis comprobatur auctentice tamen historię Bambā ex Gothorum genere descendisse perhibent quod tamen huic diuine assumptioni nō repugnat potuit enim ex Gothoꝝ genere descendisse : plerunq̄ enim utilius ad regimen populorum quis assumitur ex laboribus rusticis q̄ ex deliciis urbanis : quare diuina dispositione quę nouit quid cuiq̄ populorum & prouintiarum congruat . sepe ex agro & pastura Reges assumpti . sic Saul patris asinos pascens Rex eligitur : sic & Dauid de post fetantes ad regni sceptrum diuino iussu acceptus est . sed apud Romanos Quintus Cincinatus ditator ex aratro ad ditaturā uocatus est : sic & Tullus Hostilius : qui in pascendo peccore diligens fuit diligentius atq̄ salubrius Romanum rexit imperium . Adeo ut teste Valerio trita illa in agricultura etas altissimo magestatis fastigio fulsit . Sic & Attilius cum a Senatu quęreretur ad imperium semina agris spargens non inter urbium illecebras repertus est . Quare ut idem Valerius subdit : ille ex aratro atrite manus salutem publicam stabilierunt atq̄ gentes hostium copias fuderunt . Hoc tempore Bambe regis sedit Romę Leo Papa . iiii . In imperio uero idem Constantinus de quo paulo antediximus .

Miraculum in uirgula regis  
Bambe

De Eringio . xxxiii . Rege Gothoꝝ in Hispania regnante .

**E**RINGIUS Recisindi nepos . xxxiii . loco regnauit anno domini . Dcc . lxxxv . hic regnauit annis septem tyrannice intrauit : erat enim superstes Theophredus filius Recisindi . cui regnū debebatur . hic Cifilonē filiam suam uxorem dedit Egice cōsobrino Regis Bambe in odium Theophredi . ne impediretur in regno : Hoc tempore tria concilia Toletana fuerunt congregata sub Iuliano Pomerio primare . uiro scientia & moribus preclaro . His temporibus ualida fames Hispaniam inuasit : adeo ut multi cogerentur per mundū ut profugi peregrinari : Hoc tempore sedit Romę Benedictus secundus & Iohannes quartus . In imperio uero Iustinianus . ii . Hic Imperator fuit fide Catholicus : plurimum honorauit ecclesias & diuinum officium frequentauit : contra hunc conspirauit Leo Patricus cum prestidiis Tiberii Principis : qui eundem Iustinianum imperio priuauit . eumq̄ lingua & naso truncatum in exilium mittit . postea uero populo acclamante Iustinianus recuperauit imperium Leonēq̄ & Tiberium usurpatores imperii iugulat . quinimo ut Martinus refert tantam in rebelles uindictam exercet : ut quotiens sibi a naso preciso aqua deflueret toties aliquē aduersarioꝝ occideret

De Egica . xxxiiii . Rege Gothoꝝ in Hispania regnante .

**E**GICA gener & heres Eringii . xxxiiii . loco Gothorum regnum suscepit anno domini . Dcc . xcii . regnauit annis decem hic postq̄ Rex assumptus est . filiam Eringii Regis uxorem suscepit . sed comperto q̄ dictus



Herungius in mortem Barabę conspirasset: eandę uxore suam a se abiecit: hic tandę cōmuni morte apud Toletū obiit: Hoc tempore sedit Romę Papa Sergius primus & Leo tertius: hunc Leonem ab imperio expulit & in exilium misit. Alię historię habent: qđ uinctum in urbe detinuit. eo tempore secundum Martinum. magnam scisma fuit & synodus congregatur apud Aquilegiam.

De Vitica .xxxv. Rege Gothoy in Hispania regnante.

**V**itica filius Egięe post patris obitum .xxxv. loco regnauit anno domini .Dccc. ii. hic regnauit annis nouem nimium tamen bonis uixit. pessimus nāqđ fuit & flagitiosissimus. Nam Theofredū filium Recinsuindi Regis exilio relegauit & oculos effodit: hic Theofredus ex Retilene uxore sua regio genere descendenti genuit Costam & Rodericum: & secundum alios Pelagium: p̄fatus Vitica itaqđ uoluit occidere Pelagium: cuius patrem peremerat: sed ad Cantabriā fugit euadēs furiam persequentis: quia per illum diuina prouidentia decreuerat a clade miseram Hispaniam liberare: hic Vitica post multa scelera ab eo commissa penas luit. Nam Rodericus filius Theofredi quem Vitica interficere uoluerat fauore Romani Senatus: cui Recinsuindus amicus erat contra Viticam rebellauit & tandem eum cepit regnoqđ priuauit: Alii dicunt Costam fratrem Roderici id egisse: Inter cętera flagitia Vitica hoc addidit. Nam sp̄reta propria uxore plurimis cōcubinis adhesit & omni luxurię se dedit dicens illud sapientis non sit pratū quod non pertranseat luxuria nostra & ut multitudinē haberet sociam tante libidinis auctoritatiue dedit p̄ceptum ut clerici possent publice ducere quotquot mulieres ualerēt

nutrire nec obedirent preceptis apostolicis contrarium iubentibus deniqđ restituit iudeos. quos Cristianissimus Sisebutus a regno expulerat. quorum flagitiorum penas persoluit: quia ut diximus oculis simul & uita mulctatus est: iuxta sententiam prophete Disperdam habitates in domo uoluptatis & luxurie: hic Vitica cum a multis argueretur qđ quendam sceleratum uirum sibi acceptum omnibus odio habitum ad magnas dignitates peruexisset: Ad illos mentitur inquit uulgus. qui me omniū mortalium pessimum arbitratur. Imitatus Dionisium seniore tyrannum. qui eum accusantibus qđ hominem iniquissimum cuius molestum ad summos magistratus uocasset. Volo inquit. eum esse. quem magis me cives odiant: funestum uerbum tali auctore dignum. Ferunt deniqđ Hispanorum annalia quendam Buffonē facetum Viticę. ioco aut serio dixisse. cum filius Regis & Rex ipse existas cur ita agis ut regnum perdas. At ille ut alter Dionisius Siracusanus: pater inquit sua mihi regna reliquit non fortunam: ad quem iterum Buffo ait falleris in hoc ueluti in aliis: dum putas fortunā tibi uitta & scelera induxisse: que potius ad bonum qđ malū impellit: Hoc tempore sedit Romę Iohannes sextus & Iohannes septimus. In imperio uero Iustinianus secundus. Item ex exilio reuersus de quo diximus supra cū de Eringio eginus hunc Iustinianum de iniuriis sibi illatis uindicantem homines prouintię ab imperio expulerunt & quendam Filippum elegerunt. qui Constantiopolim ueniens Iustinianum cum filio peremit

De Costa Theoderici filio .xxxvi. Rege Gothorum in Hispania regante



**C**OSTA Theofredi filius & frater Roderici. xxxvi.  
loco regnum Gothorum suscepit anno domini .  
Dccc. xi. regnavit annis quinque Mēribus septem ; hunc  
Rex Vitiça . solita malitia sicut patrem Theofredum uo/  
luit obcecari . sed Costa restitit . etiam patre uiuente &  
eum execari iussit . sicut ipse fecerat Teofredo patri suo  
attulit autē auxilia Coste Senatus & populus Romanus  
ob amicitiam quam cum Recnsuindo auo suo habuerāt  
Nam in bello campestri eundē Vitiçam deuicit & oculis  
ac regno priuatum Cordubam misit . ubi miseram sed  
debitam uitam finiuit : Nonnulli historici ut Rodericus  
Toletanus nullam de regno Coste faciunt mentionē . sed  
inmediate post Vitiçā Rodericum regnasse perhibent :  
alii Costam licet paruo tempore tamen post Vitiçā reg/  
nasse affirmāt . qui ut ayunt propria morte obiit relictis  
duobus filiis impuberibus : Sub hoc Costa p̄fuit Ro/  
mę predictus Iohannes . vii . & in Imperio sedit Iusti/  
nianus secundus de quo hactenus diximus

De Roderico . xxxvii . & ultimo Rege Gothorū  
in Hispania regnāte & de infelici clade Hispanię  
eiusdem Roderici tēpore occurrente & de causis  
prefate irruptionis & de malis que ex uindicta  
procedunt & quare Rodericus dicitur ultimus  
Rex Gothorum & de aliis occurrentibus

**R**ODERICVS ultimus Rex Gothorum ante ir/  
ruptionem & cladem Hispanię filius Theofredi &  
frater Coste . xxxvii . sed ultimo loco regnavit anno do/  
mini . Dcccix . regnavit annis duobus cū Vitiça & uno  
solus . Hic regnavit uiuente Vitiça : fuit autem Roderi/  
cus agibilis ualde : sed in bellis infortunatus moribus nō  
satis ornatus : hic Rodericus filiam Iuliani Comit̄ in

suo rēgio Palatio enutritam uiolenter oppressit dū p̄ter  
in Affricam legationis officio fungeretur : Erat Iulianus  
ipse uir nobilis & de Gothorum prosapia descendens .  
consanguineus Vitiçe . Sed & plurimū . audax & armis  
strenuus cuius filie infelix stuprum infelicissimā Hispa/  
nię cladem attulit : Nec solam huius preclare regionis ir/  
ruptionem . hec fornicata pestis adduxit : Nā ut Me/  
thodius uoluit . quid aliud q̄ supra & libidines mūdū  
ipsum diluuiū diluere : Quid Gomorram & sotas uillas  
incendit : Equidem raptus simul & stuprū Helene Troe  
euerisionem peperit . greciamq̄ uiris preclaris orbauit :  
Sed & raptus Dine filie Iacob regni Sichen desolationem  
pertulit : Verum quia ut ayunt sacri interpretes . altissi/  
mus deus iustus malorum uindex est & corruptos ho/  
minum mores : supra ac funesta flagitia solet bellis ple/  
rumq̄ emendare . nōnunq̄ conterere : Igitur huius Ro/  
derici & aliorum regum Gothorum peccata . tyranni/  
des iniustas successiones | cedes | rapinas : & alia scelera  
uindicare uoluit : Non enim durabilis est scelere questus  
principatus . unde noster Lucius Seneca in Tragediis .  
uiolata nemo imperta continuat . diu moderata durat :  
Cū igitur ad perditionem & Hispanię euerisionem festi/  
narent tempora Iulianus ipse ex legatione rediens . stu/  
prumq̄ filie comperiens . ire stimulis accenditur lingua  
confunditur . cor palpitat . facies ignoscit exasperantur  
oculi . nequaq̄ cognoscit notos superiorem non uidet .  
nihil nisi de uindicta cogitat ad quam properat : quare  
uxorem filios ac res suas ad urbem cepte in Affricā tra/  
ducat : ibiq̄ habita coniuratione cum arabibus . tandem  
optinuit filius ipse perditionis a Miramomelino principe  
Affricę . ut quidā Muça princeps Affricę & alter dictus  
Tarif . cum Iuliano magnis arabum copiis suffultus : in  
Hispaniam trāsiret : q̄bus Iulianus plurimis nequissimis

*Lades Hispanię propter  
Iulian. Comit̄ Iulian. a Rege  
Roderico uiolenter oppressa*



713  
Cristianis sociatus aditum præbuit & Tarifam. Algecurā  
pleraq; alia loca occuparunt. ingentēq; prædā in Africā  
attulerunt. que res maiorem Muge iterum transeundi fi-  
dutiā tribuit: Quare idem Tarif. Iuliano comitatus  
cum infinita multitudine arabum. secundo in Hispaniā  
transiit. contra quos Rodericus Rex. sanctū neporē  
suū mittit. qui uictus & interfectus est: tūc Sarraceni  
dilatantes potentiam suā Bethicā & Lusitaniam iā  
diuina indignatione animis & uiribus distitutas. sibi  
subiecerunt. Cumq; Rodericus Rex cognouisset stragē  
suorum patrie deniq; inuasionem. congregatis copiis  
suis arabibus se obiecit. & prope Xeritum diuersa &  
acerrima bella commissa sunt: In quibus ut refert Lucas  
Tudensis. Dccc. vi. millia arabum diuersis bellis cec-  
derunt: sed tandem die quadam dominica anno domini  
Dccc. xiiii. Iuliano & ceteris perfidis Cristianis ac Mau-  
ris fortiter dimicantibus & nouis eis copiis adueniētibus  
ut deo placuit franguntur acies Cristianorum & Rex  
Rodericus ut putatur extinctus est. nō enim nisi uesti-  
gia corone & uestium sunt reperta. Tandem Sarraceni  
per omnes Hispanias debachantes omnia diruerunt:  
Nam infra biennium principatum Hispaniæ obtinuerūt  
preter Asturias. quousq; ita dei permisit. que propter  
populi Christiani peccata magisq; manus hostium pugna-  
bat. nec solum Hispania eam diruptionem passa est: sed  
magna pars Gallie presertim Aquitania: Vasconia: &  
tota Narbonensis prouintia. In qua lingua Occitana.  
que olim Hispanica Gothica appellata est: Nec facile di-  
ci posse quantus illo infelici tempore seuit in Christianos  
Sarracenorum gladius: Vbiq; enim per omnes Hispa-  
nias Mauri passim seuebant etenim interficiebant fide-  
les ut pecudes paratus erat ad cedendum gladius parati  
qui cederentur: Vnde Steffanus Papa interpellatus a

Rege Roderico pro auxilio eidem ut aiunt. In hec la-  
crimosa uerba scripsit. Tue excellentie litteras tristis ac-  
cepi: letus relecti: quis enim inquit tam miseram terre  
tue cladem non lugeat: que Barbarorum gladiis tradita  
pene iam non habet qui in ea uiuat & tamen habet qui  
cotidie in domino. imo pro domino moriantur: Que  
omnia funesta mala unius hominis uindictæ rabies in-  
duxit: O infelix uindicta. que ab ipso uindicante inci-  
pit & ad se uindicta retorquetur. dum primo penas in  
se exigit. q̄ aliis exsoluat. O infelix ulciscendi libido que  
hostis iniurias in se uindicat & suas hostibus offert ul-  
ciscendas. O iterum infelix uindicandi rabies. que in  
suos seuit. ut hostes liberet. suos expilat. ut hostes ditet.  
O infelix hominis religio que deum immortalem deserit  
& sceleratum machomentum colit & fidem negat ut per-  
fidiam induat. O infelix impietas que suam patriam pro-  
dit ut alienam conciliet. ac suos filios uilissima mæcipia  
facit. ut hostes simul & seruos. non modo liberos. sed  
dominos constituat: O rursus infelix ad dulcem patriā  
crudelitas. que proprios expellit cives ut hostes inhabi-  
tent. ac propinquos interimit ut exteris uitam donet.  
fugat domesticos. ut admittat Barbaros. & ut paucis  
agamus. O infelicissima omniū uictoria. qua qui uictor  
putatur uictus euadit: Cetera huius infelicissimi Iuliani  
scelera ac tante cladis & diruptionis calamitates. Rode-  
ricus Toletanus sapienti. sed mesto ac lugubri stilo de-  
plorat: uerum Iulianus ipse perfidissimus penas in hoc  
seculo non euasit acerbiores apud inferos recepturus.  
Nam ab ipsis Mauris. iuste trucidatus creditur suspi-  
tionis & Christianitatis ei notam fingentibus. ut uerum  
sit quod propheta ait Impii consumentur ab idolis q̄bus  
sacrificarunt. & iterum in se experiretur. quod sapiens  
ait in Ecclesiastico qui uindicari uult a deo inneniet uindictā



& rursus i Ezechiele pro eo quod fecit ultionē in ydumea  
ut se uindicaret ulciscar & ego in eum | Sic Ieremias ait  
Ulciscar ultionem tuam destruit enim deus omnem in-  
imicum & ultorem : sed precipue in eos parata est uin-  
dicta . qui in patrie perniciem ulciscuntur . dicente pro-  
pheta ulciscar in eos qui destruunt regionem suam. hinc  
Gregorius si ob illatas nobis contumelias inplacabiles  
summus . uindictę furor in nos ipsos reuertitur . & inde  
punimur unde alios puniri sperabamus . fuisset satius  
maledicto Iuliano . iniuriam contemnere q̄ in se uindictā  
agere : q̄ iuxta Ambrosium . Sapientior est qui con-  
temnit q̄ qui dolet . qui enim contemnit . quasi non sen-  
tiat : ita despicit . qui autem dolet . ideo dolet quia sētur :  
Sed iam ad Rodericum redeamus ultimum Regē Go-  
thorū appellatur aut ut putamus ultimus Rex Gothorū  
non q̄ Pelagius & sequentes Reges ex Gothorū genere  
non descendant . sed quia reges omnes ab Athanarico  
qui primus ex Gothis ut diximus regnauit usq̄ ad istum  
Rodericum solo nomine regio Gothorum appellati sunt  
nec enim intitulati sunt Reges Hispanię aut castelle uel  
legionis . sed Reges Gothorū simpliciter . qui & arma  
atq̄ insignia deferebant . non Hispanię quidem sed gētis  
Gothice . aut originalis prouintię Gothice a qua proces-  
serunt . que Dacia & Nurbeia putatur in qua & Gothia  
est ut latius in prima parte tactū est . post Rodericū  
uero Pelagius & ceteri qui ei in principatu Hispanico  
successerunt & si ex sanguine Gothorum ut diximus de-  
scenderunt tamen non Gothorum titulis sed Hispanię .  
primo . Deinde legionis & Asturiarum . Rursus castel-  
le regiis intitulationibus sunt appellati . quamq̄ substātia  
principatus eadem in utrisq̄ fuerit : ea igitur causa fuit  
cur Rodericus ultimus rex Gothorū cōmuniter apellari  
solet post cuius infelicem cēdem & occupatas Hispanias

predicti arabes Muge & Tarif duces Regis Miramo-  
molini transfretarunt in Africam constituentes Regem  
principatus Hispanię Bellagim filium Muge . qui par-  
uo ad modum tempore regnauit & a suis est interfectus  
post illum uero regnarunt in Hispania quindecim Re-  
ges infra uiginti annos . omnes enim occidebantur ab  
eisdem Sarracenis usq̄ ad principatum acabat filii la-  
get . quem Sarraceni in Regem elegerunt apud Hispa-  
lim . Hic Acabat astutus & solers admodum fuit . In-  
uenit enim remedium . quo & principatus eius duraret &  
preteritorum regum interfectores puniret . Ea enim die  
qua Rex electus fuit . decreuit potius ingratus uiuere .  
q̄ gratus mori . iussit enim electores ut paululum in Pa-  
latio spectarent . interim uero . quibusdam sibi fidissi-  
mis ad cameram uocatis . Scitis inquit . quia inter hos  
omnes qui me elegerunt . parcialitates & disidia sunt .  
& quilibet uoluit Regem ad sui uoluntatem eligere . deo  
tamen placuit ut illi prudentia & consilio parentum &  
amicorum meorum uota sua in me direxerūt Si igitur de  
meut de ceteris Regibus disponunt . Satius mihi foret  
uiuere . ut priuatus . q̄ cito Rex mori . Deliberauit itaq̄  
eos omnes electores gladio cedere . paratis igitur lecto-  
ribus singulos aut binos ac binos ad se euocat & tandē  
eos eadem hora numero recentos interficit quo facto ces-  
ter de regno perrriti fuere nec in eum conspirarunt .  
Regnauit autem longo tēpore & plurimas clades Cristi-  
anis intulit : Tempore Roderici prefati . sedit in Cathe-  
dra Petri Constantinus secundus qui ex laico factus est  
presbiter & tandem per tyrannicam ambitionem papa-  
tus inuasor fuit secundum Martinum . Sed tandem a  
fidelibus oculis priuatur . Sedit etiam post eum Steffa-  
nus tercius . Hic ex Gallia & Italia conuocata synodo .  
omnia a Constantino predecessore ordinata deordinauit

*Sarraceni  
regem miramoli*

*facimus regem  
acabat*



Et omnes per eum ordinatos degradauit. huius Pontificis tempore ut refert Sicardus. In partibus Ligurię uir magnę sanctitatis Boadinus nomine Floruit qui sepe futura predixit: absentia quoq; quasi presentia nũtibat. Nam cum Rex Luprandus uenaretur in silua; alter ex familiaribus putans ceruum percutere: nepotem Regis Anfusum nomine sagitta sauciauit. quem cum Rex unice diligeret: sancto uiro recomisit. ille uero ad Regis seruitorem ait. scio quid Rex optat: sed hac hora puer obit in Cristo. significa ergo Regi magis sibi proficiet mortuus q̄ uiuus. Rex itaq; licet doluerit de obitu nepotis: tamen sustinuit equo animo deo gratias agens q̄ suo tempore uir dei spiritu prophęcie lustraretur. Eo deniq; tempore sedit in Imperio Philipus secundus qui ut diximus Iustinianum Imperatorem iugulans Imperauit annis duobus. parum uero post eundem Philipum Anastasius Imperator secundus qui & Arthemius dictus est oculis & Imperio prauauit. Hic secundum Martinum & Vincetium hereticus & nequissimus fuit: omnesq; picturas & imagines ab ecclesiis precepit abradi: propter quod Romani imaginem ciuitatis ipsius recipere noluerunt.

Explicit Secunda Pars

**Incipit tertia pars huius Hispanice historie In qua Regũ Hispanie genealogia successiones & successus ac clartiorum gesta breui enarrantur compendio incipiendo a Pelagio qui primus in Hispania regnauit post miseram eius cladem per Sarracenos illatam continuantur regũ successiones & successus usq; ad Fernandum tertium qui Hispalim Cordubam & totam Bethicam lucro fidei recuperauit adduntur etiam pro historie ornatu preclara documenta & exempla antiquorum. Romanorum. Gręcorum & aliorum Priscorum**

**Prephatio & introductio ad ea que in hac tertia parte dicentur**

**I**N SUPERIORIBVS HVIVS HISTORIE partibus ex multis pauca cõpletēs de salubritate aure Hispanice eiusq; terre fertilitate. auri deniq; argenti ceterorumq; Metallorũ diuiciis & ubertate. nec non gentis fide religione. strenuitate amicitia & humanitate breui egimus. Sitũ rursum & eiusdem preclare prouintię descriptionem respectu aliarum orbis nationũ: Sed & prouintiarũ sub ea cõtentarum succincte contexuimus: Postremo regnoꝝ in ea erectorum originem: tempora. diuisiones & uniones summatim ostendimus: Verum quia inter cetera que fideliter retulimus ysidorum. Lucam. Tudensem. Rodericum deniq; Toletanũ. Historiographos clarissimos sequentes. id constanter diximus quoniam ab Athanarico qui & Gothis primus in Hispania regnauit. Henricus quartus Rex Castelle & legionis modernus. lxxxii. gradibus totidẽq; successionebus per rectas lineas distat quarum successioneũ. gradus. xlv. numeratur supputãdo



quem libet Regem pro una successione siue gradu incipiendo a Pelagio . qui primus regnavit post infelicem calamitatem miseramque Hispanie cladem . peccatis populi Christiani diuinitus permissam uerius iuste inflictam . qua omnes fere Hispanie & non parua Gallie pars sub machometi seruitute miserabiliter subacte fuerunt . usque ad Hericum quartum predictum nunc feliciter regnantem : ueridica computatione constat quia predictae . lxxii . successiones totidemque regnandi gradus infra eandem familiam continuati fuerunt . intra eandem stirpem eandem denique domum . idemque genus nec in eodem Hispanie principatu alterius extranee familie interpolatio inuenta est . que res in nullo ceterarum orbis nationum principatu alterius facile potest : dignum duximus sub quodam epilogo omnes reges eorumque successiones & regnandi ordines illorum successus & clariora gesta a Pelagio predicto usque ad inclitum Fernandum tertium qui uandaliam & Beticam a Mauris recuperauit breuissime recensere Rursus pro maiore historie ornamento aliqua preclara gesta ac similia exempla & memorabilia dicta & facta inseremus . tam ex sacra scriptura quam ex ueterum Romanorum & Græcorum annalibus addentes insuper quedam moralia documenta reipse narrationi congruentia : Latiore rerum Hispanarum narrationem historie Roderici Toletani relinquentes : qui res Hispanicas usque ad fernandum predictum inclusive sapienti & graui stilo perstrinxit . Deinde paulo extensius subsequendum post predictum Fernandum in Hispaniis regnantium generationes successiones . & regnandi ordines . necnon successus & clariora gesta describemus .

Incipiunt Capitula tertie partis

Capitulum primum de Pelagio primo Rege in Hispania

post eius cladem & desolationem a Mauris factam & de genealogia eius a Regibus Gothorum & de gestis suo tempore

Capitulum secundum de Fasilla secundo Rege Hispanie post dictam cladem & de gestis suo tempore

Capitulum tertium de Alfonso primo dicto Catholico . iiii . Rege post cladem Hispanie & de eius genealogia & de gestis suo tempore

Capitulum quartum de Froila primo qui quarto loco post cladem Hispanie regnauit & de eius genealogia & gestis

Capitulum quintum de Aurelio quinto Rege Hispanie post cladem

Capitulum sextum de Silo sexto Rege Hispanie post eius cladem

Capitulum . vii . de Mauregato septimo Rege Hispanie post eius cladem & de gestis suo tempore

Capitulum octauum de Veremundo primo qui . viii . loco in Hispania regnauit post cladem & de gestis suo tempore

Capitulum . ix . de Alfonso secundo cognominato Casto qui fuit . ix . Rex post Hispanie desolationem & de gestis suo tempore

Capitulum decimum de Ramiro primo qui fuit decimus Rex post Hispanie cladem & de gestis suo tempore

Capitulum . xi . de Ordonio primo qui in Hispania . xi . loco regnauit post eius cladem & de gestis suo tempore

Capitulum duodecimum de Alfonso . iiii . cognominato magno qui duodecimus Rex fuit in Hispania post illius cladem & de gestis suo tempore

Capitulum . xiii . de Garzia primo qui fuit in Hispania tredecimus Rex post eius desolationem & de gestis suo tempore

Capitulum . xiiii . de Ordonio secundo qui . xiiii . loco in Hispania regnauit post cladem & de gestis suo tempore



- Capitulum quātūdecimū de Froyla secūdo qui fuit . xv .  
Rex in Hispania post cladem
- Capitulum sextūdecimū de Alfonso . iiii . qui in Hispania  
sextodecimo loco post cladē regnavit & de gestis suo tēpore
- Capitulum decimūseptimum de Ramiro secūdo qui in  
Hispania . xvii . Rex fuit post cladem & de gestis suo  
tempore
- Capitulum . xviii . de Ordonio tertio qui in Hispania  
decimoctavo loco post cladem regnavit & de gestis suo  
tempore
- Capitulum . xix . de Ordonio . iiii . qui in Hispania . xix .  
loco regnavit post cladem
- Capitulum . xx . de Sancto primo qui primus Rex fuit  
legionis & magne partis Hispaniē : & quomodo castella  
fuit liberata a subiectione regni legionis
- Capitulum . xxi . de Ramiro tertio qui . xxi . loco reg  
navit in legione & magna parte Hispaniē post cladem &  
de gestis suo tempore
- Capitulum . xxii . de Beremundo secundo Rege legionis  
& magne partis Hispaniē qui post cladem . xxii . Rex  
fuit & de uictoriis & gestis suo tempore
- Capitulum . xxiii . de Alfonso quinto qui . xxiii . Rex  
fuit in regno legionis & magne partis Hispaniē & de  
uictoriis & gestis suo tempore
- Capitulum . xxiiii . de Beremundo tertio qui in regno  
legionis . xxiiii . loco regnavit & quomodo post istum  
castella fuit erecta in regnum
- Capitulum . xxv . de Sancto dicto maiore qui . xxv . lo  
co regnavit post cladem & quomodo fuit primus Rex  
castelle propter uxorem
- Capitulum . xxvi . de Fernādo primo qui uicesimosexto  
loco post cladem regnavit & quomodo in eo regna cas  
telle & legionis fuerunt unita & de gestis tempore suo

- Capitulum . xxvii . de nobilitate & exstrenuitate Roderici  
de Biuar cidi appellati & de uictoriis & preclariis gestis  
suis & quomodo a Mauris recuperauit Valentiam
- Capitulum uicesimū octauū de Sancto . ii . qui . xxvii .  
loco post cladē Hispaniē regnavit & de gestis tēpore suo
- Capitulum . xxix . de Alfonso sexto qui . xxviii . loco post  
cladem Hispaniē regnavit . & quomodo ab isto incepit  
regnū Portugalie & de preclaris uirtutibus & gestis eius
- Capitulum . xxx . de Geloyra & Vrraca filiabus Alfonsi  
sexti & de prole earum . & quomodo Alfonsus Rex Ara  
gonum eandem Vrracam duxit uxorem . & de illius im  
pudicitia . & qualiter uterq; coniunx propter irreuerentiā  
ecclesiē pessima morte obierunt & quomodo Aragonenses  
quēdā petrū a se in regē electū regno priuarūt & Ramirū  
monachum erexerūt & de his que propterea acciderunt
- Capitulum . xxxi . de Alfonso septimo intitulo imper  
atore qui . xxxi . loco post cladem regnavit & quomodo  
regna iterum diuisit & de clarissimis gestis suis
- Capitulum . xxxii . de Sancto tertio desiderato appellato  
qui post irruptionem Hispaniē . xxx . loco regnavit &  
de uirtutibus & gestis suis
- Capitulum . xxxiii . de Feruando secūdo qui post cladem  
Hispaniē . xxxi . loco regnavit in legione & frater eius  
Sanctus in castella
- Capitulum . xxxiiii . de Alfonso octauo qui post cladē  
Hispaniē tricesimosecundo loco regnavit & de clarissimā  
eius prole & bellis & uictoriis suo tempore occurrētibus
- Capitulum . xxxv . de gloriosissima uictoria Alfonsi . viii .  
contra Sarracenos in famoso bello nauū tolose . & quo  
modo crux Cristi uisibiliter opem Cristianis tulit . & de in  
numera multitudine Mauroꝝ qui occubuerūt inserūtur  
etiam ingentes copie eorum qui ceciderunt in nonnullis  
bellis exterarum nationum



Capitulum tricesimū sextum de his que acciderunt Regi Alfonso octauo post famosum bellum prope naues tolose & de ciuitatibus & locis que acquisiuit & preclaro facinore habito circa arcem de gorita & de obitu eiusdē alfōsi

Capitulū . xxxvii . de Alfonso nono qui post destructionem Hispaniē . xxxiii . loco regnauit & quomodo in isto Alfonso iterum regna fuerunt unita

Capitulum . xxxviii . de Henrico primo qui post cladem Hispaniē xxxiiii . loco regnauit & de itēpestiua eius morte

Capitulum . xxxviiii . de gloriosissimo Rege Fernando q post cladem Hispaniē . xxxv . regnauit in castella & legione & qualiter in eius persona utrūq regnū fuit unitū & quomodo Bethicam totam recuperauit & de uictoriis & clarissimis eius operibus

Capitulū . xl . de nonnullis incidentibus dignis relatu que huius Fernandi tempore occurrerūt & de ortu pestiferæ parcialitatis in Italia . uidelicet guelforū & gebelinorū & quomodo Fernādi tēpore . per Iacobū Regē Aragonum . maiorica & insule Baleares lucro fidei acreuerūt & de felici obitu Fernandi & de diuisione in imperio & qualiter in discordia electus est . Alfonsus . x . filius huius Fernādi .

Capitulū primū de Pelagio primo Rege in Hispania post eius cladē & desolationē a Mauris & de genealogia eius & Regibus Gothorum & de gestis suo tempore

ELAGIVS primus Rex Hispaniē fuit post eius cladem & . xxxvii . ab Athanario primo Rege Gothorū incepit regnare anno domini . Dccxii . regnauit annis . xx . hic ut historie perhibent . filius Theofredi fuisse creditur . ipse uero Theofredus filius extitit recēsi uindi Regis Gothorū . qui fuit pulsus in exiliū per Egīzā patrē Vitige . & hic Theofredus pater fuit Regis Roderici

& per cōsequēs Pelagus fuit frater Roderici ultimi Regis Gothorū : Alii historiografi aiūt Pelagiū ipsū fuisse filiū Fafille ducis Cātabrie . oēs tamē concordāt Pelagiū per rectā lineā a Regibus Gothorū descendisse : Adde quia Alfōsus dictus Catholicus filius Petri ducis Cātabrie : Ex progenie gloriosissimi p̄ncipis Recaredi Regis Gothorū . gener fuit Pelagii . quo fit ut ex omni successione . Pelagus & ab eo descēdētes uey Hispaniē p̄ncipatum obtinuerūt : hic igitur Pelagus primus post cladē hispaniē p̄ncipatū in ea tenuit . saltē iure licet nō plene defacto ut dictū est . tū quia in eo uno represētabatur ius & successio p̄ncipatus hispaniē : ceteris Regibus Gothorū & presertim Roderico fratre mortuis atq̄ cētis tū quia ut ait Rodericus in cronica sua populi cristianorū q̄ in asturiis latitabāt in q̄bus residebat ius eligēdi p̄ncipē . eundē Pelagiū in p̄ncipē elegerūt . q̄ illa electio . fuit q̄si quedā iuris cōtinuatio potius q̄ noui domini assūptio . Hic Pelagus diuina pietate preseruatus creditur ut miseras Hispanias peccatis Cristiani populi afflictas . & pene euersas restauraret . ne inclite gentis Gothice lucerna in orbe penitus extingueretur ! ut de roboā legimus quē ob merita dauid & patrū suorū deus in regno iuda preseruauit : postq̄ igitur apud Asturias latuit diuino cōfortatus auxilio . paucorū Catholicorū copia fretus . Mauros q̄bus ūdicq̄ circūseptus erat . paulatim infectur : tādē eo magis respirās . incredibilia & plusq̄ humana bella gessit adeo ut paucis interiectis ānis nō mediocrē terrarū perditarū partē . iuuante domino recuperauit . Hic recte primus liberator & patrię instaurator dicendus ymo lustrandus est . huic sacerrimo principi cedat Romanus Camillus . qui ut aiūt Romā captā agallis liberauit . Cedat & quintus Fabius . M . q̄ Imperiū Italię Romanis restituit ac sepe cōseruauit . Hamilchar quoq̄ sileat pater Hanibalis . q̄ Imperium Carthagenensibus restituit



Pelopidas item q̄ tyrānos ex urbe Thebaȳ expulit. Brutus  
deniq; q̄ Tarqnū Regē superbū a patria ignominiose de-  
iecit. Sed & Dion Siracusanus q̄ patriā a manibus Dionisti  
tyrāni liberauit: Trasibulus quoq; Pelagio inferior est. licet  
Athenas patriā a. xxx. tyrānis liberauit & Themistocles q̄  
Grēcā a manibus Persaȳ tutatus est: Pelagus igitur de  
quo sermo est. postq̄ magnā Hispaniē obtinuit partē. cōtra  
Mauros īgēta bella deuicit & de cetero successores sui nō  
fuerūt intulati Reges Gothoȳ. sed Reges legionis & as-  
turtarū. Genuit duos filios Fasillā q̄ post eum regnauit &  
Ormisebā reginā uxore Alfōsi Regis Catholici: Hoc tēpore  
sedebat Romē Gregorius Papa. ii. In Imperio Anastasius  
& post eū Theodosius .iii. hic Anastasius nequissimus fuit  
q̄ Philippū Imperatorē predecessorē suū iugulauit. Theodo-  
sius uero Anastasiū deposuit & fecit presbiterū ordinari. hic  
gesta. vi. synodoȳ fecit describi. tādē a Leone Papa depositus  
clericus effectus in pace quieuit

**Capitulū. ii. de Fasilla .ii. Rege Hispaniē post dictā  
cladē & de gestis suo tēpore**

**AFILLA** filius Pelagii .ii. Rex fuit in principatu  
Hispaniē post illius cladē & . xxxix. ab Athanarico  
primo Rege Gothoȳ. īcepit regnare āno domini. Dccxxx.  
regnauit ānis .ii. hic magnus uenator fuit & a quodā urso  
quē īsequēbatur occisus: nō parua demētia est sese periculis  
exponere: cū necesse nō sit: maxime uero cū feris uolūtarie  
cōtēdere: ut de Adonide legimus ab apro īterfecto & Artis  
Cresi filio q̄ Adrastrū hospitū hasta trāstigitur. dū aprū petit  
q̄ enī feras īsequitur dignū uidetur ut a feris ledatur. fera enī  
bestia se natura tuetur cū persequētē ferit. homo uero cōtra  
naturā agit cū bestia nō ledētē persequitur. Cuius tēpore Gre-  
gorius .iii. Romē sedebat. In iperto uero Leo .iii. quo tēpore  
Sarraceni Cōstātinopolī obsederūt & plurima dāna itule-  
rūt: huic Leoni Imperatori successit filius eius Cōstātinus .v.

**Capit. iii. de Alfōso p̄rio dicto catholico. iii. rege post  
cladē hispaniē & de eius genealogia & gestis**

**LEONSVS** primus dictus catholicus. iii. rex fuit ī prī-  
cipatu hispaniē. post eius irruptionē. xl. uero ab athana-  
rico p̄rio rege Gothoȳ. regnauit . xix. ānis. hic gener Pelagii  
ex regū Gothoȳ genere descēdens. fuit enī ipse Alfōsus fi-  
lius Petri ducis Cātabrie de genere Recharedi gloriosi Regis  
Gothoȳ. q̄ āte cladē Hispaniē heresim Arrianā extirpauit:  
ueluti enī fide & opera cōstātini magni in. vi. synodo precisa ē  
heresis Manicheoȳ. in oriēte: sic in occidēte eadē religiōe &  
fide. Alfōsus Arrianā heresim extirpauit. In Italia uero grati-  
anū cesarē heresim extirpasse legimus & ad rectā fidē perdux-  
isse. q̄ libros beati Ambrosii cōtra eādē heresim ab omnibus  
recipi obtinuit: Incepit autē regnare āno domini. Dccxxxi.  
dictus est Catholicus. quia fidei documēta obseruabat. Hic in  
oī parte Hispaniē multa oppida & castra obtinuit a Mauris.  
Deinde Astoricā. rursus legionē ubi sedē regtā posuit. Cāpos  
etiā Gothicos & plurima castra ī castella deuicit. Sed qd̄ hec  
minima cōmemoramus. fuit gloriosissimus & uictoriosissimus  
nā īgētes uictorias cōtra Sarracenos obtinuit. & plurimas  
prouintias ciuitates & oppida a Mauris occupata mira ani-  
mositate lucro fidei adiecit. iter cetera recuperauit portū/brachā  
uiseū/ in Portugallia/ deīde Beiar: ledesma: camorā: salamāticā:  
Simācas/ duēnas/ Saldanā/ mirādā/ Segobiā/ Curugnā: In Ga-  
litia: trāsmierā/ Garnicā: & prouitiā Bardulie que nūc castella  
uetus appellatur. ordunā: uiscaiā: bitortā: pāpilonā & nauar-  
rā/ Pācoruo: & q̄si usq; ad mōtes pyreneos. deīde Alfōsus re-  
& noīe Catholicus oēs ecclesias a Mauris destructas repa-  
rauit. q̄bus calices & ornāmēta donauit. Merito igitur hic ex-  
cellētissimus rex post irruptionē Hispaniē ac post Pelagiū .ii.  
īnstaurator patriē recte dici potest. ut alter Camillus Roma-  
nus q̄ urbē a Gallis obsessā liberauit etiā <sup>illos</sup> recipiētes aurū pro  
tributo expulit & adepta libertate uocatus ē alter Romulus ut  
ait Liuius. Rursus idē Alfōsus ut alter Iosue amissa patrū  
suorū hereditate ut scriptura cōmemorat expugnauit īsurgētes



hostes ut cōsequeretur hereditarē perditā. iuocauit altissimū & ipugnauit inimicos iudicū & ut alter Natā ornauit tēpla usq; ad cōsumationē uite ut laudarēt sacerdotes nomē factū domini: Deniq; Alfōsus ipse tā feruētissimi geli fuit ad augēdā temp. Cristianā: ut sepe dissimulato habitu castra mauroy exploraret. q; plerūq; cognitus fuit. sed mira strenuitate euasit. imitatus mutū sceuolāq; obsessa urbe porsena a rege etruscoy iuit i castra regis ut eū iterficeret. loco cuius occidit secretariū. Captus igitur & ad regē ductus cōstātī aīmo affirmauit peccasse. quia regē occidere decreuerat. manūq; in igne positā cōbussit. q; aīmi cōstātia rex ab obsidiōe recessit: sed iā regis Alfōsi prole referamus. Igitur ipse Alfōsus ex filia Pelagii genuit Froilā & Aureliū. q; regnauerūt post eū successiue. genuit & Egimadam que fuit uxor Silonis. & propter eā regnauit. & Ilmarā patrē ueremūdi regis & mauregatū ex cōcubina: Incepit regnare āno domini. Dccxxi. fuit piissimus & deo & hoībus dilectus. Suo tēpore sedit Romē zacharias. pp. In iperto Cōstātinus. v. hic fuit patrē peior quia sacrificia demonibus imolauit. tandē pessimi icēdii plaga percutitur. & clamās adhuc uiuus igni simul inextinguibili traditus miserabiliter moritur.

**Ca. iiii. de Froila priō q. iiii. loco post cladē hispaniē regnauit & de eius genealogia & gestis.**

**ROILA** huius noīs primus Alfōsi filius. iiii. rex fuit post Pelagiū sed. xli. post athanaricū primū regē Gothorū: Incepit regnare āno domini. Dcclii. regnauit ānis. xiii. hic cōtra Sarracenos galeciā ifestātes bella felicia egit. Liiii. milibus arabū cēsis. a qbus ditissima spolia & diuitias cōsecutus est. maiorē certe in ea re laudē cōsecutus: quā cesar q; totidē Galloy: Item quā marius q; cimbroy multa milia imperādi gratia occidit. Cū hic religionis nō ābitōnis causa hoc fecerit. nauarros rebellātes iuasit: **Vascones** ifestos subdidit: tandē in asturiis ab Aurelio fratre suo iuste regnādi gratia propriis manibus occiditur: Idēq; frater filiū iterfecti fratris noīe Veremūdū q; si pro satisfactōne adoptauit: Imitatus ptolomeū q; teste Valerio menestē filiū suū quē ex cleopatra eadē sorore sua &

uxore sustulerat optia spe puerū in cōspectu suo occidi iussit ne ea seuitia cōtētus: capud manus & pedes eius absctos manibus cōrectauit. naribusq; applicās: dicebat: optie olere filiiū hostēq; occisū. Tandē mēbra ipsa icisa clamide coperta pro munere natalito matri suē misit: demū tātū flagitiū arbitrās beneficio delere alterū filiū parti regni prefectū: similis regnādi cupiditas Romulū: atreū: polinice: ad tale facinus ipulit. Ferūt his panorū ānalia quēdā ueteranū militē dixisse Alfōso Catholico patri huius Froile: ut modū daret in successione regni. uidebat enī aureliū oē periculū subiturū regnādi gratia. Ad quē Alfōsus uerba magni Alexātri retulit. ut ait quītus Curcius designās enī Froilā. nefas iqt est fortu uiro aliū q; uirū fortē succedere aut tātū regni opes aliis q; fortibus & probatis uiris reliqui & subdit talē q; ppe uobis in regno dimitto. sed futuri periculi timorē nō aufero. Tēpore suo in cathedra Petri sedebat Stephanus. ii. In iperto Cōstātinus. vi. cū filio Leone. iiii. Hic Leo cupiditate ductus a crucifixo cuiusdā ecclesie coronā habentū lapides preciosos asportauit. Cū igitur eadē coronā in capite portaret exierūt lapides & gēme. Ipseq; febre mortuus est post quē deuenit iperū in manus uxoris Hirene dicte & Cōstātini filii secūdū Sicardum.

**Ca. v. de Aurelio. v. Rege Hispanie post cladē.**

**VRELIVS** filius Alfōsi catholici. v. loco regnauit post cladē Hispaniē sed. xlii. Rex fuit ab Athanarico priō rege Gothoy regnauit ānis sex. hic post iterfectionē fratris sui cepit regnare āno domini. Dcclxvi. huius Aurelii tēpore serui per oēs Hispanias cōtra dominos surrexerūt. sed Aurelii industria uerberati in pristinā seruitutē sūt redacti: uoluerūt enī imitari scythas de qbus Herodotus ait quia cū persequerētur gētes Cimerias Asiā igressi sūt & Medos iperto eiecerūt quod xxviii. ānis tenuere reuersi itaq; in patriā iuenerūt uxores in patiētia libidinis cū seruis cōcubuisse: quare opus fuit: ut serui cōtra dominos arma summerēt. q; superari nō potuerūt. nisi







foret: euenit ut ignauus imbecillis ac pusillanimis eua-  
deret. Nā qui tam turpibus seruebat uitiiis . necesse erat  
tam turpia tributa prestaret. Scriptū est enim per sapientē  
manus fortium dominabitur . quę autem remissa fuerit  
seruiet ignobiliter : hoc est certe illud funestum tributum  
de quo Intrenis propheta lamētabatur inquiring contrite  
sunt uirgines populi mei & sequitur quis audiuit talia  
horribilia : & iterum uirgines eius squalide oppresse :  
amaritudine . Nec aliud tributū deplorabat Ieremias .  
audite iquit obsecro uniuersi populi & uidete dolorē meū .  
Virgines mee abierunt in captiuitatē inimicorū suorum  
Eo tēpore sedebat : Romę Adrianus primus : In impē-  
rio Niceforus cesar . hic imperauit apud Constantinopoli  
ānis . ix . & post eū Stauratus filius eius secundū Sicardū

Capitulum . viii . d . Veremūdo primo qui . viii  
loco in Hispania regnauit post cladem & de gestis  
suo tempore

**V** EREMUNDVS huius nominis primus . filius  
Bilmarai filii Alfonsi regis catholici fuit . viii . rex  
a Pelagio ab Athanarico primo rege Gothorū . xlv  
hic regnare incepit . Anno domini . dclxxxiii . regna-  
uit ānis duobus . Hic Mauregato mortuo in regē assum-  
mitur . Fuit magnanimus . recolens tamen ordinē dia-  
conatus suscepisse . regno sponte cessit post duos annos .  
& consobrinū suū Alfonso qui ad Nauarros cōfugerat  
in regno sustinuit successorē . relicta uxore sua in religione  
Ex qua duos filios suscepit Ramirū postea regē effectū  
& Garciam : Hic Veremundus imperatorem Lotharum  
imitatus est . qui partito inter filios regno . seculo renū-  
auit . ut ante animo conceperat & monachus effectus est .  
magisq; orationibus suis quam filiorum armis regno  
*prohaens*

Imitatus est deniq; Lycurgum qui filio fratris . facto ad-  
ulto regnū restituit : hoc tempore sedebat Romę . Papa  
Leo . iiii . in imperio Michael apud Cōstantinopoli ānis  
duobus . huius imperatoris & duorum p̄decessorum  
uidelicet Nichofori & Stauratii imperium orientale ut  
inquit Sicardus ad nihilum reddatus est .

Capitulum . ix . de Alfonso . ii . cognominato  
casto qui fuit . ix . rex post Hispanie desolationē  
& de gestis suo tempore .

**A** LFONSVS . ii . cognominatus castus filius regis  
Froile filij Alfonsi catholici . Incepit regnare Anno  
domini . dccc . hic . ix . rex fuit a Pelagio primo  
rege Gothorum post cladē Hispanie . set . xlv . ab Atha-  
narico primo rege Gothorū regnauit ānis . xli . Sobrius  
autē & pudicus admodū fuit pius & humilis ideo recte  
nomē casti sortitus est : quare deus ei p̄cipuas contulit  
uictorias : quia scriptum est uir humilis loquetur uictori-  
as . Nam magna arabum multitudo asturias ingressa est  
quā Alfonso deo duce prostrauit . lxx . milibus arabū  
cesis edificator fuit p̄cipuus ecclesiarū iter quas ouetēn .  
& Astoricēn . cōstruxit & dotauit . & ut cultus dei auge-  
retur plurimū fuit sollicitus . quare auxit deus domū &  
regnū suum : gratissima est enim deo templorū edificatio  
& reparatio . Nam ut sacra scriptura cōmemorat . Abra-  
ham q̄ primū edificauit in terra Cham altare domino .  
illico audire meruit . tibi & semini tuo dabo terrā hanc  
Sed & Salomon quia prius edificauit domum dei . q̄  
palatiū regiū : auxit deus regnū suū & siluerūt corā eo oēs  
inimici eius . Demū hic Alfonso Gothorum pristinam  
gloriā pene extinctā ad hominū memoriā reduxit . & ad  
eamdem ecclesiam Ouetēn . reliquias sanctas ex Toletō &



mat Carolū regi francorū  
et rolandū famosū p̄ces

aliis partibus honorifice transportauit. Hic rursus ut a multis fertur: uicit Carolum magnū regem Francorum & Rolandum: & ceteros a seculo famosos dictos pares apud montes Pyreneos in ualle quę hodię: hospita uallis dicitur. Iste Alfonsus religione & pietate Constantinum magnū imitatus fuit. Numā Pompiliū superans: nec mirum si exteriores deuicit hostes: qui interiores superauit: carne uidelicet ad libidines prouocantē. Nam Hieronymo teste Iudith castitas hostem Olofernem uincere meruit: quę seuissimū sui hostem superare potuit. Hoc tēpore sedit Romę Stephanus .iiii. & Pastasus & Eugenius: in imperto Carolus magnus filius Pipini .ii. hic Carolus fuit coronatus a Leone papa .iii. in Basilica sancti Petri. Cum regnasset super Francos annis .xxxiii. hic primus Francorū romanis imperauit annis .xiiii. & cum Michaele & Nichoforo imperātibz apud Constantinopolim cōcordauit: & inuicē se iuuarent & fratres appellarētur: & gręcus imperator haberet orientem Carolus uero & successores occidentem.

Capitulum .x. de Ramiro primo qui fuit .x. rex post Hispanię cladem & de gestis suo tempore

**R**AMIRVS huius nominis primus filius Veremūdi regis p̄dicti .x. rex fuit a Pelagio sed .xlvii. ab Athanarico primo rege Gothorum: regnauit annis sex | mensibus .ix. Incepit autē regnare Anno domini .dcccxxiii. hic dum in castella pro accipiēda uxore morā traxisset. quidā Nepotianus comes palatinus tēptauit regnum occupare: cui Ramirus festina & armata manu restitit & tandē eum fugauit: quē iterū bello cepit & in monasterio uitam finire fecit. Hic Ramirus adeo dilexit Garlam infantē fratrem suum propter uirtutes &

m. ps.

menta sua. ut eum secū conregnare fecit & ita cuncta gubernabat ut Ramirus inter quos fuit singularis unitas: Nec unq̄ audita est scintilla discordię. Suo etiā tempore gens Normānorū in numera littoribus Galitię applicuit cui Ramirus occurrit: & cum eis conflixit. Tandem .lxx. nauibus Normānorū succensis & copiis eius fuis. qui euaserunt inglorii abierūt: iustus est enim deus: cui ysaya teste ingrata est omnis uiolenta p̄datio & ut ait Iob iudicat opera & scelera aliena occupantū: quia dignum est ut propriis careat qui aliena rapere conatur: ut illud prophete. in se experiat. ue qui de p̄datis quia de p̄daberis. Hic felix rex cum Sarracenis apud Calagurrā decertauit: in quo bello sanctus Iacobus apparuit: & cęsa sunt multa milia Arabū & Calagurra cum adiacentibus partibus in deditōnē Ramiri deuenit. bello inquam apparuit sanctus Iacobus. nō fiete ut olim de castore & poluce finxere Romani. merētur catholici principes diuina auxilia. cum infideles persecūtur celo ampliandi legē dei. nō augēdi regna tēporalia. Sic Machabei pro lege dei sui certantes contra Thimotheum. uisus est sensibiliter de celo. uir dei: iudeis auxilia p̄bēs & iudā incolumem seruans: & iterum contra Lisiam apparuit sanctus dei de celo in ueste candida hastam contra hostes uibrans: tandem obiit Ramirus in domino. Tempore huius regis p̄fuit: sedi Romane. Valentinus deinde Gregorius .iiii. in imperto sedit Lodouicus primus cognomento pius Caroli magni filius. Hic fuit natura ipsa clemētissimus ideo uocatus est pius imperauit ānis .xxvi.

Capitulū xi. de Ordonio primo qui in Hispania xi. loco regnauit post eius cladem & de gestis suo tempore

apparuit sanctus Iacobus  
in p̄cho / abbi regi qd  
uelius credo apparuisse re  
myro et exercitū suo apud  
Nafara. et p̄cta uictoria  
fuerūt cōcessa uota p̄ma  
dū dñe solueda i p̄ctūz  
Archiepo et ecclie s̄ti Iacobi



**O** RDONIVS Ramiri filius regnavit Anno domini . dcccxxvii . & fuit . xi . rex a Pelagio ab Athanarico uero primo rege Gothorū . xlviii . regnavit annis . x . Hic genuit quinque filios . Alonsum . Veremūdum . Nuniū . Ordoniū & Froilā . Hic aduersus Vascones rebellantes exercitū congregauit . quo simul & patriā subiugauit . quā paululū seuerē rexit . Regē quendā iudaimitatus qui populū Edon rebellātem & ne ei foret subiectus summopere conantē graui seruitute afflixit . dignū iudicās ut qui humanitatis dulcedinē . non sapiūt . acerbitatis pocula degustēt : hic Ordonius in reditu Arabes inuenit patriā depopulātes . quos uicit atq; fugauit : & iterū Muçā principē Sarracenoꝝ . patriā infestantē deuicit . x . milibus militibus cēsis . & Lupus filius Muçæ qui in Toletō p̄cipabatur Ordonio se subiecit . hic Cauriā Salamanticā recuperauit : huius Ordonii tēpore sedit Romę seruius : in imperto Lotharius huius nominis primus Lodouici filius qui solus imperare temptauit . Sed fratres eius Carolus & Lodouicus cōtra eum insurgūt . & magna utriusq; strage secuta pax initur . Nā regno diuiso Carolus in Frantia . Ludouicus in Germania . Lotharius uero qui maior natu erat . tenuit Italiā & eā partem Frantie quę dicitur Lothoringia ab eodē Lothario sic dicta . Deinde Lotharius seculo ab renuntiato habitū monachalem suscepit & regnum filiis diuisit .

Capitulū . xii . de Alfonso cognominato magno qui . xii . fuit post illius cladē & gestis suo tēpore

**A** LFONSVS huius nominis . iii . cognominatus magnus . filius Ordonii . xii . rex fuit a Pelagio : ab Athanarico uero . xlix . incepit autem regnare Anno domini . dcccxxxiii . regnavit annis . xl . genuit

quatuor filios : Gasiam Ordoniū & Froilam . & hii tres successiue regnarūt : genuit & Gundisalū archidiaconū ouetensem . Contra Sarracenos uictoriosus fuit : & plurima sibi loca subiecit . Inter cętera subiugauit Alabā . Colimbrā cepit atq; uiseum & alias urbes in Portugalia & catholicos terminos dilatauit . Hic amator fuit pietatis & iustitię & bella cōtra Arabes assiduo gessit . & Galliā Gothicā & populos Vasconū & Nauarrorū non paruas terras quas Arabes detinebāt flāma & cędibus coartauit ecclesias plurimas edificauit : Constantinum & plurimos cristianissimos imitatus . qui firmamētū imperii in religione & fide collocarūt : quod & gentiles cęsares egerūt : falsos deos colētes : illi enim teste Valerio ita se humanarum rerū comertia gentiūq; cuncta imperia se obtinere existimarūt si diuine potentię bene atq; constāter fuissent famulati . Tandē hic Alfonso filiū Gasii sibi recōciliauit : & cōtra Arabes eum misit . qui . xii . milia cecidit . Hic p̄iceps Alfōsus & si catholicus & animosus fuerit : crudelitate tamē simul & ingratitude nō caruit . quēdā ex regibus israhel . imitatus de quo scriptura commemorat quia pietatē & religionē sua crudelitate maculauit . Nam Veremūdū Nuniū Ordoniū & Froilā fratres suos oculis priuauit : quia ut fertur in eius necē cōspirabāt . Sub hoc Alfonso militauit : extrenuus ac nominatissimus miles Bernardus de Carpio . Cuius ad regē fides ac ad parētes pietas . & clarissimarū uictoriarū felicitàs . nulla obliuione delebitur . Huius Bernardi patrē nomine Sandias Comitē uirum p̄stantissimū . Rex Alfonso quorūdam emulorū suorū suggestione captiuaui : tanq; parum sibi fidum . Nam teste Emilio probo est hoc cōmune uitium apud magnos principes liberalesq; ciuitates . Vt inuidia glorie Comes sit : & libenter hiis detrahūt quos uirtute eminere altius uident . Tanta enim erat patris & filii in

quid? arab? uocabat?  
plus alphon 3

bernardus de carpio



rebus bellicis & omnium uirtutum genere præstantia ut  
ceteri magnates æquo animo eum non intueretur . quare  
regi de eis obloquebatur . Bernardus igitur sæpe regem  
suppliciter exorauit : ut eius genitorē libertati donaret :  
nec inuidis suis aures daret : id etiā expetebāt ingentia  
patris & nati obsequia eidem regi præstita : Illud præcipue  
quo idem rex fidei Bernardi exploratissimū argumentū  
agnouit . Nam cum apud Benauentū Alfonso contra  
Mauros præliū cōsereret : quippe qui interfecto eius equo  
& in terra prostratus : & multitudine hostiū obsessus : ex-  
tremo foret periculo adductus : nihilominus fidelissimus  
Bernardus de suo equo descendēs regi assignauit : quo  
egregio facinore & insigni fidei experimento : e manibus  
Arabum regē exemit ut alter Ionathas qui se tunica spoli-  
auit sua & eam Dauid dedit : ne imminens periculū incur-  
reret : imitatus illum fidelissimū seruū quē Valerius cō-  
memorat : qui ut dominū proscriptum a morte liberaret :  
permutatis cum eo uestibus & domino per Posticū misso  
sele dominū quē hostes querebāt finxit : imitatus deniq̃  
amicum bruti qui uidens hostes : brutū inuestigasse : ille  
falso se brutum aseruit ut uere brutū liberaret . Sed uerū  
est quod sapiens ait : quia ingratus sensu : derelinquit li-  
berantem se : & uix dimidiū reddet : qui solidum debet .  
Rursus Bernardus reolebat aliud nō inferus benefi-  
cium . Cum enim ciuitas gamorēsis a Sarracenis obside-  
retur : præsidis copiis ac strenuitate Bernardi ab hostibus  
liberata est : quo tempore rex Alfonso eidem Bernardo  
patrem liberaturū pollicitus fuerat : uerum quia ingrati  
animus causas semper inuenit : ne referat & nūq̃ deder-  
dendo recolit qui semper denocendo cogitat : quia scrip-  
tum est per sapientem : ingratus etiam si potuerit reddere  
aduersabitur . Rex ipse post plurimas præces . Respon-  
dit Bernardo nullo pacto patrem uelle liberare ipseq̃

nota

inca ingratitudinem.

. m. ps.

Bernardus ut alter quintus Crispinus quem Valerius  
cōmemorat : qui ingratum cōtra se principē prius mo-  
nere q̃ uincere maluit : Iterum regem hortatur ut patrem  
relaxet . Rex uero cominationē ei mortis indixit si de ea  
re amplius loqueretur ut de eo sapiens loqui uideretur :  
quia ingratus cōuita & maledicta reddet ei & pro ho-  
nore & beneficio reddet contumeliā : Bernardus igitur  
suis & amicorū copiis fretus terras regias uastat & inui-  
ctus sed uoluntaria pietate motus maximas depredatio-  
nes subditis regis infert . Contra quem Rex exercitum  
mittit : sed quia pietas ad omnia ualet . Bernardus regis  
exercitum deuicit & duces exercitus captiuauit : quos eo  
pacto regi trāsmisit ut patris liberationē obtineret : quo-  
rum præcibus simul & omniū regni magnatuū instantia  
Rex ipse deuictus : annuit & solēniter pollicitus est patrē  
Bernardi liberare : si Bernardus castrū del Carpio regi  
assignaret . Idq̃ egit Bernardus illico libens . Rex uero  
misit ad urbē Legionēses ut pater Bernardi duceretur .  
Sed quatuor ante diebus obierat : quæ res cū regi secreto  
innotuisset : iussit corpus examine certis unguētis & aquis  
calidis perungi & optimis pannis uestiri supra equū ut  
uiuus crederetur : putans promissioni fecisse satis mor-  
tuum reddere qui uiuū dare promiserat . Cum igitur rex  
intelligeret aduentū eius obuiā ei fecit & Bernardo patrē  
assignauit : qui ut primū eum mortuū cognouit : incōso-  
labiliter lacrimatus est : cui rex loco consolationis quæ pro  
causa & tempore debita erat : grauiter cominatus est : ut  
omni mora postposita a regno exiret : quod sine mora  
expleuit Bernardus & ad Carolum dictū caluum regem  
Frætie se trāstulit . Sed nec inuidiā fugit a suorū cōspectu  
recedēdo . Quinimo quāto maior fuit eius gloria tanto  
amplius emulos comparuit : eumq̃ absentē persequebā-  
tur . Ille tamen tantam ingratitudinē dicam in auditam



inuidiam passus a caritate patrię recedere non potuit :  
in galliis enim militans saluberrima auxilia patrię contra  
Mauros tulit : maiorem consecutus gloriã : odio q̄ obse-  
quio emulorū : non parua fuit huius principis ingrati-  
tudo . Nec aliter Themistodi accidit qui cum principi  
gręcie tantum præsiidiis & consiliis impēdisset : ut per eū  
rex uitam simul & gręciã recepisset : tamē eo usq̄ ingrati-  
eū Themistodes sensit : ut pro cuius uita & regno paulo  
ante triumphauerat : non debitã sibi uicem sed nec mise-  
ricordiã repertens ab eo effugere cogeretur . Sic rursus ut  
apud Machabeos legitur Demetrius egit : qui cum de  
manu hostiū Anthiocenorū a Ionatha sepe liberatus esset :  
paulopost se ab eo alienauit : quē ualide persecutus est :  
Sic & Ioas rex iuda pro maximo a Ioiada pontifice re-  
cepto beneficio : maximã ingrattudinē persoluit : cum  
filiū eius occidit : ut apud Paralipo . Scriptura sacra cō-  
memorat : habēt tamen quędã Hispanorū annalia Alfō-  
sum regē post hęc omnia sibi Bernardum ob sua ingētia  
merita recōciliasse amboſq̄ contra Sarracenos gloriosa  
simul bella gessisse . Nec aliter Salinatori & Neroni acci-  
disse Valerius refert : cum enim inuidia Neronis per in-  
gratum senatum missus esset in exiliū . Senatus cognoscēs  
ingrate egisse aduersus Salinatorē qui plurima Ro . reip .  
beneficia præstiterat : illum cum honore reuocauit . Atq̄ <sup>eum</sup>  
simul & Neronem cōsules creauit : qui pristina inimicitie  
obliti apud Methaurū fluiū . l . milia penorū captua-  
runt . Sic Marchus Lepidus & Fuluius . Sic Scipio &  
Tiberius depositis grauissimis inimicitis in mirã utilēq̄  
reipu . amicitia deuenere . Refert Lucas Tudensis tēpore  
huius Alfonsi . iiii . apud Cordubam a Sarracenis tunc  
occupatã : regnasse quendã Machometū nomine qui cū  
quadam die ad amenissimū uiridariū uariis & odoriferis  
arboribus & rosis consitum diuertisset : ait ad eum unus

<sup>nota</sup>  
<sup>anima circa mor-</sup>  
<sup>tem</sup>  
miles . O quam pulcher quã dulcis sapidus & delectabilis  
est hic mūdus : si homines non essent morturi . Ad quē  
Rex erras : inquit grauiter in eo quod loqueris : si enim  
non esset mors utiq̄ ego non regnassē . Ad quē rursus  
quidam sapiens qui aderat : grauius inquit : tu erras .  
O rex dum ideo carã habes mortē quia tibi regnū attulit  
odias ergo mortē necesse est quia tibi breui regnū aufe-  
ret . Quare tu magis pre ceteris timere debes mortē qui  
magis ceteris perditurus es per mortem . Adde quia si  
dulce putas regnare : amarissimã puta & mortē quę ne  
regnes efficiet . Mibi igitur crede O rex mortem minus  
timet : teste Romano Vegetio qui minus delectationis  
minusq̄ terrene habet felicitatis mors enim quęq̄ suauia  
spernit : odit alta fastigia quę diu stare non sinit . Ad quē  
rex quid igitur regnare iuuat : At ille ut honore rex solū  
fruatur & gloria : cui autem teste Aristotele hec non suffi-  
ciunt : tyrannidem exercere non regnare dicendus est :  
nec regnat quē ratio non regit . Eo tempore sedit Romę  
Leo . iiii . & Iohannes . viii . demum Benedictus . iiii . &  
Nicolaus primus in imperio præfuit Lodouicus . ii . Lo-  
tharij filius de quo paulo ante diximus .

**Cap . xiii . de Garſia primo qui fuit in Hispania  
xiii . rex post eius desolationē & de gestis suo tēpore**

**G** ARSIAS primogenitus Alfonsi . xiii . rex fuit post  
cladem Hispanie post Athanaticum uero primum  
regem Gothorum quinquagesimus . Incepit autem  
regnare Anno domini . dcccclxxxiii . regnauit annis . iiii .  
Hic Arabū terras duris incursionibus afflixit : & breui  
tempore præclara bella contra Arabes confecit : inter  
cetera deuicit : & captiuaui Aiolas Regem Maurorū &  
cū magna præda rediuit ad propria & cū religiosissimus



& catholicus foret pretiosiora spolia ecclesie sancti Saluatoris Ouetensis contulit. Imitatus Grattianum cesarem qui uota sua deo dirigens; inextimabilem hostium multitudinem apud Argentariam Galliarum oppidum incredibili felicitate prostravit: & Romam rediens liminibus sancti Petri partem spoliorum dedicauit quam siquidem uictoriam cultura recte fidei & eximie religionis tribuit. Sic & Iosue ob eius religionem & ad deum deuotum cultum Gabaonitas mirabiliter cecidit: Gedeon quoque religione plusquam armis deuicit: Garsias igitur post tres annos propria morte obiit: sepultus apud Ouetum. Eo tempore sedit apud sedem apostolicam Adrianus .ii. in imperio Carolus .ii. cognomento caluus rex Francorum Ludouici .ii. filius. Hic audita morte imperatoris nepotis sui properat: & Iohannem papam .viii. & romanos sibi concilians: imperator efficitur: secundum Vincentium contra eum tamen a Ludouico fratre suo rege Germanie bellum paratur: quia eo inconsulto imperium usurpauit tandem cum ab Italia rediret in Frantiam creditur ueneno extinctus

Capitulum .xiiii. de Ordonio .ii. qui .xiiii. loco in Hispania regnauit post cladem & de gestis suo tempore.

**O** RDONIVS .ii. frater Garsie predicti .xiiii. rex fuit & .li. post Athanaricum primum regem Gothorum Incepit regnare Anno domini .dcccxxxvii. regnauit annis .viii. mensibus .vi. hunc Ordonium Alfonsus prefeceerat Galetie adhuc uiuens. Hic prudens & sagax fuit in bello captiuum duxit principem exercitus regis Cordube & plurimas alias uictorias contra Arabes obtinuit: totam fere Lusitaniam deuastauit: & castrum Alarim occupauit: ecclesiam Legionem plurimum decorauit

& dotauit: semel tantum fuit uictus a Mauris: quo bello fuerunt capti Legiones & Astoricenses Episcopi hic Astoricensis Episcopus Pelagium nepotem obsidem dedit & tandem apud Cordubam per Abderrame regem Saracenorum martyrio coronatus est: Ordonius ipse a principio tam pius & mansuetus fuit. Ut Tito & Vespasiano & Anthonino comparari potuerit. Verum quia insolens est regia dignitas & festinata prosperitas gloriam suam appetitu uindictae maculauit: & non mediocribus uitiis uirtutes pristinas debonestauit: sed uerum est quia ut inquit Valerius: sicut aliqui degenerant a parentum nobilitate & dignitate: sic aliqui degenerant a seipsis & pristina uirtute & probitate: sicut Nero de quo quantum ad sui principatus initium dicit Seneca in libro de clementia: Nemo uiuens homo uni homini tam carus fuit: sicut tu populo Romano difficile hoc fuisset: nisi naturalis tibi bonitas inesset: qui tandem omnium nequissimus euasit. Ordonius ergo uitiis accessit: sed infeliciter ei successit. Nam pro eo quod impleuit iram suam iniquitate & dolo ac loquutus est in fraude pacifica: regni Legionensi honorem & preminentiam perdere meruit: ut alter Trifon quem scriptura recolit: ne ueritas fallat: que ait propter iniustitias & dolos regna transferrunt degente ingentem. Hic enim Ordonius crudeliter & impie agens Comites castelle qui tunc regi legionis subiiciebantur: subsecuritate uocatos apud Carrionem dolo cepit: & tandem apud Legionem in carceribus occidi iussit: fuerunt autem quatuor Comites sic interfecti: Nunius Fernandi & Donus Almudo Aluo Didacus filius suus & Fernandus qui que res plurimum displicuit deo & hominibus & non parum uirtutes Ordonii obtenebrauit. Fatendum est enim iusta fuit regis indignatio contra Comites: qui uocati a rege suo pro iusto & pio bello uenire contempserunt: ueritatem

comites castelle occisi a rege ordonio



tam acrem uindictā inferre non debuit: præsertim cum uiolatione fidei a se præstite. Nam cum scriptum sit: quia iustus ex fide uiuit; non recte iustitiam exercet qui fidē a se oblatam uiolat: quę etiam hostibus seruanda est. *hcc* Nęc aliter fecit Ioab ut scriptura cōmemorat: qui uocauit in pace Amasen ad colloquium: & quasi osculari uellet: in dolo eū percussit. Sic & Antiochus rex locutus est uerba pacifica cōmorantibus in iherusalem: & illico in dolo irruit super eos & percussit plaga magna. Sed & Ismael ut apud Machabeos legitur go-Doliā ducem Egechie regis apud Massad a se inuitatum insidione occidisse. Sed tanta fidei uiolatio per Ordoniū perpetrata perpetua uindicta punita est. Nam ob eam causam prouincia castelle: quę hæctenus regibus legionis subiiciebatur ob illud scelus a subiectione prædicta se subtraxit. Castellani enim regibus legionis deinceps rebellarunt: & iudices denobilioribus patrię elegerunt uidelicet Nunium rasura auum nobilissimi principis Fernandi Gundisalui Comitit & Lainum Caluum proauum egregii bellatoris roderi cidi ex quibus descendunt reges castelle. Dicitur uero Ordonius genuit: Alfonsum & Ramirum. Huius tēpore sedit Romę Iohannes .viii. in solio uero imperii iii. Ludouici Germanie filius ac nepos ex fratre Caroli Calui. Hic annuentibus sibi quibusdam Romanis imperium adeptus est. Hic Carolus corpore & animo deficiens ab optimatibus repudiatur & Arnulphum in imperatorem eligunt.

Capitulum .xv. de Froila .ii. qui fuit .xv. rex in Hispania post cladem & de gestis suo tempore

**F**ROILA .ii. frater Ordonii & filius Alfonti .iii. xv. rex fuit post cladem Hispanie. Sed .lii. post

*Reges castelle descendunt a Nuno rasura et Laino Caluo*

*m. ps.*

Athanaricum primum regem Gothorum . regnare autē incepit Anno domini . dccclxxxiiii . uno āno & duobus mensibus regnauit: genuit quatuor filios Alfonsum .iiii & Ramirū .ii. uterq; fuit rex. Item Ordonium & Froilam. Hic seuus fuit occidit enim multos nobiles: & tandem lepra percussus est: ut alter Sylla Romanus qui ob eius crudelitatem pediculari morbo percussus extitit: digne quidem a uilissimis animalibus uita pruatatur: qui nobilissimos homines morte affectit: nihil egit memoria dignum. Eo tempore sedit Romę Martinus .ii. in imperio Arnulphus filius Caroli magni nepotis ex fratre Caroli .iii. hic Arnulphus filius Caroli non tamen legitimus tandem imperator efficitur & pediculis moritur: nam irremediabiliter ut fertur ab eius corpore scaturiebant uermes qua afflictione obiit: huius tempore Franci imperium perdiderunt: quod apud eos fuerat circiter . cxx . annos .

Capitulum .xvi. de Alfonso quarto qui in Hispania .xvi. loco post cladem regnauit & de gestis suo tempore.

**A**LFONSVS .iiii. filius Froile xvi. rex fuit a Pelagio primo rege post cladē Hispanie & .liii. post Athanaricum primum regem Gothorum cepit autem regnare Anno domini . dccclxv . regnauit ānis quinq; mensibus .vii. Hic ex Ximena genuit Ordoniū uocatū malum: ipse uero Alfonso monachus effectus regnū Ramiro fratri dimisit: & tandem penituit. Nam apostatauit a religione & monasterio sancti Facundi tandem iuit legionē ubi in regē erexit. Sed a fratre Ramiro captus & excecatus fuit. Ramirus imitatus Ludouicū regē Francorum qui Carolum magnum filium suum pro eo

*ramiro*



q̄ apostatauit & plurimis sceleribus genus regū macu-  
labat: carceribus trusit atq̄ execauit. Alter enī Iulianus  
apostata effectus erat: Ordonius uero filius huius Al-  
fonsi apud Cordubā iterfectus est: hoc tēpore p̄fuit sedi  
apostolice Stephanus .v. & formosus & successiue Boni-  
facius .iii. in imperio uero Ludouicus .ii. filius Arnul-  
phi ī isto Ludouico cepit deficere progenies Caroli mag-  
ni & cessauit imperiū Francorū & huius Ludouici tēpore  
italici ceperunt imperare. Hic Ludouicus propter tyran-  
norū Italię insolentiam nō habuit benedictionē imperalē

**Cap. xvii. de Ramiro .ii. qui in Hispania .xvii.  
rex fuit post cladem & de gestis suo tempore**

**R**AMIRVS .ii. frater Alfonsi & filius Froile .  
xvii. rex fuit post cladem Hispanie . Sed .liiii. ab  
Athanarico: cepit autem regnare Anno domini .deccci  
regnauit ānis .xix. mensibus .ii. Hic genuit duos filios  
Ordonium & Santium qui ambo fuerunt reges. Hic  
bellis deditus contra Arabes uictorias obtinuit. Nam  
sociatus nobili Fernando Gundissalui Comite castelle:  
apud Osmam cōtra Arabes gloriosam obtinuit uictoriā  
huic Ramiro Abenaye rex cęsar auguste obedientiam &  
tributa dabat qui tandem fidutta regis Cordube: nedum  
rebellauit: sed castellam ingressus est: usq̄ ad Simancas  
ubi grauissimo bello cōmisso. Tandē .lxxx. milia Ara-  
bum ceciderunt & Abenaye proditor captus est. Vix  
tot milia hominum uno p̄elio cęsa reperimus non a ro-  
manis non a Carthginensibus: non deniq̄ ab Alexādro  
quare putandum est pieq̄ credendum angelo duce ut in  
castris Senacherib tantā cędem contigisse: clariores tamē  
uictorias ac cęsorū numerum latius infra tangemus  
cum de Alfonso .viii. agemus ferūt Hispanoꝝ annalia

*No. comitem fernandū gundissalui  
huius ramiri regis tēpore fuisse.*

*Sanctus de sue  
des. lxxx. y. p. 100*

q̄ cum Abenaye rex Maurorū p̄dictus cum magnis  
copiis castellam intrasset: nōnulli Barones Ramiro per-  
suadebant stipendiis admittendos esse quosdam Barba-  
ros dictos Alarabes inimicos Abenaye. Illicq̄ se uelle  
cristianos iuuare pollicebātur: si eis salaria militaria sol-  
uerētur: plures uero ex militibus Ramiri negabant Bar-  
baris stipendia danda fore: Ramirus uero ut alter Cato  
senior errare ultimos grauiter aseruit. Si enim Barbari  
inquit uicerint: non a nobis sed ab hostibus mercedem  
exigent illis soluendam q̄ si uicti fuerint: nec a quibus  
stipendium petatur: nec qui petent erunt futuri. Cęterū  
cum parta uictoria contra Abenaye regem Maurorum  
milites Ramiri de diuidendo spolia contenderent: quę  
pauca admodum erant: Ramirus singulis militibus:  
singulos nūmos argenteos solum distribuit: dicēs quod  
apud Quintum Curtium Alexandrū in pari casu dixisse  
fertur: longe melius fore pauperes domū redire: q̄ diui-  
tes extra eam mori. Sic & Catonem seniore dixe: ait  
Polibius. Nam cum librā argenti militibus suis distri-  
buisse: ait felicitus esse ut multi cum argento q̄ pauci cum  
auro a bello reuerterētur. Habet annalia Hispanie cōtra  
hunc regem Ramirum rebellasse duos nobiles de regno  
legionis uocatos Fernandum yuanens & Didacum Nu-  
nii. Adeo ut Ramirus nullo pacto posset eos a seditio-  
nibus retrahere: immo facti sunt uassalli Aceffe regis  
Sarracenorū: qui ab eisdem militibus instigatus congre-  
gato exercitu terras Ramiri hostiliter inuasit. Cui Ra-  
mirus adunatis gētibus suis animose occurrit & ut deo  
placuit Sarraceni uicti & cęsi sunt. Sed & capti illi duo  
nobiles contra quos uentilato iuridico processu fertur ca-  
pitalis sententia. Sed illico plurimi nobiles regni regi  
supplicarunt: ut eis ea uice indulgeret: supponentes ca-  
pita sua si amplius rebellarent: quibus rex Ramirus ut



erat natura clementissimus dono inquit uobis uitā illorū  
experiāq; an uincā beneficiis quos minis & terroribus  
flectere non ualui. Quare sua illis bona restituo ac certas  
illi uillas regio munere tribuo: ipsi itaq; milites cōspecta  
tanta ergo eos regis clementia: & beneficentia deinceps  
fidelissimi omniū fuerunt: imitatus est Ramirus illum  
principē quē Seneca in debeneficiis recolit: qui cum non  
posset quendam potentem militem sibi satis conciliari:  
uxorem consuluit: quē dixit ei: fac quod medici solent  
facere: qui ubi usitata remedia prodesse non possunt:  
temptant contraria: tu ergo si seueritate nihil profecisti:  
nunc tempta per uiam clementie. Ille igitur uxoris con-  
siliū sequens ei nedū indulxit sed munera dedit: fuitq;  
deinceps sibi fidissimus adeo ut illum heredem faceret:  
hic itaq; actus Ramiri clementia & beneficentia plenus  
plures uite Ramiri insidiantes sibi deuotissimos & fide-  
lissimos reddidit: ut uerum sit: quod idem Seneca ait:  
quia grauiter errat si quis extimat ibi tutum esse principē  
ubi nihil est tutum a principe: securitas enim securitate  
pensanda est. Rursus hic Rex Ramirus maiores uicto-  
rias obtinuisset: sed a fratre Alfonso impeditus est: quē  
quia excecavit penitentia ductus monasteriū sancti Iuli-  
ani construxit: ibiq; fratrem sepeliuit: salubri cōsilio ductus  
penitentiam egit: ne cominata sibi celitus penas lueret:  
ut a quodam sancto uiro dicitur habuisse: dicente salua-  
tore: si dixero impio morte morieris & egerit penitentia  
a peccato suo cōuertar ad eum & si penituerit: ego peni-  
tentiam agam super malo quod cogitauit. Hoc tempore  
sedit Romę papa Romanus & Theodorus & Iohannes  
ix. & Leo. v. & Cristoforus in imperto Berengadus &  
Cōradus Alamanus huius nominis primus: hic successit  
Ludouico tertio in Germania: Hic coram principibus  
regni instituit Regem Henricum filium Ottonis ducis

*nota uicā militem quem prin-  
ceps non potuit ad se trahere. tra-  
xitq; consilio uxoris*

*m ps.*

Saxonum quo effectum est ut cessaret progenies Caroli  
in regno Germanie.

Capitulum . xviii . de Ordonio tertio qui in His-  
pania . xviii . loco post cladem regnauit & de ge-  
stis suo tempore .

O RDONIVS . iiii . filius Ramiri . xviii . rex fuit a  
Pelagio primo Rege post cladē Hispanie & . lv . ab  
Atharico primo Rege Gothorum: cepit autem reg-  
nare Anno domini . dcccxx . regnauit annis quinq;. Hic prou-  
dens fuit: uerūptamen frater eius Santius quē Ramirus  
ex sorore Garzie Regis Nauarre susceperat: fauore & au-  
xilio eiusdem Garzie & Fernandu. Gundissalui Comitis  
Castellani attemptauit eundem Ordoniū fratrem a regno  
expellere. Sed Ordonius derelicta Vrraca uxore sua:  
quia pater eius Fernandus Gundissalui Comes fratri fa-  
uebat. Duxit aliam in uxorem in nullo Pompeium imi-  
tatus qui Iuliam uxorem licet Cęsaris hostis filiam non  
modo non repudiavit: sed eo tenatus dilexit: maiorēq;  
honori habuit: sed nec animum Iulie patris nec mariti  
odium mutauit: tam tenere itaq; maritum amauit: ut cū  
Pompei uestem cruore respersam de castris adductam  
uidisset: de salute mariti territa exanimis concidit: partū  
edidit: quem uentre conceperat: & cum magno dolore  
expirauit: Illa deniq; uiuente dissidia inter Cęsarē & ma-  
ritum quieuerunt. Morua uero tranquillitas orbis &  
urbis sua parta uirtute truculentissimo cruore perturbata  
est: Cęterū quia Galitia fauebat fratri: Santio Ordonius  
cōgregato exercitu Galeos perdomuit: usq; ad ulis bo-  
nam. Tandem facta est concordia inter Ordonium &  
Comitem Fernandum. Hoc tempore p̄fuit Romane

*etiam huius regis tempore  
comes . f . gunj vixit*



sed Sergius & Anastasius in imperio uero Berengarius de isto Berengario primo & de secundo ac de Hugone & Berengario .iii. nulla fit mentio in Cronica Vincentii

Capitulum .xix. de Ordonio quarto qui in Hispania .xix. loco regnavit post cladem.

**O**RDONIVS .iiii. cognomento malus filius Alfonso excecato .xix. rex fuit & .lvi. ab Athanarico primo Rege Gothorum . Hic tyrannice regnum usurpauit: ideo non attribuuntur ei anni regni nec cōcurrētia quia omnia supputantur sub Santio: hunc Ordonium cum nōnulli hortarentur: ut atam infesta tyrānide abstereret & cum Santio componeret. Ad quos Ordonius dixisse fertur: quia regnādi auiditas nō nisi gladio amittitur: imitatus est Ordonius immo secutus Adriani imperatoris sententiam: qui ut ait Volcatius Gallicanus dicebat: quia misera conditio regnātū de affectata tyrānide non aliter q̄ eis occisis credi potest: hic Ordonius duxit uxorem filiam Fernandi Gundissalui Comitis Castellę. Sed propter scelera eius eā sibi abstulit & fugatus a regno per Santium apud Cordubā occisus est recte quidem ab hoste infideli occiditur: qui infidelis & hostis auxiliū inuocat ut illud prophete experiat qui ait consumētur impii ab idolis quibus sacrificarunt: dignum enim uideatur ut abexteris cedatur qui suos cedere conatur: hoc tempore sedit in cathedra Petri Anastasius in imperium Berengarius secundus

Capitulum .xx. de Sāto primo qui primus rex fuit legionis & magne partis Hispanie & quomodo Castella fuit liberata a subiectione legionis

**S**ANCIVS huius nominis primus nominatus grossus filius Ramiri & frater Ordonii .xx. rex fuit a Pelagio primo Rege Hispanie: post cladem & .lvii. ab Athanarico primo Rege Gothorum: cepit autem regnare Anno domini .dcccxxvi. Hic regnavit annis xiii. fuit intolerabili pinguedine grauatus: quare pacem fecit cum Abderame Sarraceno Rege Cordube: qui copiam medicorum habebat: Cordubam igitur adueniēs & magnifice susceptus: conuocatis medicis Antidoto cuiusdam herbe a grauitate pinguedinis est liberatus: Intolerabilis pinguedo pro morbo habetur iuxta illud iuuenalis. Montani quoq; uenter adest abdomine tardus Hunc annalia tradunt: herba curatum: uertus dicerem maturus necatum. Nam in iudicium .li. dicebat unus ex Regibus Egypti nūquid possum deserere pinguedinē meam: dum uero Santius apud Cordubam moram traheret: magnates regni Asturarum & Fernandus Gundissalui Comes Castellę Ordonium malum in principem elegerunt: qui habuit uxorem Ximenam dicti Comitis Fernandi filiam. quo audito Santius fretus auxilio Arabum Regis Cordube uenit in Asturias & Ordonium malum fugauit & domitis rebellibus regnū recuperauit: Ordonius malus uictum se: exhibuit & in nullo restitit: quare Comes Fernandus et abstulit uxorem: Hic Santius deuotus fuit & construxit monasteria apud legionē qui Rex legionēsis existens: ex pacto facto cum Fernando Gūdisalui Comite & domino Castellę a iurisdictione Regum legionēsiū quibus hactenus obediebat Castellā perpetuo liberauit. Obiit Santius ut creditur ex ueneno adeo enim est infida Regū fortuna ut uel gladio crebrius aut ueneno eos mori sepe contingat: reliquit autem Ramirum filium suum qui postea Rex. <sup>fuit</sup> Eo tēpore sedebat Romę Anastasius .iii. & Iohannes .x. in imperio Hen-

*. eam hic comes .f. gūm/ erat . et ut opinor sub hoc rege vitam finuit*

*caus hic fuit comes .f. gūm/*



nicus primus . Hic primus dicitur inter Reges Theoto-  
nicos fuit filius Ottonis ducis Saxonie quo defuncto  
filius eius Otto primus in Regem coronatur : aliqui non  
computant in numero imperatorū quia nec benedictio-  
nem obtinuit : nec in Italia regnavit .

Capitulū . xxi . de Ramiro tertio qui . xxi . loco  
regnavit in legione & magna parte Hispanie post  
cladem & de gestis suo tempore .

**R**AMIRVS . iii . filius Santii . xxi . rex fuit a Pe-  
lagio primo Rege post cladem Hispanie & . lxi .  
ab Athanarico primo Rege Gothorum . Cēpit autem  
regnare Anno domini . dccccxxvii . regnavit annis .  
xxv . Hic quinq; annorum existens de consilio matris cū  
Arabibus pacem fecit : interim Normānorū multitudo  
cum Rege eorum Gundriedo : littoribus Galicie appli-  
cuerunt : urbes & loca vastantes & cum uellent discedere  
nobilis Comes Gūndissaluus Santii : uocato nomine do-  
mini & Iacobi apostoli mirabiliter sunt prostrati & in  
ore gladii cęsti nauigiis eorū succensis : Interim Arabes  
rupta pace cum Ramiro : patriam castelle & legionēsis  
insequuntur cędibus & incendiis cuncta vastantes : &  
uenientes gamoram funditus eam subuerterunt : Rami-  
rus uero duxit uxorem Vrracam : hic etate & actibus  
puer insolenter regebat : quare Galecii Veremundū filiū  
Regis Ordonii : in Regem apud Copostellam creauerūt  
contra quē Ramirus cum magno exercitu uadit : & p̄lio  
cōmisso uterq; inuictus a p̄lio discessit non sine graui  
utriusq; gentis cęde : plurima incommoda hic Rex  
sua imprudentia expertus est quia Comiti Gundissaluo  
parum credidit : scriptum est enim Rex sapiens stabili-  
mentum regni & qui spernit consilia perdet populū suum

& iterum apud Danielem consurget Rex imprudens &  
non prosperabitur . Obiit autem morte communi apud  
legionē absq; liberis . Tempore huius Ramiri Regis le-  
gionis erat dominus Castellę Garstas Fernādi filius no-  
bilissimi Comitis Fernādi Gundissalui . Cum igitur iussu  
eiusdem Garstie Comitis nobiles uiri septem infantes filii  
Gundissalui gustus de lara . terras Sarracenorum inua-  
derent : ex insidiis & proditione perfidi auunculi sui Ro-  
derici uasti traditi sunt ad manus Sarracenorum . Nam  
& si horribile atq; infaustum auspicium conspexissent in  
uia . Viderunt enim aquilā seipsam percutientē : multiq;  
eisdem suaderent ne ultra procederent . Illi tamen non  
acquiescentes illico obuiarunt auunculo proditori : qui  
sub pacis uelamine eosdem nobiles infantes deduxit ad  
insidias paratas : eius enim industria latebant : duo Sar-  
racenorum Reges uidelicet Aliquamte & Viara magnis  
copiis muniti cōmisso itaq; bello Tandem uicti pariter  
& occisi fuerunt infantes p̄dicti . Sepe enim prodigia  
& auspicia futura indicant . Sic enim ante mortem Iulii  
Cęsaris ut ait comestor fulgur cecidit iuxta statuam eius  
quę Iulia dicitur : & de nomine eius . C . litterā capitalē  
amputauit : mortē eius p̄signans . Rursus iuxta Mar-  
tianum . ii . de nugis philosophorum plerunq; deus cō-  
monet mortales uel syderis cursu uel fulminis iaculo : uel  
prodigiali nouitate sicut excidium Troie stella super do-  
mum falcem ducens : uiamq; significans in Ida se condi-  
dit : quo signabatur Troianos ad domum Anchise fugi-  
tuos hec tamen auspita siue prodigialia signa terrere  
sed nec mouere catholicos debent : similes enim actus  
auium & animalium secundum sanam doctrinam con-  
tingere possunt : excorporum supra celestium dispositione  
quo casu signa quedam sunt circa naturalia . Non nunq;  
uero accidunt diuina dispositione quę ita disponit : ut per

*septem infantes de lara*

*no pulchra exēplo*

*no*

*Sarrago*



aliqua animalia certa futura prenoſticiuntur, Veluti cor-  
uus qui paſcebat Heliam: ſed plerunq; talia contingunt  
diaboli illuſione: qui per tales actus animalium decipit  
quos proſpicit pronos ad talia credendum: ut tandem  
inducant ad demonum culturam uel ut ipſos fideles ter-  
reāt: quo facilius ab infidelibus uincantur: cū fidei iactu-  
ra: quemadmodum Hispanica annalia referant accidiffe  
tempore nobilis uiri Fernādi Gundiffalui Comitis Ca-  
ſtelle patris huius Garſie Comitis. Nam cum potentif-  
ſimus Rex Sarracenorum Almanſor adunatis copiis:  
terras Criſtianorum inuaderet: preſatus Comes Fernan-  
dus Gundiffalui ei uiriliter occurrit. Ea igitur demonū  
deceptione uiſus eſt ingens draco in aere uolitas igneſq;  
euomens atq; terribiles ulullatus emittens: cum uero  
Criſtianus exercitus non parum terreretur: Fernandus  
Comes eos confortans illa demonum eſſe preſtigia ad-  
terrendos decipiendosq; fideles ſuadens ut in deo ſpem  
ponerent: comiſſo igitur ſequenti die bello Sarraceni ui-  
cti fuere: Hoc tempore ſedebat Romę Stephanus . vii .  
& Iohannes . xi . & Leo . vii . & Stephanus . viii . In im-  
perio ſedit Berengaricus . iii . hoc tempore graue ſciſma  
fuit in Italia .

**C**apitulum . xxii . de Veremundo . ii . Rege legi-  
onis & magne partis Hispanie & de uictoriis &  
de geſtis ſuo tempore

**V**EREMVNDVS . ii . filius Ordonii . xxii . Rex  
fuit a Pelagio primo Rege poſt Hispanie cladem  
& . lix . ab Athanarico primo Rege Gothorū . Hic mor-  
tuo Santio patruo ſuo & Ramiro conſobrino . regnum  
legionē . ad eum deuolutum adeptus eſt: Anno domini  
dcccclxii . regnauit ānis . vii . hic binas ſucceſſiue uxores

duxit . Ex prima Alfonſum genuit poſtea Regem: hic  
contra Almanſor Regē Maurorum qui uſq; ad Com-  
poſtellam cuncta uaſtabat: uiriliter pugnauit aſſiſtente  
Garſia Fernandi Comite Caſtelle & eum primo deuicit:  
deinde Almanſor re-aſſumptis uiribus regnum legionis  
potenter ingreditur: adeo ut Rex Veremundus cogere-  
tur fugere in Aſturtas ſanctis reliquiis in Ouetum trans-  
portatis . Tandem Almanſor legionē obſedit: & ciuitas  
occupatur muris deſtructis . Deinde cuncta deuaſtans  
faſtu & ſuperbia elatus: in patriam rediit Oſmam &  
Berlangā obtinuit . Nec hijs Almanſor contentus . iterū  
in Galetiam ingreditur per partem Portugalie Compo-  
ſtellanam cepit eccleſiam eamq; dirupit: ſed locum ubi  
erat corpus Iacobi fulgure territus uiolare non ualuit .  
Sed ſtatim penam tanti ſacrilegii ſuſcepit . Nam incredi-  
bili diſſinteria percuffus uix euasit: reliqui morte ſubita  
perierunt: quorum ſpolia Veremundus colligi fecit . Tu-  
etur enim deus que ſua ſunt: tuentur & ſancti . Sic enim  
in libris Iudicum ſacra ſcriptura cōmemorat quia Barba-  
ros ſanctum templum domini contaminantes apprehē-  
dit tremor & horror ne facerent quod cogitarant: quin-  
immo Machabeorum principes illico poſt templi uiola-  
tionem ingenti uictoria potiti ſunt: dixeruntq; uadamus  
mundare templum domini quod & ſi Priſcorum gentiliū  
annalibus credimus ſacra offendentes hii multos dimi-  
ſere . Sic Dionifiſus tyrannus: quia templum proſerpine  
uiolauit ſimul & ſpoliauit: ac Eſculapio Barbam euulſe-  
rat a regno eius filius deſectus eſt . Sic & Varro quia pa-  
rum honorauit ſacra templa Canenſem cladem pati me-  
ruit: Itē Varro propter ſublatas regulas a tēplo Iunonis  
locrine inſanus factus eſt . Sic ruriſus & Quintus Flami-  
nius quia offendit ſacra Romanis ſuis memorabilē illā  
ſtragem apud Trāſimenum perpeſſus eſt . Deniq; Nero

Reliquie

nota

vide pulchra exempla de  
Inuenerēna circa tēpla  
& ſana .



ipse & Domitianus fidei nostre hostes penas luerunt sacrilegiorum intempla commissorum. Valens quoque perfidus quia sacra & religiosos insequeretur diuino miraculo in bello contra Gothos uiuus celesti igne consumptus est. legitur denique intripertita quae Pompeio obsidete Ierosolimam Aristobolus & Hircanus intra urbem plurimum diffidebant dum alter ingressum Pompei impedire alter ut intraret niteretur: quae discordia efficit ut libere Pompeus urbem caperet: captiuatis itaque Aristobolo & filiis: Hircanum dimisit pontificem & ducem ciuitatis. Interim tamen romani insolentes ex uictoria effecti: sacrum templum irreuerenter polluunt: equosque in porticu locant: & sacra multipliciter profanarunt. Qua de re fertur Pompeium ex illo tempore in felicem fuisse & semper uictum qui ante uictoriosissimus fuit. De hac uiolatione sacrorum tangemus infra sub Sancto maiore. Tandem igitur reformata pace inter Veremundum & Garisam Fernandi Comitum Castellae ambo personaliter Almanzor insequuntur: qui iam exercitum magnis copiis auxerat: & apud oppidum decanatanagor prope Soriam bellum est commissum: in quo plurimi Mauri ceciderunt: quo dolore prostratus Almanzor uitam finiuit apud Medinam celi. Rursus in eodem loco filius eiusdem Almanzor post dies paucos uictus & fugatus est: Veremundus igitur tantis uictoriis plenus rediit gloriosus: hic postea leges Gothorum confirmauit: uitis tamen non caruit facilis enim fuit ad credendum. Ex qua re seuitas exercuit: praesertim contra Episcopum Compostellanum in quem thaurum ferocem iniecit: qui mansuetus effectus ad Episcopum innocentem accedens cornua in manibus eius dimisit. Hic Rex etiam Episcopum ouetem in carcerauit & tamdiu pluuia cessauit & ingens siccitas terram oppressit: quousque Episcopus liberaretur. Eo itaque liberato pluuia habundanter de celo descendit quo miraculo Veremundus

Almanzor moritur apud  
Medinaceli alyx & heleni

atq;

compunctus ecclesiam sancti Iacobi & cetera pia loca per Almanzor dirupta restaurauit & penitentiam de consilio prelatorum egit. Cauere catholici principes debent sacrilegas manus in Episcopos domini mittere: qui ait nolite tangere Christos meos: & in prophetis meis nolite malignari: sed imitari debent Constantinum gloriosum qui teste Eusebio Caesariensi dicebat: absit ut nos deos iudicemus. Quid enim mirum si nostra pietas eos dignetur honorare: quibus deus in suo eloquio honorem tribuens. Illos deos aliquando angelos nominauit: & subdit dei ergo solius est eos iudicare: eo per prophetam dicente deus stetit in congregatione deorum: in medio autem discernit deus. Ea igitur de re princeps ille deuotissimus felicissimus fuit & uictoriosissimus longe aliter sacra annalia perhibent de his qui sacerdotes dei inhonorant. Sic Sedechias Rex cum yeremiam prophetam captiuasset pessima occubuit morte: Ozias item Rex quia contumelias intulit sacerdotibus: eiusque penas pollicens statim lepra in fronte respersus est: quis enim dubitat iniuriam ministris illatam deo inferri: cuius sunt ministri: qui ait qui uos tangit me tangit: & qui uos spernit me spernit. Tandem Veremundus obiit relicto Alfonso filio & Rege. Hoc tempore sedebat Romae Martinus .iii. & Agapitus .ii. & Iohannes .ii. Et in imperio Lotharius imperator huius nominis .ii. hic imperauit apud Italiam annis duobus.

Capitulum .xxiii. de Alfonso quinto qui .xxiii.  
Rex fuit in regno legionis & magne partis Hispanie & de uictoriis & de gestis suo tempore.

ALFONSVS .v. filius Veremundi .xxiii. loco post cladem regnauit Anno domini .dcccclxxix. regnauit annis .xxvii. hic genuit Veremundum regni sui



successorem & Santiam que nupsit Fernando filio regis  
Nauarre qui & Rex Castellę fuit. Sed & propter eam  
regnū legionis adeptus est: hic Alfonso prauo ductus  
consilio cum esset puer: Therasiā sororē suam cuidā Ab-  
dale Sarraceno Regi Toleti uxorē dedit: ut ei auxilium  
pręstaret cōtra Regē Cordube: ipsa autē sancta femina  
renuens suasit Abdale ne eam tangeret: alias Christus fi-  
lius dei eum percuteret. Rex autē impius talia deridēs:  
eam amplecti tēptauit. Sed illico ab angelo percussus est:  
quasi ad mortē quare uocatis familiaribus sanctā uirginē  
auro & argēto ac preciosis uestibus Onustā ad legionē  
remisit que in monasterio sancti Pelagii uitā celibē fecit.  
Quid enim mirū si Christus castitatis amator uirginitatis  
sectator uirgines suas tueatur. Cum teste Egisippo gen-  
tilis uirgines falsorū deorū patrociniō tute legātur. Clau-  
dia enim uirgo uestālis teste Valerio cum insuspitionem  
stupri uenisset & simulachrū deę matris inuado Tiberis  
ad probandā suā pudicitā peterēt: fertur cingulo duxisse  
nauiē quam multa hominū millia trahere nequiuērunt.  
Ex eo tamē Alfonso tēptato infelici Cōtubernio quo ma-  
gis ipse culpe reus arguitur eo magis filie pudicitia lus-  
tratur: Hęc enim uirgo imitata est Corneliā Scipionis  
filia cunctis seculis cōmēdatissimā: quia spreuit nuptias  
Ptolomei Regis Egiptiorū Barbare religionis ac secte.  
Pater uero parū imitatus est quosdā Imperatores Ro-  
manos qui quanq̄ omnia possent: tamē nequaq̄ cum po-  
tentissimis ex terrarū nationū nuptias fecere & si Cęsar  
Cleopatre regine Egipti se iūxerit: penas ut putatur eo  
scelere luit &: M. Antonius interfecto Cęsare non alieno  
supplio emēdatus cum eadē Cleopatra fędus nuptiarū  
iūxit: filiosq̄ suos Regibus iudeorū nuptui dedit. Ex  
quo flagitio sibi manus inferre coactus est: hic Alfonso  
apud Viseum in Portugalia: que tunc Arabum erat &

quam tenebat obsessam a sagitta cuiusdam Sarraceni  
letaliter est percussus: & uitā finiuit. Sed paulopost Fer-  
nandus primus Rex Castellę Gener eius iterū Viseū,  
ciuitatē obsedit: tandem eam cepit. Sed balistariū Sar-  
racenū qui Regē Alfonso percusserat diuersis mortis  
supplicis affectu atq̄ in uindictā necis Alfonso maximā  
Sarracenorū multitudinē cecidit. Eo tēpore Santius Co-  
mes Castellę apud Cordubam Arabes famoso prelio  
deuicit. Sedit eo tēpore Romę Benedictus .v. Leo .viii  
Iohannes .xiii. & Benedictus .vi. & Benedictus .vii.  
In imperio uero sedit Otto .ii. Hic Otto primus secūdu  
Sicardū primus imperator fuit Alemanorū usq̄ ad tēpus  
presens. Hic Otto apud Medebruth ecclesiā mirifice  
edificauit & in ea fuit tumulatus Otto uero secūdu Ro-  
mę moritur: sepultus apud sanctum Petrum.

**Capitulum .xxiiii. de Veremundo .iiii. qui in  
regno legionis .xxiiii. loco regnauit & quomo-  
do post istum Castella in regnum fuit erecta**

**V** EREMUNDVS .iiii. filius Alfōsi .xxiiii. loco  
post cladem Hispanie regnauit: & ab Athanarico  
primo Rege Gothorū .lxi. Rex fuit: cepit autē regnare  
Anno domini .M. vi. regnauit annis .x. Hic Vere-  
mundus Rex legionis desponsauit Santiam sororē suam  
infanti Garsie filio Santii Comitis & domini Castellę:  
qui Garsias apud legionē proditorie est interfectus: ut  
illud Lucani dici possit nulla fides regni: sociis omnisq̄  
potestas impacēs cōsortis erit. Deinde eadē Santia de-  
sponsata est Fernando filio Santii dicti maioris Regis  
Nauarre qui postea ut paulo ante diximus fuit primus  
titulatus Rex Castellę propter uxorē que erat filia Santii  
Comitis Castellę & cū inter hos Fernādū & Beremūdū

*Fernādus filius Santii Regis Legionis  
improper Santie filie Santii Comitis Castellę  
absq̄ alio hōr de eadē hōr. & p̄ uxore ipse  
fuit dñs. Intitulatus est primus rex Castellę  
alii at̄ dñm v. q̄ p̄ pro cap.*

*ergo non filia comitis castelle  
sed filia alfonsi regis legi-  
onis. & q̄ imp̄erat garsie  
filio santii comitis castelle  
unde iste fernandus non  
propter uxorem habuit  
regnum castelle sed propter  
matrem et vicam filiam  
comitis castelle q̄ imp̄rat  
santio regi nauarre patri  
hujus fernandi. et sic au-  
thor. aut author creat  
ut in seq̄. c. apparet*



Rex legionis occidit in bello  
regna legionis & castelle  
vni pma vni

dissensio orta fuisset : propter successionem regni bellum inter eos initum est apud Carrionē & Veremūdus regno pariter & uita priuatus : & trāslatū est regnū legionis ad dictū Fernandū propter Santīā uxore suā qui etiam fuit Rex Castelle & sic regna Castellę & legionis fuerūt unita in persona Regis Fernandi . Vt olim Romanoy & Albanoy . Item Persay & Babilonie : Igitur usq; ad istum Regē narrata est genealogia regū legionis nam Castella regebatur per Comites ut prędiximus nec hactenus fuit regio titulo illustrata . Sepe enim sic disponēte dei prouidētia regna aut erigūtur aut subprimūtur . Nam Augo . teste Regna deus distribuit ut ei placet cui nihil iniuste placet : quādo enī uoluit regnū dedit romanis sicut dedit Assiriis uel persis Castella igitur erecta est in regnū cuius sectio siue diuisio a regno legionis deo disponēte facta est quēadmodū Alexandrū Macedonē fecisse liber Machabeoy ostēdit : qui prouintias pueris suis diuisit & illi posuerūt sibi diademata sic & prouita Iuda quę sub regno israhel fuit : postea regio titulo fuit decorata : nec id ingratū fuit deo quod ex eo liquido patet : quoniā Ieroboan primus regnauit in Iuda . Cūq; uellet eam prouitā tanq; per tyrannidē diuisam persequi & regno israhel ut hactenus fuerat subicere : prohibitus est populus iussu dei ne pugnaret contra fratres suos : Vnde subdit Augo . manifeste cōprobari iussu aut uolūtate dei aut uindicātis aut sic occultis nobis causis disponētis : quasdā regiones sic diuidi : ut duo regna efficiātur : non nunq; regius titulus supprimatur ut dietim conspicimus in Lombardia & Burgūdia quę antiquo tēpore titulo Regio gaudebāt . Sic & in Hispania | Valentia | Cesaragusta . Item Hispalis Corduba Toletū quę oīa regiis titulis olim lustrabātur Rursus non est obmittendū quia ab Athanarico primo Rege Gothorum in Hispania usq; ad Rodericum cuius

tēpore Hispania destructa & a Mauris occupata est . Hispania ipsa gubernata fuit sub titulo regio Gothorū : Postea uero Pelagus qui Hispaniā restaurare & recuperare cepit . Licet de genere descenderet Gothorū ut diximus . Tamen ipse & posteri sui non fuerunt intitulati Reges Gothoy . Sed sumpserūt titulos legionis & Asturiay : deinde Castellę prout eas a Sarracenis recuperarūt : Huius regis tēporibus sedit in cathedra Petri Benedictus . vii . & Iohannes . xiiii . & Gregorius . v . & Iohannes . xv In imperio uero sedit Otto . iii . filius Ottonis . ii . Hic coronatus fuit Rome a Gregorio . v . & ut fertur in Italia fuit ueneno extinctus & hi tres Ottones per successionem generis regnarūt . Post eos uero ecclesia romana instituit ut per officiales imperii eligatur Imperator . Vnde uersus Maguntinē . Treuerē . Coloniē quilibet imperii Cancellarius hoy palatinus dapifer dux portitor ensis Marchio Prępositus Camere Pincerna Bohemus hi statuunt dominum cunctis per secula summum

Cap . xxv . de Sancto dicto maiore qui . xv . loco regnauit post cladē & quomō fuit primus castelle propter uxore

S ANTIVS dictus maior Rex Nauarre filius Garzie tremulēti regis Nauarre . xxv . rex fuit a Pelagio primo Rege Hispanie post cladē & . lxii . ab Athanarico primo Rege Gothoy : huic non cōputantur anni regni quia paruo tēpore pręfuit tanq; Rex Castellę : hūc propter uxore Eluirā filiam Comitis Castellę . aliqui primum Regem Castellę intitularūt . ut supra dictū est . Alii uero Fernandū filiū eius propter matrē in Castella & legione primum Regem effectualiter dixerūt . ut cūq; sit Sanctus dici potuit propter uxore primus rex Castelle quia ut iura uolunt . Vir corruscat honore & dignitate uxoris . Sed

Rex castelle ppter uxore

Secundū istud dominū dicitur  
cat honore & dignitate uxoris  
Iuxta salua pace sua grūz est  
p vulgata iura In . l . nunte C . de  
mpa . Inc . Isquid sepul . In d .



Fernandus filius eius ex successione efficitur fuit rex legi-  
onis & Castellę : hic Santus ex dicta Eluira genuit Gar-  
siã & ex cõcubina Ramirũ bastardũ de quibus inferius  
dicetur : Sãtus itaq; instigatus ab uxore Eluira prædicta  
sorore infantis Garsie . qui fuit dominus Castellę . iustis-  
sime condẽpnauit Comites Enecũ & Didacũ ac Roderi-  
cũ uela filios Comitis uela . quia proditorie interfecerunt  
præfatum infantẽ Garsia dominũ Castellę . Nã post longã  
obsidionẽ in castro de monçon . Tandem eos cepit &  
sentẽtialiter cõburi iussit . Ceterũ hic Santus maior bellũ  
graue gessit cõtra Beremũdũ regẽ legionẽ . & plurima  
castra & loca ab eo euicit : hic cum esset magnus uenator  
Aprũ sequutus est usq; in ecclesiam sancti Antonini . quę  
tunc in quadam silua nemorosa sita erat . Nec eo tempore  
aliqua populatio nec ecclesia cathedralis ibi erat . Cũ uero  
aper ad altare sancti martiris confugisset . Sãncus rex  
conatus est illũ uenabulo percutere sed propter irreuerẽ-  
tiã sacri templi & reliquiaꝝ beati martiris diuino flagello  
percussus illico obriguit brachiũ eius . nec potuit bestia  
percutere : Rediẽs igitur ad se & prostratus apud altare  
Tandẽ præcibus beati martiris . uires brachii fuere sibi  
restitute . ipseq; ecclesiã mirifice edificauit : & opulenter  
dotauit atq; in cathedralẽ erigi optinuit & ciuitatẽ Palen-  
tinã edificare & populare incepit . Hic Sãtus irreuerẽter  
se habuit uolẽs bestia apud sacrum altare interficere imita-  
tus seuum illũ Sillã romanũ qui Mutiũ Sceuolã ad tẽ-  
plũ ueste quo nihil Santus Romę habebatur obfugiẽtẽ  
arãq; ipsã amplexantẽ irreuerẽter gladio perfudit : ut  
ait Augustinus quod Sacrilegũ inultũ dii non permis-  
erunt : summã certe reuerẽtiã antiqui sacris tẽplis præsta-  
bãt . Nec uiolẽtã aut sanguineã effusionẽ in eisde tẽplis  
patiebãtur : Nam scriptura sacra quandã securitatẽ cunctis  
animantibus polliceri uidetur . dicens ingredietur bestia

tres comites castelle rãdẽ  
nati et cõburi . qz pãtrẽ  
miserat dñs Castelle

de inuentione templo.

quoniam palentia  
reuerentia

Santus Rex populauit eccas  
& ciuitatẽ palentiaz

latibulum suum & in antro tute morabitur : Adde quia  
fugiẽtes præ lassitudine bestias persequi . non est actus  
fortitudinis . Simile narrat Herodotus decambisse qui  
in Egipto contẽpnẽs tẽplũ in eo uulnerauit Apim bouẽ  
quo scelere equo descendẽs pugione seipsum trãsfodit :  
Rursus Meleager quia interemit aprũ Calidoneũ . sacrum  
Diane mortis causam sibi præbuit : Cresus quoq; cum  
aper sacer se ei i uenatione offerret . casu quodã siue quia  
rem sacra rex ipse polluisset . filiũ suũ Atum occidit . dum  
hastã iacularetur in aprũ : Vide quę de irreuerẽtia tẽplorũ  
& sacrorũ . Diximus supra sub Veremũdo . ii . Huius  
regis Santii tẽporibus sedebat in cathedra Petri Iohannes  
xvi . & Benedictus . viii . qui fuit a papatu electus & fuit  
teterriũ scisma in ecclesia . de quo alibi dicemus . In im-  
perio uero sedit Henricus . ii . hic secũdum Richardum  
filius fuit Conradi

Cap . xxvi . de Fernãdo primo qui . xxvi . loco post  
cladẽ regnauit & quomõ regna castellę & legionis  
fuerunt unita

**F**ERNANDVS huius nominis primus filius  
Santii maioris prædicti . xxvi . rex fuit a Pelagio  
primo rege Hispanie post cladẽ & . lxiii . ab Athanaricõ  
primo rege Gothorũ : Cępit autẽ regnare Anno domini  
M . xvii . regnauit añis . xl . Hic ut diximus duxit uxo-  
rem Santia filia Alfõsi regis legionis sorore Beremũdi .  
quo sine filiis decedẽte Fernãdus prædictus propter uxo-  
rem Santiam regnũ legionis optinuit . quo euenit ut iste  
Fernãdus uirtualiter & ex successione . primus rex intu-  
laretur in castella & legione : hic genuit ex Sãtia uxore  
Santũ Alfõsum | Garsia | & Eluira & ex cõcubina Fernã-  
dũ qui fuit sancte romane ecclesie cardinalis : hic Fernã-  
dus optimus princeps fuit & ualde bellicosus Colimbrã  
in Portugalia ab Arabibus occupatam sancto Iacobo

Rex fernãdus obtinuit  
regnũ legionis p̃ uxore  
& castella p̃pter matrem

sero. Caru



*sanctus Iacobus apparuit  
sup colimbria*

uisibiliter apparere optinuit & maiorem Portugalie partem sue dictioni subiecit: Nam ut ait Lucas Tudèn. dū hic Fernādus eandē ciuitatē Colimbrie a Mauris detētā obsideret. accidit quendā Episcopū grecū nomine hostianū limina sancti Iacobi uisitasse. & cum multis referētibz audiret gloriosum apostolum Iacobū ut militē sepe uisum fuisse auxiliā Cristianis ferentē deridens nolite inquit. apostolū uocare militē sed pastore aut piscatore dum igitur ea nocte dormiret. apparuit ei sanctus Iacobus. dicens noli hostiane dicere me non fore militem. contra Cristi persecutores. quod ut pro explorato habeas: ecce iam equito laturus auxiliā regi Fernādo. qui per septem annos obsedit Colimbriā. & ut sis certior cōspice clauēs quibus cras hora tertia apertā portas ciuitatis Cristianis qua reuelatione perterritus. facto mane canonicis ecclesie cōpostellane reuelauit. & compertum est ita euenisse. Sepe enim diuino nutu in somniis reuelantur futura. quemadmodū ait Polibius. quia ea nocte qua mortuus fuit Achilla rex Vgnorum. Imperator Martianus tunc apud Cōstantinopolim residēs. uidit in somniis Archū Achille fratrū. ex quo sequēti die affirmauit mortuū fore Achillā. In domo huius Fernādi nutritus est inclitus uir Rodericus Cidus. qui postea Valentīā a Mauris optinuit. Sic & Philippus princeps Macedonū nutritus est apud Epaminundā Thebanū. De quo pauca ex multis insequēti capitulo dicemus. Cum autē Garfias rex Nuarre frater Fernādi torqueretur de fratris sublimitate. & apud Anaiarū egrotaret. Fernādus rex eum uisitauit: Sed Garfias eum decreuerat retinere: cuius maliuolam mentē Fernādus agnouit & incolumis ad propria remeauit. quē infirmantē. rex Garfias frater eius similimodo personaliter uisitauit: Fernādus uero uices ei gerēs captū custodiri fecit. Vt de eo illud sapiētis uerum sit: quia qui

*Rodericus Cidus*

fraudem cogitat incidet in eam & iterū laqueū aperuit & cadet in ipsum: Sic Andronicus in eodē loco occubuit. Vbi alios fecerat trucidari. ut apud Machabeos legitur. sed & Amon eodē patibulo quod alteri parauerat est suspensus: Postea uero Garfias a carceribus euadēs uindictā procurauit & cōgregato exercitu castellā ingreditur. cui occurrit Fernādus cum copiis suis & inito p̄lio. Cum Garfias insolens esset & suoz animos non haberet in eo bello uictus & cesus est. ne hostes quantūcūq; debiles cōtēnamus: Nec aliter Remus egit. cogitauit enim fratre regno pellere: quod ille p̄sentēs Remū non modo regno priuauit sed uita. Fernādus uero fratre occiso & fugato motus pietate suis iussit ne fugiētes lederent. corpusq; Garfie honorifice ad monasteriū de Anaioro quod ipse cōstruxerat deportari fecit: Sepe enim prosperitas hominis causas inuidēdi reprobis occasionaliter tribuit. Sibiq; tandē in pernitē uertitur. Sic ysaac cū esset locupletatus pacebatur inuidias simul & insidias a Palestinis. Sic & fratres Ioseph inuidebāt ei q̄ prospera ei succederēt: Non enim propinquis inuidia parcat. Nam & maria atq; Aaron Moyse fratri suo inuidebāt q̄ dux adeo cōstitutus esset: regno p̄sertim inuidia innata est: cuius dignitati multi inuidēt. plures etiam cōcupiscūt: quo fit ut plerūq; fratres regnātes. non libēter fuerint ante oculos fratrū suoz: hic igitur Garfias iuste penas inuidie luit: & iniquitas quā fratri inferre cogitauit: in se reuerfa est ut puniatur in quo delinquit. Sic Saul cogitauit capere Dauid & ipse in manus eius icidit. Sic & Amasan cogitauit occidere Ioab qui eadem fraude eum percussit. nam quasi osculari eū uellet gladio effudit intestina illius: hic igitur Fernādus fratre mortuo. regnū fratris obtinuit & factus est Monarcha Hispanie ulterioris scilicet Castellę & legionis rursus Galerie in qua Portugalia &

*rex garfias uicis quo  
exosus suis.*

*Amasan non legitur uicisti  
occidere Ioab*



Rex fernandus duxit in  
filios Regna hispanie

Asturiarum terra autem Nauarre inter yberum & Pyreneos montes mansit Sancio regis Garzie filio qui postea occisus est. Aragonia uero cum Ripagorça Ramiro fuit assignata. Hic Fernandus contra Sarracenos qui partem Lusitanie occupabant. personaliter accedit & multas ciuitates ac oppida fidei lucro dedit. tandem Fernandus ipse ne filii super regnis post mortem contenderet. dum uiueret regna diuisit. Nam primogenito Sancio castellam contulit. Alfonso legionem Asturias & transmeram. filiabus uero hurrace & Eluyre contulit gamoram & Taurum Alfonso fratre id petente. Garzie uero totam Galetiam assignauit cum ea parte que dicitur Portugalia. Hic multas ecclesias & pia loca construxit & dotauit. huic Arabes celtiberie & carpethanie tributa soluebant. & instante die mortis sue. que sibi reuelauit beatus ysidorus. feliciter obiit. Vir certe fuit cuius regum externorum comparandus. non solum fortuna ei alludere. Sed magnitudine animi. pietate religione: ac Sobolis felicitate: Sepultus est in ecclesia sancti ysidori apud legionem quam ipse construxerat.

Cap. xxvii. de strenuitate & nobilitate Roderici Cidi dicti campiatoris & de preclaris gestis suis & quomodo recuperauit Valentiam

**C**ETERVM quia ut diximus tempore huius Fernandi floruit eternis uictoriis Rodericus Debiuar cognomēto Cidus Campiator exigunt eius ingētia merita ut pauca ex multis in mediū afferamus de eius strenuitate ac innumeris uirtutibus: Rursus de excellentissimis eius uictoriis que totum pene orbem repleverunt: Duxit itaque originem Rodericus Cidus ex illustribus & antiquis Comitibus castelle signanter a clarissimo uiro Layno Caluo. qui una cum Nūno rasura. longo tempore per se suosque successores iudicauit castellam. nam predictus Laynus genuit Fernandum Layni. a quo genitus est Laynus Fernandi

de Roderico Cido

Genealogia R<sup>o</sup> de Buiar.

Lainus Calus. 1.

Fernandus Laynus 2.

Lainus f<sup>o</sup> 3.

qui genuit Nuniū Layni. a quo genitus Laynus Nunii. a quo genitus est Didacus Layni. qui ex uxore sua Teresa Nunii: que neptis erat ex concubina Regis legionis genuit. illustrem bellatorem Rodericum predictum qui fuit pater Eluire regine Nauarre. ex qua natus est Garzas Rex Nauarre. Pater domine Blanche que fuit regina Castellę uxor Sancti regis dicti desiderati. Ex quo matrimonio genitus est Rex Alfonso. viii. ex qua breui genealogia aperte conspicitur excellentissima Roderici Cidi generis claritudo. Verum magnifica ac inclita eius gesta tam excellentia & sempiterna sunt. ut ea magnus non caperet liber: Succincte tamen quedam pauca summatim tangemus: fuit Rodericus creatus miles per predictum Fernandum Regem legionis ea presertim die qua Colimbram a Mauris recuperauit. Prefatus igitur Rex cum cognosceret. strenuitatem prudentiam & uirtutes Roderici. sciens quod scriptum est per sapientem quia legatus fidelis sanitas & ipse est protectio fortis. & iterum sicut frigus niuis in die messis. Sic homo fidelis ei qui misit eum. decreuit committere Roderico gubernationem Burgens. ciuitatis & Castellę: Cum igitur quinque Reges Sarracenorum terras Cristianorum et commissas hostiliter. ac ualida manu ingressi foret. Rodericus multitudine Maurorum non perterritus cum quadam animi latitudine & strenuitate eos insequitur in domino confusus. qui ut ait Iob prout ei placet dat fidelibus suis uictoriam. tandem eosdem reges Mauroy & eorum copias gloriose deuicit: atque plurimos captiuauit: Deinde superauit simul & interfecit. fortissimum militem Martinum Gomecii qui Calaguram nomine Regis Ragonum occupabat. & ciuitatem ipsam regi Fernando subiecit: preterea hiis uictoriis non contentus: cecidit maximum exercitum Arabum prope oppidum sancti Stephani de Gormas. qui magna spolia de terris Cristianorum deportabant:

Hunius Laini 4

Lainus nunii 5

Didacus Laini 6

Rodericus Cido 7

fuit armatus miles f<sup>o</sup>  
Cido



Demum uero cum Rex Alfonso .vi. eundē Rodericū ad Regem Sibilie uassallū mitteret . ut solitum tributum reciperet . euenit ut Roderico morā apud Sibiliā trahēte Rex Granate plurimis nobilibus Cristianis sociatus qui erant ab Hispania exules . durissimū bellū contra regem Sibilie prædictū ageret . Rodericus itaq; ad defensionem Regis Sibilie uassalli regis Alfonsi uiriliter accessit . tādē regē Granate & prædictos nobiles prostrauit & plurimos captiuaui : Rursus maxima ui & arte castrū fortissimum de Alcozer a Mauris cepit & parum post duos Reges Sarracenoꝝ eundē Rodericū in dicto castro obsidentes mirifice deuicit . & ingentia spolia reportauit : post prædicta . bellū campestre tribus uicibus gessit cum Raymundo Comite Barchinone . & rege Denie & tocies eū deuicit : & postremo captiuaui : quē tandē liberaliter relaxauit . Deniq; Petrum regē Aragonū in campo collatis utruq; signis strenuissime deuicit atq; cepit quem cum multis nobilibus domus sue magnifice liberauit : Post has præclaras uictorias & plurima alia quas enarrare operosum foret . cepit sibiq; subiugauit inclitā ciuitatem Valētie . contra quē Rex de Marruecos dictus Vnes . potentissimā ex Africa classē parauit . & tandē obsedit Valentīā quinquagīta millibus equitū & centū millibus peditū : Rodericus uero Cidus non expectata longa obsidione ei animose occurrit . cōmissioq; durissimo bello . Demum ut deo placuit uicti sunt Arabes magna eorū parte cesa & captiuaui Rex uero Vnes percussus sese & quos adunare potuit ad classē recipiētes . patriā infelicitate petierunt : Ipse uero Rex ex uulneribus post paucos dies uitā mestus finiuit : Iniungens Buchar potentissimo fratri suo . ut tante iniurie non inmemor q̄tocius eam uindicaret : Buchar igitur adunata sua potentia Valentiam petit : tante itaq; erant Arabum copie . ut teste

Giliberto qui Africanam historiam contexuit . in castris Regis Buchar magna tentoria quinq; millia reperiēbantur præter Pampiliones innumeros : Cum igitur exercitus Roderici innumeram Maurorum multitudinē expauescerēt : Rodericus ad suos ait finite timere . armorū enim uarietas non militum strenuitas est . quam conspiciatis : adducens illud Titi Quintii consulis Romani qui cum uideret milites suos : ex aduentu exercitus Regis Antiochi in Poloponesum . non parum pauidos ad eos ualde probe & facete ait . Cum Calcede apud hospitem cenarem . mirarerq; multitudinē carniū hospes ad me inquit . eas omnes porcinas esse . sed condimentis atq; apparatibus differre . proinde ait . nec uos admiremini Antiochi copias . nam sagittarii astati . equites . ac pedites . Siri sunt . quos sepe uicisti : nunc tamen solis armis sunt diferentes : Qua spe confortati hostē uicerunt : Hiis igitur dictis contra hostes Rodericus Cidus uiriliter occurrit . ubi accerrime pugnatum est . nec sine ancipiti fortunę uarietate . Nam Sarraceni de multitudine confidētes ac priorē cladē mestissimis animis recolētes in Christianos primos impetus plusq; uiriles dederunt . sed diuino auxilio nostris opem ferente . in progressu prælii imbecilles animos & minusq; femineos habuisse rerū euentus demonstrauit . Nam in eodem bello . Sarraceni uicti & prostrati sunt . habent enim illius temporis annalia ultra xxx . millia in bello occubuisse . præter captiuos & eos qui in mari submersi sunt . Ipseq; Buchar illorū Rex uictus & fugatus infelix euasit : quem cum sui inproperarent q̄ non a Rege : sed apruato homine esset uictus finite inquit talia loqui . non dignitas sed strenuitas uictoriam cōparat . & addit quid enim mirum . si unum Regem uicerit qui plures eadem die . superare solet : nec mihi inquit pudori est . ab eo uincti qui meliorem me fratrem deuicit



nam si uinci oportet . preeligerem abhercule uinci q̄ cum  
 Sardanapalo uincere : Imitatus ē in hiis uerbis Buchar  
 Darium . qui ut ait Quintus Curtius gratum sibi esse  
 aseruit . si Alexandrum uincere non posset . nec sibi de  
 decori putauit q̄ a tali clarissimo duce uinceretur : Rode-  
 ricus igitur deuictis hostibus ex eo bello ditissima spolia  
 assecutus est . de quibus magna oblationes ecclesiis & piis  
 locis deuotissime obtulit . Nec in uita hic gloriosus Dux  
 Arabes deuicit . Sed mortuus ut eius habent annalia :  
 Ex huius Roderici nobili stirpe . procedit nobilis domus  
 de Mendoça ut historie ferunt . hic certe Rodericus  
 Cidus nunq̄ reperitur superatus . sed semper uictor eua-  
 sit : non impar Iulio Cæsari qui ut aiūt signis collatis quin-  
 quages dimicauit & Marco Marcello qui . xxxix . ui-  
 cibus fuit preliatus & totiens uictoria potitus : quibus  
 hic Rodericus inbellado par fuit . In uictoria tanto glo-  
 riosior . quāto illi non pro religione sed pro Caduco . im-  
 perio dimicarunt . hic uero non pro terreno incremento  
 sed fide catholice augmento confluit : Fuit Rodericus  
 tante bonitatis ut quos armis subegit . clementia magis  
 uicerit : Sed ut paucis agamus . quāte excellētie & uirtutis  
 predictus Rodericus Cidus fuit . Inter cetera ex honore  
 ei a Rege Alfonso . vi . filio huius Fernandi prestito . fa-  
 cile cognoscitur : Rodericus enim ex Valentia discedens  
 noningentis electis militibus sociatus . ad curiam Al-  
 fonsi Regis apud Toletum accessit . iustitiam petturus  
 contra infantes Carrionis propter iniurias factas uxori-  
 bus suis filiabus eiusdem Roderici : Alfonso igitur cog-  
 nito aduentu Cidi . obuiam exiit ei honorifice : cui ut  
 ubertorem exhiberet honorē . leuus semper cum eo per  
 totam uiam & urbem incessit eumq̄ usq̄ ad eius hospi-  
 tium sociauit . cunq̄ sequenti die Rodericus Regem in  
 suo palatio uisitasset . quereretur a Rege quoniam in loco

*no q̄ nobilis domus de Men-  
 doça patet a nobili stirpe  
 Cidi*  
*nota*  
Mendoça

se & suos sedere uolebat . ad quem Rex non tam urbane  
 q̄ prudenter . tam ingentia inquit sunt merita uestra ut in  
 nullo alio loco nisi mecum uobis sedere cōueniat . Nam  
 merito sedere debet apud Reges qui solet uincere Reges  
 decernimus igitur sedem uestram contiguam imposterū  
 sedi regie in mediatamq̄ esse debere : lōge certe arbitrato  
 nostro rex Alfōsus moderator prudētiorq̄ fuit q̄ Actius  
 poeta . quem maximus Valerius cōmendare nititur . qui  
 Iulio Cæsari amplissimo ac florentissimo imperatori in  
 collegium poetarum uenienti . non assurrexit . quasi in  
 comparatione studiorum . aliquanto inferior esset Cæsaris  
 maiestas : sed nisi fallor istius humanitas & illius petulā-  
 tia facile ex eo conspicitur : dum iste regia dignitate insig-  
 nitus priuatā uirtutē honorauit . ac ille infime conditionis  
 uir . tante maiestati impudēter non assurrexit : Huius Fer-  
 nandi temporibus sedit in cathedra Petri Romę Iohan-  
 nes . xviii . & Benedictus . viii . fuit maximum scisma in  
 ecclesia dei de quo alibi dicemus . In imperio uero sede-  
 bat Henricus secundus

Capitulum . xxviii . de Sancto . ii . & de preclaris  
 gestis suis & de ceteris occurrentibus suo tempo-  
 re & de eius genealogia

**S** ANTIVS . ii . primogenitus Fernandi . xxviii .  
 Rex fuit a Pelagio primo Rege Hispanie post cla-  
 dem & . lxxiii . ab Athanarico primo Rege Gothorum  
 Cepit autem regnare Anno domini . M . lvii . regnauit  
 annis sex : hic cum Alfonso fratre suo coucertans . reg-  
 nū legionis a patre diuisum ui accepit . Ipse uero Alfonso  
 metu fratris Santii ad Regem Tolleti Maurum . dictū  
 Habalmone se transtulit . qui solenniter est receptus : Eo  
 autem apud Tolletum manente Garsias alter frater se



transiit ad Agarenos regni Cordube . quorum presi-  
dio incepit Portugalam Regi Fernando subiectam in-  
festare . cui occurrit Santius apud Sanctum Anderum  
bello itaq; comisso Santius uincitur & captiuatur simul  
& Nunius de Lara & Garstas de Cabra . plurimis ex  
suis cesis . Garstas tamen uolens uictoria prosequi San-  
tium quattuor suis militibus comisit custodiendum . Interi  
uero nobilis Aluarus Fanes Minaya . qui erat de fide-  
lioribus Santii . recollectis gentibus quas adunare potuit  
circuibat : ut leo rugiens querens dominum suum : que  
ut uidit ait . ad milites custodes Santii . dimittite Regem  
uestrum o proditores : tam animose igitur atq; strenue  
cum illis conseruit . ut eos uicerit illorumq; equos Santio  
& ceteris captis assignauit . qui omnes reassumptis uir-  
bus . ceteros Santii milites dispersos congregant . Interi  
uero nobilis Rodericus Cidus cum tricenis electis mi-  
litibus applicuit . opem laturus Santio : Iterum ergo con-  
fligitur . & post multa Garstas uictus est pariter & cap-  
tuatus . fuit deniq; interfectus infans Santius Nutricius  
& director Garstie & plurimi alii : Garstas utiq; scuit ui-  
cere . sed nesciuit uictoria uti : Nec enim parum esse de-  
buit uincere . a quo uiribus uinci debuit : sed uerum est  
quia ut ait Valerius . sepe uictor ab ipsa uictoria uinci-  
tur . Idq; accidit cum uictor inmoderate ipsam uictoria  
ad insolentiam uertit . ut enim idem Valerius subdit .  
Decet uictorem uictoriam temperare . & insolentes ani-  
mositatis impetus . cum pietate & ratione ab animo co-  
hibere : quia ut aiunt ipsa optatissima uictoria . modera-  
tione temperari desiderat : fatemur uincere egregium  
est sed superuincere inuidiosum : Hinc alius ex sapien-  
tibus ait . quia uictoria assequi gloriosum est : sed uicto-  
riam insequi periculosum : libuerat enim Regi Garstie .  
reliquias ipsas uictorie non prosequi . aut humanitatis

intuitu . aut quo testes superessent uictorie sue : sed iuste  
ab ipsis belli fragmentis fractus & superatus est : qui ui-  
cto quippe & captiuato principali hoste : ymo fratre .  
contentus non est . nec enim modo hostem sed & fratrem  
persequeretur : quare hostilem decuit animum deponere  
ac aduersam calamitatem . fraternis lacrimis deplorare :  
non penitus exterminare : memor illius prudentissimi  
ducis Abner . quem libri Regum comemorant . qui ait  
ad Ioab . nunquid usq; ad internitionem tuus mucro  
desuiet ? An ignoras q; periculosa sit desperatio ? & sub-  
dit usq; quo non dimittis prosequi fratrem tuum ? sed iam  
ad Santium reuertamur . qui potius ultima uictoria :  
Garstiam captiuum apud Lunam castrum in Asturiis  
uinculis trudit : Hic Santius terras sororis uoluit occu-  
pare . & cum Hurracam sororem conclusam apud Ga-  
moran teneret a quodam uellido proditore proditore .  
est interfectus . proditorem autem ipsum Rodericus Ci-  
dus insequens interfecit : Proditor inquam putabat se  
rem gratam fecisse Hurrace . sorori illius : tamen acerbis-  
sime tulit . & uindictam operam dedit imitata magnum  
Alexandrum qui teste . Q. Curtio familiare proditorem  
atq; interfectorem Darii in uindictam proditoris fratri  
Darii concessit trucidandum : dicens falli eos qui ab eo  
proditoris premium expectarent . Imo uiolate fidei ne-  
minem actiorem fore uindictam q; seipsum : Santius itaq;  
sic in regna & fratrum dominia ambiens uita caruit atq;  
regnis : parum imitatus Scipionem Africanum qui adeo  
Lello caritate fraterna coniunctus erat : ut supplex roga-  
ret Senatum ne prouintie fors : que a fratre suo eripienda  
erat ad eum transiret dicens dignitates fratribus se optare  
non eripere : Santio itaq; sine liberis decedente magna-  
tes regnorum Alonsum qui a facie fratris ad Regem  
Sarracenorum apud Tolletum confugerat per nuntium

Minaya

periculosadeperatio

uellido proditor



secretissimum reuocarunt. Tandem Alfonsus prestito iuramento q̄ Regi Tolleti & filio suo amicus esset liber permissus est ad regna accedere qui obtento regno quod perdiderat atq̄ etiam regnū fratris ac imperii diadema accepit. ut infra dicemus: Huius Santii tempore sedit Romę. Victor. ii. qui imperiali fauore factus est Papa & Stephanus. ix. & Benedictus. x. & Nicolaus. ii. & Alexander. ii. In imperio uero sedebat Henricus. iiii. hic fuit filius Henrici. iii. imperatoris: hic suscepto imperio secundum Sicardum patrem suum cepit ac in uinculis mori fecit. Quare iusto dei iudicio punitus est quia patrem debonestauit: nusq̄ aut raro legitur tale facinus nisi de Ioue qui saturnū patrem captiuauit & regno spoliavit si fabulis credimus. Mitridates etiam regnandi gratia contra patrem dimicauit. & Sarsaster cōtra Tigranem patrem Armenie Regem pugnavit. Decessit enim sine filio successit ei Lotharius Dux Saxonie

**Capitulum. xxix. de Alfonso sexto qui. xviii. loco post cladem Hispanie regnavit & quomodo ab eo Reges Portugalie ortum & initium habuerunt & de uxoribus & prole Alfonsi. & quomodo recuperavit Tolletum & alia loca a Mauris & qualiter ecclesia Tolletana ex Mesquita fuit consecrata & de hiis que ob eam rem acciderunt & de preclaris uictoriis & uirtutibus eius**

**AA** LFONSVS. vi. filius Fernandi & frater Santii xxviii. loco regnavit post cladem & lxx. post Athanaricū primum Regem Gothorum: Incepit autem regnare Anno domini. Mill. lxxviii. Regnavit annis xliiii. Ex hoc descenderunt Reges Portugalie ut statim dicemus & supra diximus. In prima parte. capitulo xii.

*Ab isto rege alfonso  
huerunt initium Regis  
portugalie  
regis*

ubi egimus de origine Regum Portugalie & aliorum Regum Hispanie hic igitur Alfonsus filium masculum non genuit. Sed plures filias reliquit ex sex uxoribus. Ex prima procreauit Hurracham. ex aliis uero genuit alias filias. ex quarū una que fuit Sarracena filia Regis Sibilie uocata gaida ad fidem conuersa maria cognominata genuit infantem Santium qui in quodam prelio occisus est ut statim dicemus. Ex quadam uero concubina genuit Therastiam que nupsit Henrico Comiti Lothoringie & dedit eis in dotem partem Galette que nunc Portugalia uocatur ex quibus descendunt Portugalie Reges. Nam ille Henricus Comes fuit pater primi Regis Portugalie. Hic Alfonsus. vi. Rex Castellę Tolletanam urbem uariis uastationibus fatigatam post longam obsidionem obtinuit. modo qui sequitur. Regnabat enim Alfonsi tempore in Tolletto Alemaymon Rex Sarracenorum qui singulari federe & amicitia Alfonsi uinctus erat adeo ut Alfonsus ipse iurauerat eundem Regem & filium suum iuuare & in uita eorum protegere: idq̄ sibi fideliter obseruauit: Verum uita functis eodem Alemaymon & filio Alfonsus solutus a fide prestata durissimum bellum gessit contra eandem urbem. Tandē necessitate famis uenerunt Sarraceni in ditionē Alfonsi: eo pacto ut Sarraceni ipsi tanq̄ cives & uassalli manerēt in urbe retinerentq̄ domos & agros: Rursus illesa eis maneret Mesquita maior eiusdem urbis. arces uero & cętera omnia ad manus Alfonsi dederunt: Decreuit igitur Alfonsus in eadem urbe dimittere Reginā uxorem suam & Bernardum electum Tolletanum: ipse uero pro occurrentibus rebus ad regnum legionis se trāstulit: Interim itaq̄ Regina ipsa spiritu dei uigorata & Bernardus quadā in tempesta nocte multis Cristianis sociata militibus. Mesquitā Sarracenorū ingrediuntur:

*Mo p̄ncipiu diuisionis  
portugalie a castella*

*Mesquita Tolletana in eade  
si in consecrata regine indu  
tra*



que ex pulsus cunctis Machometi spurcitiis in ecclesiam sancte Marie dedicata & per Bernardum deuotissime consecrata est. altareque erectum & inibi celebrauit Archiepiscopus: Sarraceni uero ruptis uestibus simul & in ternis uisceribus plurimum fuerunt conturbati: & illico lamentabiles querelas per suos Legatos apud Regem fecerunt. Quare Alfonso accerrime iratus & uehementer contra Reginam & electum indignatus est: Itaque cunctis dimissis rebus Toletum celerrimo gressu peccit: de liberauerat enim & firmo animo fixerat Reginam & Archiepiscopum publice interficere: Et quia sciebat plurimos Barones pro Regina & electo fore exoratuos: Iurauit Rex presentibus legatis Sarracenorum nihil facere eorum que pro parte Regine & Archiepiscopi sibi foret pettum: dicebat enim iniuriam non Sarracenis sed eidem Regi fuisse factam: asserens quia cum omnis rex non nisi pacto & fide subditorum regnet indigne Rex appellari potest: qui pacta & fidem subditis non seruat. tandem Regina & electus intelligentes Regem tam acriter esse commotum. clerum & omnes religiosos processionaliter & Regis filiam inductam cinere & alio in medio processionis incedentem premiserunt: quos cum Rex uidisset ut erat deuotissimus descendit de equo ut sacris solitam reuerentiam ageret. & cum filiam conspexisset nulla paterna pietate flexus: Vah. inquit matrem sociabis in morte: Iurauit nil agere eorum que pettura es: Filia uero que iuramentum nouerat instructa quid diceret peto inquit domine mi Rex ut Reginam tibi terreno Regi. non parentem sed celesti Regi fidelem simul & Archiepiscopum illico interficias: tunc Rex obstupuit quinimo tam pia sagacitate deuictus ad filiam ait: liberaisti o filia a morte matrem sed perpetuo maritali carebit consortio. nedum enim uerba expleuit & uidit uniuersos

Sarracenos utriusque sexus sibi obuiam facientes: qui mutato proposito regi supplicarunt ut omnino regine & Archiepiscopo ueniam daret. asserentes multis retro diebus per certum uaticinium idipsum nutu diuino futurum esse: tunc Rex penitus placatus acquieuit precibus supplicanti & letus intrauit ciuitatem primo tamen ecclesiam ex Mequita consecratam deuote uisitans: in medio porte reginam sacco inductam & Archiepiscopum pontificalibus ornatum inuenit: qui regi aiunt peccauimus in te o Rex sed oramus considera peccati causam & finem respice: Rursus quia felix est culpa que tam insigne templum meruit obtinere: Felix paucorum transgressio: qua multorum peccata purgantur Tunc Rex manus presulis deosculans: Reginam amplectens regale palatium peccit: commendanda est industria filie Regis qua perniciosum Regis iuramentum. in matris beneficium uertit: Imitata Anaximenem preceptorum Alexandri. Cum enim teste maximo Valerio ipse preceptor occurrisset Alexandro festinanti ad excidium cuiusdam rebellis urbis grece: cum primum eum Alexander uidit. timens ne ire sue preces opponeret iurauit non se facturum quod peccisset: tunc Anaximenes obsecro inquit ut urbem dirruas. qua solerti industria ciuitas liberata est: Postquam uero Rex Alfonso Toletum & ad iacenta loca fidei lucro dedisset mansit aliquodiu apud eandem urbem regiam cum magna nobilium & militum copia: Verum milites eius balneis & delitiis plus solito se dedere: quemadmodum in eadem urbe Tolletana Sarraceni agere soliti erant: Cum igitur quidam Barbari dicti Alarabes ex Africa transissent uastassentque prouintiam Carthaginensem: exercitus Alfonsi eis occurrit & peccatis Christiani populi. apud Alcazar de Consuegra uicti & prostrati sunt: Ibi quoque interfectus fuit Satus infans filius Alfonsi occubuerunt etiam septem nobilissimi Comites a quo tristi uentu locus ille. usque in hodiernum diem uocatus est septem



comitū: Rex uero filii mortē equanimiter tolleravit: uerū tamē cū inuestigasset Rex solertissime cur nā milites arma & bellicos labores . non satis ferrēt a sapiētibus respōsum est causam fore potissimā . quia plus solito milites luxurie & balneis uacabāt: Iussit igitur Rex ut omnia balnea destruerētur: prohibens libidines ac delittas . quę militum corpora simul & animos effemināt: Demum induxit hastiludia torneamēta & alia bellica exercitia: qua solertia pristinas uires milites recuperarūt: Imitatus est rex Alfonsus Scipionē consulē in Hispania qui ut ait Valerius & recitat Augustinus . ix. de ciuitate dei . ut fortissimos numātinorū spiritus contunderet iussit . ut omnia quę uoluptatis causa cōparata erāt: auferētur: quo effectū est ut duobus millibus Scorthorū a castris expulsis sic Romanorū exercitus a tali . luxurie Sentine uacuatus recreata uirtute animosam Numantiam deleuit

Capitulum . xxx . de Geloyra & Hurracha filiabus Alfonsi & de prole earum & quomodo Alfonsus Rex Aragonum duxit uxore Hurrachā & de eius impudicitia & qualiter uterq; cōiunx propter irreuerentiā ecclesie pessima morte obierūt & quomodo Aragonenses quendam a se in Regem electum regno priuarūt & Ramirū monachū in regē exererūt.

**C**ETERVM Alfōsus cernēs se filiis masculis orbātū auiditate procreādi filios futuros regni successorē quandā nobilē duxit cōcubinā dictā Ximenā nunēs . ex qua genuit Alfonsū Iordanis sic appellatū quia in flumine iordanis fuit baptizatus: Nā ipsa cū Comite p̄dicto uiro suo Siria transsectauit: tēpore illius maximi pasagii . in quo Raymūdo Comite & Duce Iherusalē Tripolim & Antiochiam lucro fidei acreuerūt . Hic igitur Alfōsus

de quo agimus Hispaniarū decus & lumen fuit dextera eius p̄sidium patrię ut Macedonum Alexander . ut Epirotarū Pyrrhus ut hebreorum Moyses | Iosue | & Geodeon . ut deniq; illius antique Hispanie Vrinātus: qui tot cladibus romanos afflixit; & nouissime ut Rodericus Cidus campiator ac Fernandus . iii . de quo in suo loco dicitur: Plurimas deniq; alias uirtutes Alfonsi narrat Rodericus Archiepiscopus in sua historia: Tempore huius Alfonsi: Rodericus Cidus ualentā acquisiuit: de cuius uictoriis & clarissimis gestis diximus supra sub Fernādo primo patre huius Alfonsi: Hic autem Alfonsus iam in senio constitutus cum filios non haberet masculos filiam eius Vrracam uiduam: quam ex Regina cōstantia genuerat & quam Raymundo Comiti Barchione uxore dederat mortuo Comite qui filium Alfonsum reliquit Alfonsus Regi Aragonum matrimonio copulauit: ex quo nullum filium suscepit ymo plurimum cum ea discors fuit pro eo quia ut dicitur inhonestam uitam ducebat: q̄ rem tarde intellexit Rex: palā enim de eius impudicitia dicebatur: Ipse tamen ignorabat: quia teste Seneca nouissimi incōmoda domus nostre didicimus: Nec aliter de Metella uxore Sille narrat Ieronymus cuius tam nota erat impudicitia ut Athenis cantaretur quod Sylla ignorabat: quinimo secreta pudenda domus sue . non aliter q̄ hostium conuitio didicit: Nec aliter accidit Gneo Pompeio uictori urbis: qui impudicissimā uxore sortitus est . Ferunt historie quosdam familiares Alfōsi ei suasse ut Vrracam uxorem tantopere impudicā repudiaret . ad quos ille probe & facete ait illud Marci Antonini Cēsaris: cum enim uxorem de adulterio suspectam haberet suaderentq; plurimi ut eam repudio daret: Ille dixisse fertur . Si uxorem dimittimus reddamus & dotem: Dos autem erat imperium: Alfonsus igitur post

alviciarius

*Dee Bar Zelone  
& Ramon p̄dicto  
alviciarius*

*Nouissimi Incomoda domus  
nostre didicimus*

*de l'or*



multa præclara opera ad dei cultum & ad fidei defensionem  
gesta obiit morte comuni & apud monasterium sancti  
Facundi una cum Gayda alias dicta Maria sepultus est  
fertur enim eum ante recepisse habitum monachalem: fide  
tamen ob fratris sui Santii timorem. Hic magnus edifi  
cator fuit ecclesiarum: Reparauit enim ecclesiam Toletanã  
Instituit burgen. utranque mirifice dotauit: Post mortem  
uero Alfonsi. vi. prædicti Regis Castellæ. Alfonsus rex  
Aragonum in regnis Castellæ & legionis temptauit reg  
nare propter uxorem & fuit non parua discordia aliis fa  
uentibus Regi Aragonum: aliis præsidia ferentibus Al  
fonso filio Vrrace. Tandem post plurima dissidia & bella  
obtinuit Alfonsus filius Comitis & Vrrace: Ferunt His  
panorum annalia hanc Vrracã irreuerentem fuisse ecclesiis  
& piis locis. Sæpe sacro templa spoliando & ecclesie mi  
nistros uituperando & capiendo: Quare iustissime acerr  
imas suorum sacrilegiorum penas soluit: Cum enim bellum  
gereret contra Alfonsum imperatorem filium suum in  
gressa est monasterium sancti ysidori legionem. atque a mo  
nachis importune petebat pecunias: Cum uero illi dice  
rent se non habere: Iussit militibus ut ecclesiam spoliarent  
ornamentis & calicibus: illi non sunt ausi: Quare ipsa  
indignata templum cunctis iocalibus spoliavit: Cum uero  
egrederetur limen ianue media crepuit cunctis uiden  
tibus & iudicia dei laudantibus: nec dissimili morte inte  
riit: Alfonsus Rex Aragonum. maritus Vrrace: Fer  
tur enim multa sacrilegia perpetrasse: ecclesias spoliasse:  
& ob eam rem: creditur diuino iudicio punitum esse: Nam  
ultimo bello quod contra Sarracenos apud fragã conse  
ruit occisus est & ut ait Rodericus Toletanus nulla eius  
uestigia reperta sunt: eodem Alfonso Rege Aragonum  
sic interfecto. ut ait Lucas Tudem. nonnulli proceres &  
Barones regni Aragonie decreuerunt eligere quendam

*hinc m. n. p. d. ab. 5.*

*crepuit regina Vrraca  
in ecclesia sancti ysidori legionem*

nobilem appellatum Petrum Tares: multorum iudicio  
probum: Qui ut se uidit in regio trono se supra se extulit:  
Incepit enim despiciere nobiles regni & leges ac consue  
tudines patrias abrogare: Cum igitur pro more regni  
curie generales tenerentur essentque Barones & nobiles  
uocati: plurimi Aragonenses & Nauarri: qui primo  
uenerant. non exierunt ut est moris Regi nouo obuiam  
nisi solus unus miles uocatus Petrus Tigon: ceteri uero  
petierunt Regis palatium ut uiderent an aliquod curiali  
tatis signum Rex eis ageret: Ille uero indignatus iussit  
portas palatii sibi claudi: Barones uero & nobiles sequenti  
die curias sine Rege celebrarunt: atque in primis Petrum  
Tares titulo & regno pellere decreuerunt quia cum in  
honore esset. non intellexit: Sed uerum est illud Aristo  
telis quia magistratus uirum ostendit: Non parum pe  
riculi est priuatos homines in magnis magistratibus non  
expertos subito ad regale fastigium sublimare: Nam te  
ste philosopho. Nuper ditati & exaltati nesciunt ferre  
magnas fortunas. Quinymo ut plurimum sunt despectui  
Dedignantur enim amicos priores: notos ignorant:  
histriones honorant: Comites contempnunt: grandia  
loquuntur: sublimia meditantur. rationi subesse non pa  
cuntur: præesse moliuntur: sunt denique subditis honerost  
omnibus infesti: Quare ut inquit Seneca talibus repete  
exaltatis facilius est potentiam amittere quam acquirere: Ex  
pullo igitur Petro Tares regnicole Aragonie communi  
consensu reuocarunt a monasterio Ramirum monachum  
presbiterum filium legitimum Santii Regis Aragonum  
& fratrem Alfonsi sine filiis premortui: cui dederunt  
nobilem uxorem uidelicet filiam Raymundi Comitis  
Pictauieni. optentaque dispensatione apostolica genuit uni  
cam filiam: Sed non putamus alienum a proposito fore  
breui diserere: quid interim Ramiro & nobilibus suis

*vide dicta notata*

*Ramirus monach*



acciderit: Narrant enim Hispanorum annalia Ramirum  
fuisse probum uirum & penitus diuine contemplationi  
deditum: sed ualde simplicem agibiliū in expertū: Con-  
tingit autem ut necessariū bellum contra Sarracenos con-  
fereret. Ille uero armorum & equitandi usu expertus equū  
ascendit: Nobiles uero scutum in manu eius leua posu-  
erunt & lanceam in dextera: Rursus dixerunt ei ut brid-  
dam siue frenum caperet; Ille uero ponite inquit in ore  
quia utraq; manus occupata est: & ita actū est: Tandem  
Sarracenos uiriliter aggreditur: & eos strenue deuicit:  
nihilominus nonnulli Barones de huiusmodi actu & ce-  
teris simplicitatibus tam assiduo & irreuerēter irridebāt:  
ut Ramirus ferre equo animo non posset: Quare depo-  
sita monachali simplicitate animū induit plusq; militare  
Nam undecim nobiles ad se apud Hoscā uocatos Gladi-  
o ferre fecit: & ad superstites ait in uulgarī Hispanico  
Non Sabe La uolpeia con quien trobeia, quod est dicere  
Nescit uulpecula cum quo ludit: Quo terribili exemplo  
ceteri perterriti nedum ab irrisione cessarunt: sed et insi-  
dias parabant: Ramirus uero se & regnū Alfonso. viii  
Regi Castellę dicto imperatori recomisit quousq; filia  
eius fuit nubilis quam accepit uxorem Raymūdus Co-  
mes Barchinone: qui postea fuit Rex Aragonum &  
Comes Barchinone: Deinde dictus Ramirus donauit  
eidem Regi Castellę Soriam cum districtu: quę ante ad  
regnum Aragonie pertinebat: Cunctis igitur peccatis  
Ramirus rediit: ad monasterium ubi celēbem uitam  
egit: Barones ergo ac nobiles Aragonie: quo pacto  
non incusent Regem irridentes non facile inuenio.  
Scio scriptum esse non irridebis homines in amaritu-  
dine animi sui. Vnde de Regibus uidetur dictum  
illud ysaye: Illudam illusores eorum & iterum abhomi-  
natio domini: omnis illusor: & rursus sapiens irridētes

Vnde Job  
irridētes

erūt deridētes sine honore: Deniq; scio iuuenes irridētes  
Heliseum urfi lacerarunt: sed & uiri Sadoch irriserunt  
principē Gedeonem sed luerunt penas: Gegabel quoq;  
irrisit Acab qui pessima morte obiit: Verūtamenē quomo-  
do Regem a tanta crudelitate excusē ignoro: presertim  
in monachali innocentia nutritū: qui sepe illud Seneca  
legerat: nondū felix es si te turba nō deriserit si uis beatus  
esse cogita hoc primū cōtēpnere contemni: & iterū idem  
Seneca ad honesta uadenti cōtēpnendus est ipse cōtēptus  
& Cicero nemo contemni timet. nisi qui se cōtēpnendū  
arbitratur. Hoc tempore sedit Romę Gregorius. vii. &  
Victor. iii. & Urbanus. ii. In sede uero imperii Henr-  
ricus. v. filius Friderici primi: Hic fuit coronatus a Ce-  
lestino mortuus est in Sicilia: quo mortuo orta est dis-  
senso in imperio quibusdam eligentibus Ottonē filium  
ducis Saxonie: Aliis uero Philippum fratrem quondam  
Henrici Imperatoris.

**C**apitulum. xxxi. de Alfonso. vii. intitulato im-  
peratore qui. xxix. loco post cladem regnauit &  
quomodo regna iterum diuisit & de clarissimis  
gestis suis.

**A**LFONSVS. vii. p̄dictus nepos Alfonsi ex  
filia intitulatus imperator Hispaniarum. xxix.  
Rex fuit a Pelagio primo rege post Hispanie excidiū &  
lxxvi. post Athanaricū primū regem Gothoy. Incepit  
regnare Anno domini. M. cviii. regnauit ānis. li. hic  
diuisit iterū regna: nam in regno Castellę instituit primo-  
genitū Santū: in regno legionis Fernandū secūdo natū  
Diuisio siue particio regni & si plerunq; fiat ex uoluntate  
dei aut uindictis aut p̄sentia disidia tollentis ut inquit  
Augustinus simpliciter tamen regnorū diuisio minime  
ad perpetuitatē regni cedere cōpertū est regnū quidē teste  
philosopho nō nisi unitate firmatur: hic pro benedictione.

ceji vnde ferebat



singulari deus in uno principatu unicum principem constituit: dicente scriptura per prophetam: adducam uos de medio nationum in gentem unam: & rex unus erit omnibus imperans: quemadmodum pro maledictione datum est ut regnum diuidatur quia ut ait Sapiens: propter peccata populi multi principes eius: Sic propter scelera salomonis & filii Ieroboan eius regnum diuisum est: fatemur tamen quia non nunquam ad uitanda inter fratres intestina dissidia expedit regna inter eos partiri idque plurimi imperatores fecere ut supra diximus: Quae siquidem regnorum particio & discordiis protunc occurrentibus prouidere uideatur. maiores tamen timentur inquietudines: Adde quia facilius partes diuise ab hostibus inuaduntur quam totum in unitate roboratum: Hic igitur Alfonso regna diuisit: In qua re dum filii presentibus prouidit: futura scadala non uitauit: quousque regna iterum unita fuere ut inferius tangemus: Hic fuit uir bonus strenuus & mansuetus multa castra & oppida a Mauris signanter calatraua cum adiacentibus sue ditioni subiecit: huius Alfonso tempore mortuo Alfonso Rege Aragonum & substituto ei Ramiro monacho fratre suo: Alfonso Rex Hispaniarum cepit Aragoniam infestare: & ciuitates ac castra citra Hiberum occupauit: tandem in concordiam redierunt: ut Rex Aragonum predictam patriam in feudo teneret a Rege Hispaniarum essetque ei pro dictis locis uassallus: quod fideliter obseruauit: usque ad obsidionem Conche: in qua fertur Alfonso regi Aragonum Homagium remisisse: hic se imperatorem Hispaniarum appellauit: Nam principatum tenebat a mari oceano usque ad mare mediterraneum: Sortitus est Alfonso duas uxores Berengariam atque Vrracam: Ex Berengaria genuit Santium & Fernandum: Helisabet & Beatricem: Hec itaque Beatrix nupsit Ludouico regi Frantie: Fuit hic Rex Alfonso gloriosus & uirtuosus magnas prouincias & urbes

Beatrix nupsit Ludouico regi Frantie  
gallie

fidei lucro adiecit: usque adeo ut Sarraceni ei seruirent in tributo & ad curias suas ut subditi uenire cogerentur: Huius tempore Ludouicus septimus rex Frantie gener Alfonso decreuit uisitare limina sancti Iacobi: Denique uoluit Alfonso Soceri curiam acersum: fuerat enim eidem Ludouico falso suggestum. reginam Francoꝝ uxorem suam filiam Alfonso non esse legitimam: Alfonso igitur sociatus rege Nauarorum Ludouicum apud burgem. ciuitatem sollemnissime recepit: quem sociauit usque ad Compostellam: eumque expleta peregrinatione Toletum comduxit. ubi rex curias generales indixerat: Interfuit in eisdem curiis. Raymundus Comes Barchinone. & plurimi alii principes fideles pariter & infideles: Fuitque tanta inibi addunata nobilitas. ut Rex Frantie palam dixerit non fuisse in orbe similem regis curiam Alfonso uero plurima dona Ludouico & militibus suis contulit: Fuitque habuere certificatus uxorem suam legitimam fore filiam Alfonso imperatoris: Quare plurimum delectatus rediit incolumis & hillaris in Frantiam: quem Rex Nauarre & Comes Raymundus usque ad Baionam sociarunt: Hic Alfonso iustitie gelatissimus fuit: fertur enim patriam regni sui executores quos Alguaciles uocamus non indigere: ibique ministrabatur iusticia: habet enim gesta huius regis: quendam rusticum Galecum apud Toletum. querelas egisse contra unum potentem militem bona sua inuadentem: cui rex Alfonso breuem litteram concessit: iniungens ut illico miles quem abstulerat rustico assignaret: ille uero pro restitutione minas mortis laboratori intulit: regem itaque rusticus iterum addit: qui commotus finxit se egrotum & interim secreto Galecum peciit celeri gressu domumque militis obsedit: quem tandem cepit & prope eius domum suspendit: quo singulari actu multi perterriti fuere & ab inuasionibus & rapinis abstinerunt: Hic Alfonso Cordubam magno exercitu obsedit cui princeps Sarracenis qui eam regebat

Santium

corduba



Alfon. impator obijt sub q<sup>da</sup>z  
arbore impoztu de muladar.

de uiribus suis diffidens . exiuit obuiam ciuitatis clanes  
offerēs : Alfonfus ergo accepta ciuitate eam cōmisit cui-  
dam Mauro sibi fideli sub Homagio : tandē procedens  
per maritimā Almeriā obtinuit : deinde Baegam : ibiq<sup>q</sup>  
relictō filio suo Satio obiit in uia ex egritudine sub qua-  
dam arbore in monte qui dicitur del muladar : Hoc tē-  
pore sedit in cathedra Petri Innocentius . ii . & post eius  
obitum Celestinus . ii . & Lutus . iii . quo tempore fuit  
magnum scisma . In imperto autem fuit Conradus . ii . &  
Fridericus primus hic Conradus nepos Henrici impe-  
ratoris & sorore benedictionem non habuit .

Cap . xxxii . de Satio . iii . desiderato appellato qui  
post irruptionē Hispanie . xxx . loco regnauit & de  
uirtutibus & gestis suis .

**S**ANTIUS . iii . cognominatus desideratus primo-  
genitus imperatoris Alfonfi . xxx . rex fuit a Pela-  
gio primo rege post cladē Hispanie & . lxxvii . post Atha-  
naricū primū regē Gothoy . Cēpit autē regnare Anno  
domini . M . clix . regnauit anno uno . hic cum intelli-  
geret mortē patris concito gressu corpus eius duxit To-  
letum : ibiq<sup>q</sup> honorifice sepeliuit : Hic uxorē duxit patre  
uiuēte blancā filiā Garzie regis Nauarre : qui fuit nepos  
ex filia nobilis Roderici Cidi . Ex qua susceperat Alfon-  
sum qui post eum incunabilis existēs regnauit in Castella  
Hic rex Santius multis uirtutibus pollebat : & clipeus  
nobiliū dicebatur : & erat enī humanissimus nulli fides  
eius : nulli uictus : nulli auxiliū defuit : Imitatus Simonē  
Atheniēsū ducē . cuius tanta fuit ad suos caritas & be-  
nificencia : ut nullus inopia rei familiaris mēstus esset :  
multos locupletauit : suoq<sup>q</sup> sumptu extulit : ut eo mortuo  
nōtam dux q<sup>q</sup> omniū pater extinctus uideretur : Fernādu  
autē frater Satii cui pater regnū legtonis dimiserat licet  
pius & benignus tamē quorūdā prāuis consiliis abstulit

feuda & castra quibusdā nobilibus : quē pater eius con-  
cesserat : Illi uero regē Santū Castelle adierunt : qui con-  
gregato exercitu regnū legtonis ingreditur : Fernandus  
tamē bello captus est : qui tandē fratris arbitrio se cōmi-  
sit : quē frater cōspiciēs nudū regalibus uestibus induit :  
Imitatus Pompeū regē Armenie . qui fratrem bello cap-  
tiuatū genibus flexū iacere non permisit sed benignus  
fratrem recreauit & diadema quod amiserat : capiti impo-  
nere iussit : uitāq<sup>q</sup> simul & regnū cōtulit : eque pulchrum  
iudicās & regē uincere & facere : nec aliter Santius & si  
regno fratris imō suo potiri potuisset fratrem sibi cōcliauit  
quē futurū heredē in spiritu prēsēt : Tandē rebus com-  
positis unusquisq<sup>q</sup> in patriam rediit : Rex uero Santius  
consumatus in breui compleuit tempora multa : placita  
enim erat deo animā illius : Ideo festinauit eū dominus  
adducere de medio iniquitatis : Obiit enim apud Toletū  
uocatus est enim desideratus : quia prēmature tam di-  
lectus de terra delectus est : Hoc tempore sedit Rome  
Lutus . iii . In imperto prēdictus Fridericus primus .  
Hic dux fuit Sueuorū & nepos Conradi imperatoris .  
Hic coronatus fuit ab Adriano Papa . Cum igitur trās-  
set in orientales partes & fatigatus magno estu in quo-  
dā fluuio natasset sumersus est ut dicitur i Cronica Sicardi

Cap . xxxiii . de Fernādo secūdo qui post cladē His-  
panie . xxxi . loco regnauit in legione & frater eius  
Santius in Castella .

**F**ERNANDVS . ii . frater Satii & filius Alfon-  
si imperatoris . xxx . rex fuit a Pelagio primo rege  
post cladē Hispanie & . lxxiii . post Athanaricū primū regē  
Gothoy : Cēpit autē regnare in regno legtonē . Anno  
domini . M . clix . regnauit annis . xxx . Eodem enim



tempore Santius in Castella regnauit. & Fernandus in  
legione. sed non equali periodo in regnis perdurarunt.  
Santius enim uno anno sed Fernandus. xxxi. praefuit. San-  
tius itaque cum recte pie & iuste regnauerit. licet paucis  
annis longo tamen tempore uixisse censendus est: Nam etas  
hominum bene distributa longa est. si male breuissima: diu  
enim uiuit qui diu impie uiuit dicente Salomone. si quid  
impiorum longae uitae fuerit: in nihilum reputabitur: Vnde  
Seneca decipitur qui propter canos & rugas in fronte  
putat: diu uixisse: Hic Fernandus sic ut praemissum est pre-  
mature mortuo Santo rege Castelle eius fratre qui Alfo-  
sum filium anniculum reliquerat: ut quidam aiunt ad regnum  
aspirabat. aut ut alii uolunt nepotem sibi uassallum subicere  
temptauit. Sed obstitit explorata ac eternis laudibus illu-  
strata erga Alfosum nobilium suorum fides: praesertim duorum  
fratrum Manrici & Nunii Comitum de lara: Cum enim ipse  
Alfonsum mortuo Santo patre incunabilis agens a no-  
bilibus Castelle iure in regem electus atque receptus esset.  
Fernandus de quo agimus patruus eius. manu armata  
regnum Castelle ingreditur & magnam eius partem occupauit  
persequeretur enim miro odio Manricum: & Nunium Co-  
mites praedictos: quibus Santus rex filium commiserat: Ipsi  
igitur nobiles uiri. non ualentes aliud efficere. Homagium  
protunc ab eis praestito assenserunt regis Fernandi uoto: ut  
Alfonsum tanquam uassallum sibi traderet Alendum. Cum igitur  
Fernandus oppidum Sorie peteret ubi erat puer: esset coram  
patruo adductus cepit plorare: cui Fernandus ne ploraret  
blandiri cepit: tunc Comes Manricus sciens quod scriptum  
est quia in tempore tribulationis fidelis agnoscitur omni  
timore deposito ad regem ait: puer inquit lactari cupit.  
non seruire nutricis potius mamillis quam patri oblectamentis  
indiget: longe magis puero opus esset lactantis solatio quam pa-  
trui palatio magis optat lac quam sanguinem: longe magis

moles uisus  
praeuio anni luce

nota

Manricus

et expedit ablatatus uagire: quam coactus seruire: Voluisti  
hodie Rex efficere quod natura non patitur. Cupis enim  
ut tibi praestet Homagii formam: qui formare uerba non  
didicit: Cupis rursus ut tibi seruire incipiat: qui uix ui-  
uere inchoauit: Optas ut tibi Homagium dicat: qui quid  
sit quod petis ignorat: & ut paucis sed ueris tua pace  
agamus. uis ut tibi fiat uassallus: qui dominus iure fore  
deberet: Fac igitur quod tibi libet: Sed uide an liceat:  
nos cedemus tempori non rationi: dum tu respicis pueri  
etatem: non tui honestatem: Si igitur placet puerum ad nutri-  
cem adducam quem eum lactabit: postea iocunde uidebit eum  
Rex. Iterum uero quidam miles dictus Petrus Melédi:  
iussu Comitum ascendit equum & puerum sub matello abscon-  
sum celeri gressu duxit ad oppidum Sancti Stephani de  
Gormag idque cum intimatum esset Regi Fernando qui Al-  
fosum auide expectabat nimia ira indignatus est con-  
tra Comites. Illi uero quodam rubore perusti dixerunt se  
uelle Regem querere & ad Fernandum adducere Comes itaque  
de lara Paulum ceteros praecedens ad oppidum pergit Sancti  
Stephani. puerumque ad arcem de Atiença attulit. nec pu-  
tauit ire contra Homagium. ut dominum suum aut a morte aut  
seruitute liberaret: Fernandus ergo rex. Nunium diffidauit  
ille uero statim se regi praesentauit: quem Rex toruo oculo  
conspiciens proditorum appellauit. Sed Nunius patienter  
tulit. dicens id egisse ut dominum suum liberaret. nec crede-  
bat contra regni instituta egisse: Fernandus itaque rem de-  
duxit ad consilium & a cunctis proceribus iudicatum est.  
Comites minime contra Homagium quinimo strenue &  
fideliter egisse. quo praeclearo facinore. Rex Santius aut  
a morte aut a seruitudine liberatus est: Manricus igitur  
& Nunius eterna sunt laude comedandi. qui nedum uitam.  
sed honorem domini sui. uitae propriae praetulerunt: imitari  
fidelissimos illos Ioiam & Ioroqabeth. quos scriptura

alfonsus  
No qd hoc tpe er  
genatio manrici



sacra cōmemorat. quia absconderunt Ioas paruū filium in uirtute sua & in cubiculo suo: contra Athaliā & ceteros semen regis extinguere molliētes: sic puer Ptolomeus Rex Egypti: quē pater eius Ptolomeus Romanorū fidei cōmiserat. per eorundē Romanorū fidem & probitatem ut ait. Valerius defensus est contra patruos & Egyptios regnū illius eripere molliētes: Hic Fernādus deuicit in prelio Alfōsum qui primus fuit Rex Portugalie: Huius Fernādi tēporibus iedebat Romē predictus Luttus .iii. In imperio uero Fridericus primus de quo paulo āte diximus

Capi. xxxiiii. de Alfonso. viii. qui post cladem Hispanie .xxxii. loco regnauit & de clarissima eius prole & bellis & uictoriis suo tēpore occurrētibus

**A**LFONSVS. viii. cognomento bonus filius regis Santii. xxxii. Rex fuit a Pelagio primo Rege Hispanie post cladē & .lxix. ab Athanarico primo Rege Gothorum: Incepit autem regnare in regno Castellę Anno domini. M. clx. & regnauit ānis .liii. Hic Alfōsus ut paulo āte predictimus patre Satio uita fūcto inter ipsos uagitus infantie regnare cepit. Nec parū fuit miraculi eum intāta euasisse innocētia: quē tot pectora nocentia insidiabātur. Sed nec carebat misterio illū incolu mem posse seruari. quem tāta ambitio: aut tanta inuidia inuaserat: Quare futurū uidebatur ut quem maxima fides defenderat. maxime ipse fidem defenderet. & inter multos clarissimus euaderet. quem clarissima auspicia futurum clarissimū demōstrarunt: Hic igitur Alfonso post annos sue adolescentie. non sine conflictu. sed cum uictoria feliciter exactos: Duxit uxorem Leonoram filiam Richardi Regis Anglie. ex qua genuit tres filios scilicet Santium. qui obiit in infantia & Fernandum

*dat. uero Leonorę  
de Ricardus ex de  
mgl.*

Srenuissimum atq; excellentissimum Prinapem: qui cū esset. xxv. annorum: apud Maqritum communi morte obiit. Deniq; genuit Henricum qui postea regnauit. Genuit rursus plures filias: uidelicet dominam Blancā quę nupsit regi France: ex qua genuit sanctū Ludouicū etiam regem Frantię. Nec mirum cum ex generoso semine nascatur i quauis spete: optima proles fuit igitur singularis felicitas. Huius Alfonsi tam egregiam clarāq; obtinuisse prolem: quę ipsum pene orbem excellentissimis principibus repleuit. teste enim Aristotile: multitudo & bonitas prolis magnam felicitatem parentibus affert. pro singulari enim munere cōcessit deus Habrabe & Jacob ut uiderent filios: & filios filiorum suorū: pacē super Israhel. Adde quia probitas filiorum plerūq; deriuatur a patre & transit in filios: quia scriptum est. Iusticia illius in filios filiorum suorum: & sicut teste sapiēte filius inspiens ignominia patris: ita uirtus filiorū gloria & felicitas est patris: nec enim parua fuit gloria Pauli. Q. Mucium & reliquos preclaros habuisse filios qui in eodem genere laudis: patrem ne dixerim imitari: sed excellere uisi sunt. Sic & Affricanus in re militari paternis laudibus addidit. Id ipsū fecerunt Thimotheus & tres eius fratres Cononis filii qui imbelli laude doctri neq; & ingenii: prestantia non inferiores patre fuerūt hii optimam hereditatē a patribus receperunt: tales uidelicet patres obtinuisse: patres quoq; prestantissimum patrimonium filiis reliquerunt: cum tales filios genuissent. Rursus quid felicius Metelli Romanorum Principis felicitate: si prolem respiciamus! Quid preclarus filiis si patrem non despiciamus! Hic enim Metellus cōsul: imperator: triumphator ex uxore pudica: quatuor inclitos genuit filios: tribus consulatibus & censuris & una pretura. Giges deniq; Lidorum: rex adeo prole

*multa preter se  
114*



fac. 3. *Alvarus*

*No. de didaco de haro sed  
yeron l. 1. de Lara*

felicissimus fuit ut Apollinis oraculum cōsulere sit ausus  
an quisq; se filiis felicitior foret. Iterum Alfonso genuit  
dominā Berengariam quę fuit uxor Alfonsi Regis Le-  
gionē. Ex qua genitus est gloriosissimus Fernā Rex q  
Hispalim Cordubam & totam fere Berthicam & Vāda-  
liam a Mauris obtinuit. Ex eadem rursus Berengaria  
genitus est Alfonfus qui dictus est infans Moline. Itē  
dictus Alfonso .viii. genuit Huracam quę fuit regina  
Portugalie & Leonoram quę fuit regina Aragonie. Hic  
Alfonfus a Mauris in prelio deuictus est: apud locum  
de Alarcos. Fuit autem dux Maurorum Miramome-  
linus qui prosequens uictoriam: multa castra acquisiuit  
obseditq; arcem delos arcos: presertim quia cognouerāt  
nobilem uirum Didacum de Haro dominū de Vistaya  
post prelium in eadem arce receptum esse. Sciebatq; ob-  
sessis uictualia defecisse: Miramomelinus itaq; iurauit  
super Alcoranum q; si Didacus de Haro illico sibi non  
assignaret castrum: omnes gladio ferret. Verum cum  
apud eundem Miramomelinum exularet: nobilis uir  
Petrus Fernādi de castro: occasione inimicitiarū cū Nu-  
nio & Aluaro Comitibus de Lara: generis eiusdem Di-  
daci suscepit idē Petrus Fernādi onus intumēdi Didaco  
uotum regis Sarracenorum. Exposita igitur legatione  
Didacus necessitate famis compulsus: deliberauit arcem  
assignare: eo pacto ut omnes secum existentes saluaretur  
quod placuit regi exceptis comitibus de Lara: qui de-  
bebant capti assignari Petro Fernandi inimico eorum:  
pacto igitur inito: rogauit Didacus Petrum Fernādi ut  
secū duos milites deferret: idēq; Petrus iurauit q; asig-  
nato castro Mitamolino eadem hora: omnes existentes  
in arce liberarentur: preter Comites de Lara. Didacus  
uero mandauit suis: ne castrum redderent post quatuor  
horas recessus sui: ille uero assumptis secū eidē Nunio

& Aluaro generis suis: exiuit de castro & infra paucas  
horas aliud castrum cristianorum securus peciit. Cum  
itaq; Petrus Fernandi letus admodum esset putans se  
habere ad manus Comites de Lara ac inuenisset eos  
abiisse cum Didaco: doluit se illusum. Nihilominus ser-  
uans quod iurauerat: cunctos qui in arce manserāt ille-  
sos abire fecit: datis per Didacum duodecim obsidibus  
de assignando castrum ut statim dicemus: sic itaq; auidi-  
tas uindictę Petri Fernandi optima arte illusa est. Ceterū  
non oberrabimus ab incepto proposito: si breui inseru-  
erimus quid huius incliti Alfonsi temporibus eidem  
nobili Didaco de Haro acciderit. Fuit enim Didacus ut  
ferunt Hispanorum annalia Alfonso regi carus: pluri-  
mumq; acceptus: nam erat uir strenuus corporis atq;  
animi uiribus polens. Verum tamen apud semetipsū  
cunctis fortior uidebatur: quinymo bellandi arte ani-  
mositate & fide plurimis se prestare arbitrabatur. Ut  
alter Metelus: quem Salustius in iugurta cōmemorat  
qui quāq; gloria & uirtute clarissimus: tamē ei erat arrogās  
atq; cōteptor animus: qui arrogantiā comune nobilitatis  
malum est. Ea igitur infelicissima die qua rex Alfonfus  
confligere debebat cum Miramomelino rege Mauroy  
prope Alarcos: Didacus ipse quatuor probleumata  
publice & arroganter deuouit. Erat primum nullo peru-  
culo dominum suum in bello dimittere: secundū q; nulla  
necessitate castra aut arces domini sui hostibus traderet  
Tertium q; si unq; obsides assignaret: illos omnino redi-  
meret. Quartum q; iam conferto prelio: si semel calca-  
ribus equū percuteret: contra Sarracenos nullo discr-  
mine respiceret retro. Sed altissimus deus cuius est om-  
nis fortitudo & potentia: fregit arogantiā eius: quia  
scriptum est: qui se iactat & dilatat: deo displicet & iur-  
gia concurat: & in Ecclesiastico scribitur: Nec te extollas

*arrogas uel nobis  
Lus*

*in uictoria m didaco de haro*



in cogitatione anime tue: uelut taurus: ne forte elidatur  
uirtus tua per stulticiam & folia tua comedat: & fructus  
tuos perdat: & relinquaris uelud lignum aridum in he-  
remo. Hinc Augustinus in libro de conflictu uictorum:  
desine grandia loqui. Frangit deus omnem arrogantē:  
magniloqui cadunt: inflata crepant: tumefacta premū-  
tur. Itaq; tantam arrogantiam Didaci de Haro: deus nō  
sustinuit: quippe ea die cōtra predicta quatuor: aut me-  
tu: aut infelicitate uel necessitate agere coactus est. Nā  
uicto exercitu cristianorum: ipse Didacus plurimos cri-  
stianos fugere conspiciens: ad arcē de Alarcos aufugit  
at cum cerneret uictualia deesse: exiens de castro suis mi-  
litibus sociatus: impetum in Arabes fecit ut tandem ut  
euadere posset. Verum sui eum deseruerunt: cum itaq;  
retro respiceret: neminem prope se uidens: uerecunde  
satis rediit ad arcem. Rursus eadem die duodecim mi-  
lites Miramomelino regi Sarracenorū ex pacto obsides  
assignauit: ipseq; sequenti die incolumis sed infelix euasit  
& arcem infeliciter hostibus consignauit. Sic itaq; eadē  
quatuor eadem die nescio an insolentius ac impudentius  
fregit ac uiolauit: nec defuit qui ei palam iactantiā suā  
improperaret dicens: O Didace memor esto: quia in  
quo multa te acturum iactasti: in eo multos offendisti  
Iactantia enim ut inquit noster Quintilianus: audienti-  
bus non modo fastidium: sed etiam odium generat: q  
enim se iactant hoc facere. tanq; superiores aut fortiores  
sibi uidentur. Quare supra modum ceteros premere &  
despicere creduntur: hinc & noster Seneca ait quia ma-  
gnanimitas si se supra se extollat: facit uirum minātem  
inflatum: iurgidum: inquietum: cunctis odiosum. Tu  
ergo: o Didace illud Scipionis utinam animo cogital-  
ses: qui militem tacitum esse debere ad exequendum  
ad faciendum potius: q̄ ad dicendum prouidit. Tu

ergo qua die te uerbis obstēcasti: ea te operibus defrau-  
dasti: & qua die uouisti: ea uotum fregisti: ut in te illud  
sapientis impleatur: superbia tua extulit te: & iterum  
est qui hodie extollitur: & cras decidet: uerba tua te po-  
luerunt: Sed hostes non terruerunt: quia ut poeta ait: nō  
semper ferit quodcumq; minabitur archus: heri uerbis  
hostes uicisti: a quibus hodie uictus euasisti: Vt imiteris  
Damasipum quem Machrobis commemorat: qui cum  
policeretur aprum solus interficere. Cicero quesuit an  
ipsum uenabulo uel uerbis interficere promittebat.

Capitulum . xxxv . de gloriosa uictoria Alfonsi . viii .  
contra Sarracenos in illo famoso bello de nauibus  
Tolose: & quomodo crux cristi preciosa uisibiliter  
opem tulit: & de innumera multitudine cesorum:  
inferuntur etiā copie interfectorum in antiquis bellis  
& ceterarum nationum .

**L**IBET igitur breui diserere gesta Alfonsi . viii .  
post infelicem cladem peccatis populi cristiani sus-  
ceptam apud locum delarcos . Postq; idem Alfonsus a  
Miramomelino rege Sarracenorum sic infeliciter uictus  
fuit: conspiciens peccatis suis id euenisse compunctus  
corde multa pietatis opera fecit: fundauit enim atq; do-  
tauit monasterium de Holgis: & hospitale regis apud  
Burgēn ciuitatem: & alia plurima monasteria monialiū.  
Fernandus itaq; filius eius cum esset ingentis roboris  
animi: incessabiliter interpellat patrē Alfonsum ut Mi-  
ramomelinum regem Maurorum pauloante uictorem  
agredere: pater uero cum conspiceret Sarracenos in-  
structos copiis multis ac in locis saltuosos manere . Ad  
filium ait: agredere o fili hostes libens: si plurimos  
tibi similes in castris meis conspicerem: & hostiū uires



Nulla cunctator

expertus non essem: imitatus Paulum Fulvium qui cōtra Macedones consul missus cum essent hostes in locis inaccessibilibus: ortante eum Nasica optime indolis iuvene: ut hostes adorrentur: facerem inquit istud: si tua mihi etas fuisset: aut tibi mea experientia: Verum plures expertus sum non tutum esse: ut recentia infelicis clade prostratus: aduersus instructam aciem dimicem. Tandem Alfonso precibus filii atque sui animi amplitudine roboratus: eundem regem Sarracenorum disfidauit. Interim Rodericum Archiepiscopum Tolletanum Romam misit: pro cruciata quam confestim obtinuit. Adueniente igitur die belli congregato & instructo exercitu Sarraceni in multitudine confidentes ut mors habent clamitabant magnis uocibus & diuersis sonorum & tubarum strepitibus rigeabant: ut nostris timorem: suis uero animum darent. Cum uero Alfonso suos hostium potentiam formidare conspiceret: ad eos ait quod Salustius in Cathelinario refert. Semper inquit in prelio illis est maximum periculum qui maxime timent: nobis ergo o cruce milites: audacia pro muro: spes pro securitate: gloria pro uictoria: iusticia pro certitudine uincendi habeatur. Et subdit nec uos conturbent hii hostium clamores: illis enim pauor est in animo: quibus efusa uox est in ore. Imitatus est Alfonso magnū Alexandrū qui ut Quintus Curtius refert contra Dariū pugnatū in simili casu ad suos formidantes ait: Quid Barbarorum clamoribus turbamini: qui timoris habent testimonium: non confidentie probationem. Nam & carnibus intentionibus mos est: quanto plus defecerint uires: eo magis latratibus indulgere. Expletis igitur hiiis uerbis. omnes in domino confortati Sarracenos impetunt. Vtriusque itaque pugnatum est acerrime & non sine uarietate fortune: eo auxilium ferente coram quo fortuna

no mirabile  
tribū phum  
crucis

ipsa aut nihil est: aut nihil potest: Tandem Arabes mirabili strage fusi & cesti sunt: fuit hoc bellū famosū dictum de nauibus Tolose ubi crux cruce uisibiliter operuit. Meruit hic Alfonso sua ad cruce crucem deuotione & reuerentia crucis triumphatissime auxilio uincere ut alter Constantinus Constancii filius: qui ut inquit Castodorus aduersus Maxētium pugnatū: uidit per somnium signum crucis in celo: flammineo more rutulare: & angelos assistentes atque dicentes: In hoc signo uinces Constantine: Triumphauit autem Constantinus in signo crucis ut nec solus unus de suis in bello mortuus atque captus fuerit: quo effectū est ut crux que primo apud Romanos supplicium fuerat: in numismatum figuris sit descripta litteris ascribentibus: hoc est inuincibile signū dei uiui. Fuit itaque tam gloriosum hoc bellū sicut unquam in Hispania accidisse legitur. Cesa enim fuere circiter. cc. milia Arabum. Stupēda clades: inaudita lues tot interfectorum hominum multitudo: que non miseranda: non deflenda. Sed cum summis gaudiis referenda atque immortalī deo gratulanda est. Quis enim Barbarorum miserebitur: quos cum non ledimus catholicā fidē euertere: nosque & nostra diripere: sueque perfide subicere conspiciamus: tantam itaque cesorum stragem: tantamque occisorum multitudinem ut eo bello Alfonso intulit: nulla referunt annalia: Nam & si clariora bella truculentioresque preliorum cedes recolimus. huic Alfonso uictorie non facile comparantur: ut enim refert Orosius in primo congressu Alexandri cum Dario: sexcentum milia Persarum bellantium fuere: que non minus arte Alexandri: quam uirtute Macedonum ubi magna cedes fuit Persarum. In exercitu uero Alexandri tantū centū uiginti equites: & octo pedites defuere: parum uero post: Darius cum quatuor centum milibus peditum: &

Navar cedes simul  
preliis in magno numero  
occisus.



centum milibus equitum in acie prodiit: pugnaq; committitur: amboq; reges uulnerantur: tandem Darius fugit: cęsaq; sunt octuaginta milia peditũ: equitũ uero decem milia: capta autem quadraginta milia: & rursus Darius spe pacis amissa: quatuor centum milia peditũ & centum milia equitum congregauit & Alexandro ab egypto reuertenti apud Tarsum bellum cõponit: raroq; in nullo prælio ut in hoc tantum sanguinis effusus est: totusq; oriens in potestate Alexandri uenit: quantus autem numerus militum Alexandri ceciderit: non tradunt scriptores. Veterum enim mos est ex ea parte que uincit: occisorum numerum non ponere: ne uictoriam maculent damna uictoris. Deniq; contra Pyrrhũ apud Luchaniam Curius consul bellũ gessit: ubi octuaginta milia peditum: & septuaginta milia equitũ regem Pyrrhum habuisse ferunt: Ex his triginta sex milia cęsa referuntur. Rursus Regulus aduersus duos Hasdrubales & Amilcarem acerrimum bellum gessit: Vbi triginta milia Romanorum ceciderunt: postea uero anno ab urbe condita Quingentesimo sextodecimo apud Arcum comisso prælio. Attilius consul est occisus octoginta milibus Romanorum cęsis. Cęterum Silla Mitridaticum bellum cępit: initoq; prælio cũ Archelao confluit: Vbi nonaginta milia interfecta referuntur: parum uero post cum Mitridates adiutorum Archelao misisset: secũdo prælio quinquaginta milia ex suis interfecta sunt. Item Iulius Cęsar apud Rodanum Gallos bis uicit: Vbi quadraginta milia Gallorum ceciderunt: Sed & Tiberius Preuignus Augusti Germanos bello superauit: Vbi centum uiginti quatuor milia cęsa & captiuata feruntur: Quod bellum maximum & formidolosum quinquaginta legionibus gestum est: nec fere ullum maius bellum post Punicũ fuit. Postremo ut idẽ Orosius refert

anno urbis condite. dcccxxv. Vespasianus templum Iherosolimis dirrupit: murosq; urbis solo equat: & ibi sexcenta milia iudeorum interfecta: Cornelius & Suetonius afferunt. Iosephus uero uideries centena milia iudeorum gladio & fame periisse: nonaginta uero milia toto orbe dispersa. De Romanis uero uix. xxv. equites ceciderunt.

**C**apitulum xxxvi. de his que acciderunt regi Alfonso. viii. post famosum bellum nauium Tolose & de ciuitatibus & locis que acquisiuit & de singulari factore circa arcem de çorita & obitu eius.

**S**UPEREST igitur ut ad Alfonso preclarissima facta & eius tempore gesta redeamus: Postq; itaq; bellum predictum de nauibus Tolose toto orbe famosũ Alfonso feliciter expleuit creuit ad maiora animus. Ut enim inquit Valerius felicitate obrente uictorie: roboratur nobilis animus atq; nutritur ut clariora semper agrediat: illaq; cum laudũ cumulo perficiat: prosequitur igitur uictoriam sibi a deo missam: & post multa laboriosa bellica certamina: plurima loca a Sarracenis euicit: lucrosq; fidei adiecit: presertim Calatrauam: Alcarag: Concham cum districtu Alarcon: castrum dominarum Vbetam Baçam & innumera alia castra & oppida que tempore Alfonso. vi. fuerant a Mauris occupata: nec putamus alienũ a proposito nostro breui referre quoddã non dixerim preclarum factus. Sed & dolendum pariter & ridendum exemplum quod & si Alfonso non parum afflixerit. Tandem sua prudentia & industria in eius utilitatem & gloriam uersum est: Rebellauerat cõtra Alfonso miles quidam dictus Lupus de Arenis: seq; in arcem famosam de çorita inclusit atq; intrusit: ex qua



incomoda plurima finitumis ingerebat. Cupiebat rex quæ maxime castrum simul & militem ad manus habere. Idcirco cum quidam mimus siue bufo dictus Dominguellus factus sed prudens qui apud Lupum erat intellexisset regem ipsum arcessiuit sibi quæ castrum & militem se daturum pollicetur: percunctatus a rege quonam pacto id fieri posse confidebat. Ille ut erat astutus remque diu animo diggerat: regi utilem: sed funestam maliciam aperuit ut uidelicet pateretur se aliquem ex regis militibus in facie circa mortem percutere: statimque ad castrum fugeret ut Lupo castellano nuntiaret: quendam ab eo militem in regis presentia pro eo interfectum quia de eodem Lupo detraheret proditorumque appellasset: Qua occasione gratiam eum reciperet & tandem castrum ad regis manus deduceret. Annuit rex: sed non reperiebatur qui se percuti a bufone permetteret. Affuit tandem quidam nobilis & grandeuus miles Petrus Didaci. Is ut rex castrum obtineret passus est se a bufone in facie percuti. Expleto igitur concepto facinore: Dominguellus concito gressu ad arcem fugit: castellanorumque retulit ob eius honorem in regis conspectu militem occidisse: quæ res pergrata Lupo fuit: illumque dilectum habuit: & custodibus arcis preposuit. Cum igitur captata die castellanus in camera raderetur oblata opportunitate lancea buffo spatulas eius perfodit. & illico interemit ac per locum ab eo destinatum ex arce extens ad castra regis deuenit: Cui expleui inquit quæ promisi: Lupum proditorem interfectum. Eoque loquente: Nepos Castellani ad regem accessit: clauemque arcis donauit. Meruit certe Lupi proditione ut alia proditione plecteretur: quia scriptum est: delictum actoris insequitur & dignum fuit ut ei qui fidem fregit: fides frangeretur ipsa. Sed dum proditio punitur: illius nobilis fidelitas ad celum usque extollitur qui facie se perpetuo

uulnere truncari permisit ut domini statum incolumem redderet. Fuit hic Alfonsus mire patientie & longanimitatis qui sepe a subditis conuicia impugne ferebat. Aiunt enim annalia Hispanie iuuenem quendam: non satis moribus ornatum licet nobilem: preteritiam ciuitatis Toletane ab eo postulasse. Rex uero etatem & mores illi impedimento fore dicebat: ad quem iuuenis libertor quæ modestior: & tu inquit rex mihi etatem improperas: qui in cunabulis regnare cepisti. Demum plures agnosco qui tecum pridie pila & alea luserunt: a te preteritis & honoribus exaltatos: sed ut puto ideo illos ad dignitates admisisti: quia simul cum eis luseris: me uero ideo repellis quia cum rege non lusi: risit rex faciem iuuenis & libertatem in lacessendo in regem presertim qui ludendo atque ridendo proscribere solet: itaque nulla ira comotus armis & equo iuuenem donauit. Imitatus Cesarē Marchum Antonium: qui cum quendam adolescentem non satis morigeratum: honorem petentem repelleret: monebatque ut se bonis artibus muniret: quo postulato honore dignus haberetur. Ille libera fronte ad Cesarē ait: multos agnouit o Cesar qui tecum in arena pugnarunt: tecumque gladiatorum arte usi sunt: quos pretores & tribunos euexisti: quod Cesar pacientissime tulit. Post predicta igitur clarissima Alfonsi gesta & amplissimas uictorias ipse gloriosus Alfonsus a domino uocatus in quodam rure oppidi de Areualo: uocato <sup>guzierre</sup> münos grauius infirmatur: uitamque finiuit & secum Hispanie gloriam sepelluit. Hoc tempore sedit Rome Urbanus. iiii. quo etiam tempore ciuitas sancta Iherusalē a Sarracenis occupata est. hoc etiam tempore Constantinopolis a Francis & Venetis capta est. Eo etiam tempore floruit in Hispania sanctus Dominicus institutor ordinis predicatorum hoc tempore sedit in imperio Henricus. vi. & Otto. iiii.

quod hic referunt  
satis notum est



Hic Otto per industriam Innocentii pape . iii . imperiū obtinuit : Philippo interfecto : hunc Ottonem tandem Innocencius papa excommunicauit & deposuit : quia contra eius uoluntatem ingressus est regnum Apulie : quod conabatur auferre Frederico regi Sicilie . principes Alamanie Fredericum elegerunt : & Otto scismaticus moritur

Capitulum . xxxvii . de Alfonso . ix . qui post destructionē Hispanie . xxxiii . loco regnauit : & quomodo in isto Alfonso iterum regna fuerunt unita .

*fere 3 flum*  
**A**LFONSVS . ix . filius Fernandi regis Legionis . xxxiii . rex fuit a Pelagio primo rege post cladem & . lxx . ab Athanarico primo rege Gothorum . Cēpit autem regnare Anno domini Millesimo . cc . regnauit annis . xxviii . hic ex domina Berengaria filia incliti Alfonsi . viii . regis castelle genuit ut diximus excellentissimum regem Fernandum . iii . fidei catholice propagatorem : qui Hispalim & totam Vandaliam & maiore partē Bethice : sue ditoni & lucro fidei subdidit : in quo Fernando fuerunt regna Castelle & Legionis iterū unita ut apud Romanos mortuo Lepido & Marcho Antonio qui partiti inter se orbem fuerāt : fuit ergo hęc reintegratio regnorum Castelle & Legionis ad maius firmissq; principatus stabilimentum & quietudinem ingentem ut sub eodem Fernando . iii . dicemus : quia scriptum est in libris regum : unum uirum querat & totus populus erit in pace . Rursus hic Alfonso . ix . genuit etiam Alfonso dictum infantem Moline . Tandem Alfonso . viii . rege Castelle olim socero suo & ab eo plurima castra dono accepit & plurima dissidia inter utrumq; regnum seddata fuere . Tempore huius Alfonsi . ix . accidit

*nota*  
*Harcot*  
cuiusdam fidelissimi militis preclarum facinus non nisi sempiternis laudibus commemorandum & a cunctis nobilibus arcum custodibus non modo animo figendum sed imitandum : hic enim Alfonso ab Vrraca Nouerca sua sorore Didaci de Haro domini de Viscaya non parū offensus patre Fernando uita functo : eandem Vrracā etiam sibi non satis fidam simul & Didacum fratrem suū a regno expulit : castrumq; famosum de Guiar : septem continuis annis obsedit plurimumq; affligit : cui Didacus de Haro quendam fidelissimum castellanum prefecit : uidelicet nobilem uirum Marchum Gueterrii cuius fides : constantia & animi magnitudo : nullis preconis satis lastrari potest . Cum enim & longa obsidione non modo homines : sed cuncta uictualia deessent : Gueterrius Castellanus solus : sed forti animo sociatus in castro permansit . Erantq; ei cibi animalium : coria : herbe demū ac mures & cuiusuis generis bestia quam occupare poterat : his igitur consumptis : Marchus suspensus ad collū arcis clauibus : inedia fameq; consumptus ad portā intertorem turris in medio cardinis fere exanimis prostratus decubuit : sic itaq; mansit integra die . Effect igitur Marchus spiritu & uiribus deficiens : quod incolumis patrare solitus erat . Vnde moriens se se in media porta intrantibus obicem opposuit : ut nemo nisi supra eum intraret : cum nullus dum uiueret contra eum ingredi potuerit . Rex uero solitum impetum ad arcem dirigens neminemq; resistentem prospiciens : apponi iussit ad murum scalas : ascendentes nobilem uirum semiuiuū reperiunt : castrum non se custodientem : arbitantes igitur qui ascenderant castellanum mortuum ad regis presentiam supra humeros detulerunt : lacrimatus est igitur rex ob uiri illius ingentem uirtutē : curamq; de eo gessit remediisq; adhibitis : paululum conualuit . Cum itaq; rex ob

*mirus facinus*



eius egregia gesta ac pertinacissimam fidem plurima ob-  
tulisset: absit inquit Marchus ut a te o rex aliquid capiam  
qui gloriam qui honorem arripuisti meum. Erat mihi  
sempiterna gloria in arce mori: quam tu ut uiuerem ab-  
stulisti: ibo si permittis ad dominum meum libens: ut  
uitam adimat quam tu in uicto donasti: Sed quid agam  
fidem ei prestisti quam non nisi morte persolvere poteram  
perpetuas igitur contra te o rex agam querelas qui ne  
fidem persoluerem impedisti: tandem Marchus a rege  
dimissus: Didacum eius dominum in Affrica exulante  
mestus adiit: a quo gratissime receptus: cumque rei se-  
riem cognouisset: die una percelebri cum a multis nobi-  
libus Guterrii fides & constantia ad astra usque tolleretur  
ad eos ait Didacus. Verissimum atque fidelissimum Gu-  
terrium extitisse castellanum nemo ambigit. Verumptamen  
castrum libenter reciperem meum: Marcho fiducialiter  
commissum: quod insulsum atque seuum & inhumanum  
uerbum cum Marchus audisset: seque de fide incusatum  
nec illam satis domino prestuisse putans: illico curiam  
regis Legionis peciit: uillissimisque uestibus inductus pro-  
lixam barbam: negligentemque deferens capillos: inter  
canes uenatorios se in regis aula recepit: atque cum illis  
panem angustie in terra pluribus sumpsit diebus. Tandem  
a quibusdam nobilibus notus relatum est regi. Marchum  
Guterrii inter eius canes uitam agere. Admiratus rex  
cum eum eflagitasset cur illud egisset: ille rem gestam  
apud Didacum dominum suum enarrauit: effusis lacri-  
mis supplicans ne rex ipse pateretur ut profugus & tanquam  
proditor per mundum discurreret: etque morem gereret:  
ut fidem ipse seruaret castrumque ei redderet: cui rex pru-  
dentissimus: libenter inquit te ab eo periculo liberabo:  
effectus igitur illico castrum ut erat armis & uictualibus  
munitissimum ei redderetur: illudque Marchus cum uellet

98 *Hac enafuca say*  
*dedat 9*  
*basal fidel*

domino restitueret ac fidem seruaret: Marchus itaque le-  
tus arcem plene possidens ad Didacum scripsit ut ueniret  
castrum suum recepturus: petens ut fidem homagiumque  
remitteret: cui Didacus fidem uiri admirans ei rescripsit  
ut arcem regi legionis traderet: eumque nihilominus a fide-  
litate & homagio liberans: consecranda certe & perpetuo  
illustranda est illius immortalis uiri fides: quam non  
aliter arbitratus est se plene domino soluere potuisse:  
nisi ut castrum redderet aut uitam: nec a fide se uerbis:  
sed facto: non fame: sed morte liberatum credidit. sed  
nec minus liberalissimi atque magnificentissimi regis ex-  
tollenda est liberalitas que ut Marchi constantissimum  
perpetuum fidem seruaret optatissimum sibi & a se preciosum iocale exuit  
non modo precio numario: sed multorum sanguine com-  
paratum: hic nobilis Marchus imitatus est claros uiros  
Castinatos qui cum Hanibalis obsidionem paterentur  
alimentorum facultate defecti: lora coraque necessariis  
usibus subducta atque a scutis detractas pelles: feruenti  
aqua resolutas ederent: tali cibo uti sustinuerunt: ne  
fidei constantiam Romanis prestitam uiolarent. Nec  
aliter quidam Cretensum nobilis animus egit: qui in  
arce obsessus ad ultimam penuriam compulsus fuit: ac  
iumentorum urna sitim correxit: quia dum uinci timuit  
id passus est quod uictor eos pati cogere non potuisset  
ut ait Iulius Frontinus: sed de eximia fide & constan-  
tia antiquorum in custodiendis arcibus lacus tangimus  
in libro de Castellanis & bellorum ducibus quem nuper  
edidimus. Hoc tempore sedit in cathedra Petri Innocen-  
tius .iii. in imperio prefatus Otto de quo paulo ante  
diximus.

Capitulum .xxxviii. de Henrico primo qui post  
destructionem Hispanie .xxxiiii. loco regnauit: &  
de intempestina eius morte.



**H**ENRRICVS huius nominis primus filius incli-  
tissimi Alfonsi .viii. regis Cestelle & Leonore filie  
Ricardi regis Anglie .xxiiii. rex fuit a Pelagio primo  
rege post cladem & .lxxi. ab Athanarico primo rege  
Gothorū : regnare itaq; incepit anno domini Millefimo  
ccxiiii . regnauit annis duobus : hic cum esset puer . xi .  
annorum : statim mortuo Alfonso . viii . patre suo : in  
regem assumitur : matre eius defuncta : regni guberna-  
tionem suscepit nobilissima domina Berengarta soror  
sua : parum tamen post Aluarus comes filius Nunnii  
comitis specialem curam regis pueri suscepit : hic tēpore  
Alfonsi : viii . patris Fernandi : potentia : diuiciis &  
fauoribus existens plurimum creuerat : insoleus itaq; ef-  
fectus non parua dissidia seminauit & contra dominam  
Berengartam guerrā mouit : & temptauit puerum regē  
filie regis Portugalie nuptui tradere : quinimo Aluarus  
ipse oblitus fidelitatis : immemor beneficiorum : crude-  
lis in patriam unitatis hostis plurima discrimina regno  
attulit & bellum contra regem & matrem Berengartam  
aperre gessit : quia scriptum est : homo apostota omni tē-  
pore iurgia seminat & iterum semper iurgia querit impi-  
us & discordias prouocat : & rursus sapiens ait : homi-  
nes pestilentes dissipant ciuitatē : sed uerū est quia Ar-  
stotele teste in . iiii . politicorum existentes in excessibus  
fortune : potentie aut diuiciarum : subici nec uolunt nec  
sciunt : quod uidere libet in pueris infanti etate gaudē-  
tibus qui propter delicias etiam parentibus & doctori-  
bus subici nesciunt : quare subdit idē philosophus quia  
non contingit bene principari qui sub principe non fuit  
aut bene subici non consueuit . Temptauerat enim Al-  
uarus ut diximus Henrricum regem puerum : filie regis  
Portugalie nuptui tradere : regna & magnatibus regni  
inuitis : idq; de facto obtinuit : & quia se contingebat

consanguinitatis gradu : nec ad quietem regni expedie-  
bat : ab Innocentio papa . iiii . celebratum est inter eos  
legittimum diuortium : super quo emanauit illa famosa  
decretalis : & si necesse de donacionibus inter uirum &  
uxorem . Sepe unita coniugia inter sanguinis uinculo  
coniunctos : prauos exitus parturire conspiciunt : idq;  
scriptura sacra nos docet : ait enim Daniel in altera uisi-  
onum suarum : se ferrum uidisse mixtum teste fictili : que  
licet commiscebantur humano semine : non tamen adhe-  
rebant : quemadmodum ferrum teste terre commisceri  
non potest : quod uerbum sacri interpretes de Romano  
regno exponere uisi sunt . Illud enim diuidendum erat in  
orientale & in occidentale ut coniungeretur facta sunt  
plurima conubia : & de Marcho Antonio & Cleopatra  
Sed & plurimis aliis libet reperire : qui licet humano se-  
mine commiscebantur : non tamen amicitie uinculo sibi  
ipsis adherebant : quinimo eo grauiores surgunt inqui-  
etudines . Vt igitur ad Henrricum reddeamus celebrato  
diuortio cum moram traheret apud Palētiā . casualiter  
obiit . Nam eo ludente cum ceteris pueris nobilibus te-  
gula cecidit & cerebrum eius illisit : siquidem minus  
prouide custoditus : quidam ex domicellis tegulam ludi  
gratia proiciens : regem in capite uulnerauit . Ex quo  
post duos dies spiritum exalauit : post cuius obitū plu-  
rima disturbia Aluarus comes procurauit . Sed tandē  
inclitus Fernandus filius Berengarie : ut iustum & de-  
bitum erat in regem Castelle feliciter est assumptus : que  
tamen simul & Berengariam comes Aluarus insequen-  
tur : postea tamen diuino iudicio idem comes per mili-  
tes Berengarie & regis Fernandi filii sui captus est : &  
qui multos offenderat & fidelitatem debitam non serua-  
uerat : in offensorū manibus iuste deuenit : carceribusq;  
manipatur : quos non euasit : nisi plurima castra que

ista dec. emanant sup ma-  
trimonio gao Inuifalsonum  
regum legion & filliam  
regis castelle ut ipse rex  
dint

aliquiut qd fuit

hoy a pag del rey de cast  
lla por de rfer 3 la  
a Castilla m d al 37  
Hecerr. l. Inuif

Aluarus comes

no m.

João Lara de la  
capitular



occupauerat restituerat : Sic itaq; impletum est in eo illud sapientis : qui in altum mittit lapidem cadet super caput eius : Aluarus itaq; lapidem scandali misit in altum : ut altum uidelicet & eminens sceptrum regis deprimeret : digne igitur cecidit super caput eius : deus enim in laqueo suo humiliavit eum : quia teste sapiente : qui parat alteri scandalum offendetur in eo : superbus Amon & dissipator unitatis qui erat secundus a rege : incidit in scandalum quod regine & Mardocheo parauerat . Sic & Camillo consule faliscos proditionis supplicium luisse comperimus : quod aliis parauerant . Sedit tempore huius Henrici in cathedra Petri Innocentius . iiii . in imperio uero Otto . iiii . de quo paulo ante diximus .

**Capitulum . xxxix . de gloriosissimo rege Fernando qui post cladem Hispanie . xxxv . loco regnavit in Castella & Legione : & quomodo utrumq; regnum fuit in eius persona unitum : & declaris eius filiis & quomodo Bethicam tota recuperavit & de uictoriis & clarissimis eius operibus uirtutibus & uictoriis .**

**FERNANDVS** excellentissimus huius nominis . iiii . filius Alfonsi regis Legionis & domine Berengarie filie inclitissimi Alfonsi . viii . regis Castelle . xxxv . rex fuit a Pelagto primo Hispanie post illius cladē & lxxii . ab Athanarico primo rege Gothorum : regnavit annis . xxxv . hic mortuo casualiter ut premisimus Henrico auunculo suo : cepit regnare in castella año dñi Millefimo . ccxvi . qui uiuente Alfonso rege Legionis patre suo regnare incepit in Castella . postea uero . xvi . anno regni sui predictus Alfonsus Fernandi pater decessit : cui Fernandus ipse successit in regno Legionis . In regno uero Castelle successit ex predicta domina Berengaria

filia primogenita inclitissimi . viii . regis Castelle sine liberis masculis decedentis . Itaq; regnum Castelle dicte domine Berengarie naturali optimoq; iure debebatur : sic igitur Fernandus ex patre in regno legionis ex matre in Castella regnavit : fueruntq; in eius personam regna unita : que unio & reintegratio monarchie Hispanie facta est anno domini Millefimo . ccxxxii . duxit itaq; duas uxores successiue Beatricem filiam ducis Barbantie electa in Imperatorem Alamanie : ex qua genuit Alfonsu . x . qui post eum regnavit : genuit deniq; Fredericum & Hemanuelem & Philippum & Sancum & Henricum hic Henricus Fernandi filius longo tempore exulauit tempore fratris sui Alfonsi ut sub eo dicitur . Defuncta uero Beatrice contraxit cum Iohanna filia comitis de Pontis : ex qua genuit Ludouicum & Leonoram : hic Fernandus gloriosus rex fuit qui proprie augustus dici potest : quia plurimum regna auxit : laudamus Camillu pro eo q; patrie fines dilatauerit : sed longe plus Fernandus perpetuis laudibus consecrandus est : qui tante uirtutis fuit ut & bona patrie auxerit & mala in hostes trastulerit : licet enim in eius personam regna unita fuerint postea tamē diuino assistente auxilio longe maiora regna & dominia lucro fidei attulit : uicit enim plurima bella contra perfidos Machometes : recuperavit deniq; Hispalim : Cordubam & partes adiacetes : necnon uniuersam Vandaliā & Bethicam : fuit deniq; Fernandus religiosissimus : nec enim tantum laudandus est q; de nobilissima & antiqua regum prosapia originem traxerit : quantum q; uictorias ingentes consecutus sit : sed de hoc inter cetera predicandus est : q; inter fulgura palatii & honorum culmina . deum timuerit : ecclesiam coluerit & inter regalis sanguinis & diuiciarum affluentiam : materiam uirtutu non deseruerit : dicente scriptura sic protegit

*Ho quo tempore fuerunt unio  
regna castelle & legionis  
anno dñi 1232 - 1<sup>o</sup> capitulo  
beatorum regum dñi quod  
Bethicam eleuauit  
enque uictoriis adon alie  
satis 10  
2<sup>o</sup> con uictoria infra  
conde de capruente*

*locos ba*

*in dñi  
lancasterie  
ne lya del  
duca de  
Ineria*

*bon 7*



sapientia quod non protegit pecunia: hic princeps sacri-  
ficiis & orationibus assiduus erat: Alexandrum superas  
de quo ait. Q. Curtius quia eo sacrificante omnis homi-  
num turba deorum laudibus uacabat: Nec ad bella per-  
gebat: quin deos suis precibus conciliaret: rediensq; de  
castris primo templa quam aulam petebat: Rursus hic  
Fernandus armis excitatus fuit: laborum bellicorum pa-  
cientissimus: toto fere uite sue tempore bellorum contra  
infideles iustissimo exercitio uacabat: sciebat enim quia  
ut Cato Censorius & Vegetius de re militari referunt  
ars & exercitium solent prestare uictoriam: non enim  
multitudo militum: non numerus annorum: non splen-  
dencia auroq; fulta arma triumphum uincendi compa-  
rant: sed bellandi exercitatio & frequens usus: nutrit  
enim audaciam conferendi frequetia: quia eodem Catone  
teste: nemo facile metuit quod se fecisse sepe confidit: qua-  
re Fernandus ipse suos milites uerbis sapientissimis: &  
congressibus frequentissimis ad armorum exercitium  
commonebat: inquiring illud sapientis Vegetii: quia  
in pugna amplius solet usus prodesse: quires: na si do-  
ctrina & usus cessat armorum: nihil uillanus differt a mi-  
lite: rursus semper illud Augustini. iii. de ciuitate dei  
in ore gerebat quia per annos septingentos & unum ab  
Hostilio tullio usq; ad Augustum cesarem: una tantum  
estate Romana uiscera sanguinem non sudauerunt. de-  
niq; fuit Fernandus in ordinandis aciebus prudentissi-  
mus: in congregando strenuissimus: deniq; pius man-  
suetus deo & hominibus carus: humilissimus quoq; fuit  
quare merito uictorissimus fuit: quia scriptum est: uir  
humilis loquetur uictorias: sepe enim totius fere Africe  
Mauri contra Fernandum transfretauerunt: Hispaniaq;  
ualida manu uastantes: quos Fernandus mirabiliter  
fregit: & contra eos diuina potentia uictor euasit: hic

Fernandus ut alter Alexander quem Iustinus comme-  
morat: tam gloriosus in preliis fuit: ut cum nullo hoste  
congressus est: quem non uicerit: nullam urbem obsedit  
quam non expugnaret: nullam gentem agreditur: qua  
non calcauerit: fertur in ore eius ille propheticus uersus  
semper resonabat: dominus mihi adiutor & non timebo  
quid faciat mihi homo: quia igitur in deo confidit: fu-  
gerunt a facie eius inimici illius & requiem dedit illi al-  
tissimus & liberauit eum a concussione & afflictione ho-  
stium suorum & per eum contriuit dominus baculum  
impiorum: uirgaq; iniqui dominantium confregit: quic-  
quid animo concepit ac agere cepit: feliciter deo adiuuante  
compleuit: dimisitq; amplissimum principatum Alfonso  
decimo filio suo a mari oceano usq; ad mediterraneum  
& quicquid in illa infelicissima clade tempore regis Ro-  
derti ultimi regis Gothorum Sarraceni occupauerunt:  
Fernandus ipse post multa annorum spatia felicissime  
recuperauit: Regem uero Granate tributarium fecit. na  
ut ait Cusentinus omni die mille Morabetinos aureos  
ei persoluebat & ad illius curias uenire tenebatur & uo-  
catus etiam contra Mauros. ccc. milites mittere astrin-  
gebatur. fuit deniq; hic gloriosus princeps: tante mo-  
derationis & uirtutis ut nunq; nisi iustis ex causis cuiq;  
bellum indixit: illud Augusti Octauii semper comme-  
morans uidelicet iactantis esse animi & leuissimi ardore  
triumphandi & ob Lauream id est folia infructuosa in-  
discrimen per incertos euentus certaminum securitatem  
fidelium cuium precipitare. & iterum aliud Scipionis  
semper in ore gerebat: malle se unum cuem seruare: qm  
mille hostes occidere. hic catholicus Fernandus de tot &  
tan preclaris uictoriis non intumescens: nec de tanta do-  
miniorum amplitudine superbiens: uictorias ipsas deo  
altissimo tribuebat: & incrementa fidei ac cristiane religionis



potius q̄ terrene dominationis mente gerebat : atq̄ pro  
ea fide assiduis periculis se exponebat : de quo uertus q̄  
de Pyrrho dici potest : quia non satis erat illi pro salute  
pugnare : nisi salutem pro fide contemneret . Hic prin-  
ceps interrogatus : cur longe plus regni fines auxisset :  
q̄ multi eius primogenitores . quippe qui recuperauit  
que illi perdidit : respondisse fertur uerbum suo au-  
ctore dignum : & sempiterna commemoratione dignum .  
patres inquit mei fortassis animo gerebant principatum  
terrenum exaltare : potius q̄ fidem plantare : augere sibi  
populum multum : sed non stabilire diuinum cultum .  
quare decepti sunt in adinencionibus suis . Itaq̄ ad ce-  
lum oculos uertens : tu domine qui scis corda & renes  
hominū nosti : quia non meam : sed tuam gloriā quero  
non tan caducorum regnorum : q̄ fidei tue cristianeq̄ re-  
ligionis augmentum desidero . Deniq̄ semper illud in  
ore gerebat : quia non propter eius merita : sed propter  
infidelitatem hostium : omnia prospera ei successissent .  
Sciebat enim deuotissimus princeps : quia sic Moyses :  
sic Iosue : sic Dauid uicerunt regna . tunc enim prostra-  
runt hostes : cum pugnarunt animo tuendi & augendi  
religionem unius ueri dei . Sic & Iosaphat rex Iuda : di-  
cebat militibus suis : credite in domino pro quo pugna-  
tis : & securi eritis : & nehemias . deus inquit noster pro  
quo pugnamus : pugnabit pro nobis & dabit uictoriā  
nos ipsi faciamus opus . Nihil profecto tantum ad ui-  
ctoriā confert : q̄ recta bellandi intentio in uera iusticia  
stabilita . Scriptum est enim : iustus iuuabitur in die pe-  
riculi sua iusticia : & iterum iusticia eleuat gentes . hinc  
& apostolus bellare admonet per arma iusticie & loriciā  
fidei . Nam ut scriptura commemorat : sancti per fidem  
uicerunt regna . Iusticia autem belli ex ipsa recta bellantis  
intentione procedit : dicente Augustino : illa bella iuste

iuste suscipi posse : in quibus non est nocendi cupiditas :  
ulascendi crudelitas : & libido dominandi . tali quippe  
intentione bellantibus : uictoria promittitur . Nam ut  
inquit Gregorius : non deerit certantibus optata uictoria  
si desit in animo humana gloria . hinc Bernardus : ex cor-  
dis inquit affectu : non belli euentu pensatur uel periculi  
uel uictoria cristiani hominis : quia si bona fuerit causa  
pugnantis : pugne exitus malus esse non potest . Rursus  
Ambrosius : O homo ideo non uicisti : quia de tuo pre-  
sumisti . Qui uero bella etiam contra infideles gerit : nō  
augende aut tuende religionis gratia : sed amplioribus  
dominiis potendi aut quadam humana gloria : parum  
uictoria fruitur . Sic Romani qui ut ait Augustinus nō  
diligebant gloriam propter iusticiam : sed iusticiā prop-  
ter humanam & inanem gloriam : ingentes clades passi  
sunt : & quanq̄ pro puniendis orbis malis aliquando ce-  
lenter bella confecerunt : ipsam tamen uictoriā celerius  
perdiderunt : quod facile comperiet qui recolet q̄ diutur-  
na bella a ueteribus gesta fuere : q̄ uarios euentus : q̄ lu-  
ctuosas clades : & q̄ parū diuturnas uictorias experti sūt .

**Capitulū . xl . de nonnullis incidentibus que huius  
Fernandi tempore in diuersis partibus occurrerunt  
& de ortu pestifere parcialitatis in Italia uidelicet  
Guelforum & Guebelinorum : & quomodo eo tem-  
pore per Iacobum regem Aragonie Maiorca & ce-  
tere insule baleares lucro fidei acreuerunt & de felici  
obitu huius Fernandi : & quomodo prohibuit sibi  
fieri statum : & de diuisione in impertio : & qualiter  
in discordia electus fuit Alfonsus huius Fernandi filius**

**FERNANDI** igitur predicti tempore : uaria in or-  
be occurrerunt digna relatu : Nam seua est orta



parcialitas in Lombardia inter eos qui fauebant parti ecclesie Romane & fauentes imperio. ex quo tempore incepit pestifera parcialitas Gebellinorum & Guelforum que fuerunt nomina duorum fratrum in Tuscia: qui in has duas partes se diuiserunt. Gebelinus enim sequebatur partes imperiales. Guelfus partes ecclesie ut Consentinus ait. Rursus eiusdem Fernandi tempore. Iacobus rex Aragonum: cum Fernandi regis adiutorio summa strenuitate insulas baleares: que Maiorca & Minorica dicuntur a Sarracenis deuicit: & lucro fidei addidit ut Consentinus refert. Postquam igitur Fernandus omnia feliciter peregrisset. tandem ut deo placuit: licet cum grauissimo cristianitatis damno potius quam suo beatum dedit deo spiritum qui eum creauit: quo die audite sunt uoces in celo: en mortuus iustus & nemo considerat. Cuncti fideles ob eius obitum incessabiliter flebant dicentes: utinam talis princeps aut non nasceretur: aut non moreretur quo nullus ante eum bellis felicior fuit aut in pace moderatior. In cunctis liberalissimus: in amicos fidelissimus. Habent enim Hispanorum annalia: quia cum hic gloriosus princeps in agonia mortis esset constitutus: a quodam milite interrogatus est: quale sepulcrum aut statuam sibi iubebat apponi. Cui ille: immaculata inquit ut potui uita mea ac gesta sunt mihi sepulcrum & statua. Imitatus Catonem seniore ad quem cum amici dicerent plurimorum ubique principum erecta fore insignia sepulcra & statuas. Ille malo inquit ut homines flagitent: cur Carbonis statua posita non est: quam cur est posita. Rursus cum Fernandus paulo ante eius obitum non ignoraret precium ab infidelibus esse datum pro eius morte: dicebat ad suos. me inquit non querunt: sed patriam. putant enim Mauri facile Hispanias obtenturos: si Fernandus moreretur: sed & credunt Hispaniam ipsam uincta non

Ex Isaia. l. 57. vers. 1.

posse: si Fernandus non uinceretur: nec aliter teste Polibio. Scipio iunior de se dicebat. Recte inquit qui patriam oppugnant: me prius uolunt de medio tollere. Non enim Romam casuram putant Scipione superstiti. Nec uictum Scipionem si Roma ceciderit. Huius gloriosi Fernandi regis tempore ut scribit Martinus Cusentinus: quoddam mirabile ad nostre catholice fidei defensionem accidisse fertur. Nam cum apud Toletum quidam iudeus gratia ampliandi uineam suam rupem cominuisset: in medio saxi concauitas reperta est ubi liber erat folia lignea habens: descriptus tribus linguis: Hebreis: Grecis & latinis. scriptura uero quasi unius psalterii uidebatur. Hic liber de triplici mundo diserebat ab Adam usque ad Antichristum. principium uero tercii libri incipiebat a Christo sic exordiens. in tercio inquit mundo filius dei nascetur in mundo ex uirgine Maria: pacieturque pro salute hominum: quod cum iudeus conspiceret: statim cum familia sua sacro fonte renatus est. In fine itaque libri dicebatur: quod tempore Fernandi regis inueniri debebat. Sed de huius gloriosissimi Fernandi regis deuotione: religione: pietate: strenuitate: ceterisque eius innumeris uirtutibus: & triumphantissimis uictoriis parum a nobis in hoc epilogo dicetur. Exigerent enim preclara gesta eius integrum uolumen. Accedit quia Rodericus Toletanus archiepiscopus in hoc Fernando. iii. etatis sue contemporaneo historiam clausit. Cuius uitam: gesta atque preclara facinora in calce historie sue discrete contexit. Temporibus huius Fernandi sedit in cathedra Petri Innocentius. iii. qui ad petitionem baronum: & totius regni Portugalie: deposuit uerius suspendit ab administratione regia: regem Portugalie dans illi coadiutorem Alonsum de quo habetur. m. c. grandi de suplena negli. prela. libro. vi. post obitum eiusdem



pontificis sedit Honorius . iii . natione Romanus : post cuius obitum sedit Gregorius . ix . natione Campanus & Celestinus . iiii . natione Mediolanen . Romanum uero imperium gerebat Fredericus . ii . Henrici quodam imperatoris nepos qui Ottone iam deposito ab electoribus imperii: consilio & presidis Philippi regis France: imperator est electus anno Milleesimo . CCX . ut refert Vincencius . Hic Fredericus coronatus fuit Rome ab Honorio . iii . de facto tamen imperauit non iure : qui tandem depositus & obstinatus anathema Apuliam petit quem egrotantem Manfredus filius eius naturalis ad regnum Sicilie ambiens : timens quia conualesceret fecit suffocari . quo mortuo electores imperii in duos se diuidunt : quidam Alonsum regem Castelle filium huius Fernandi . iii . alii Ricardum comitem Cortumbie : fratrem regis Anglie : quo scismate longo tempore durate tandem Alonsum rex Castelle celo ut aiunt cristiane pacis succensus & Gregorii pape precibus resignauit . Ricardus denique mortuo electus est Rodolfus comes Aneburgensis . Verum licet propositi nostri fuerit genealogiam & ortum regum & regnorum Hispanie : clarioraque eorum gesta & successus solum a tempore huius Fernandi . iii . usque ad moderna tempora Henrici quarti nunc feliciter regnantis contexere : pro eo quia idem Rodericus archiepiscopus in sua cronica precedentium regum generationes : gesta atque successus latiore sermone prosecutus est . Nos tamen quedam preclara ab eo intacta addentes : uolumus summatim & sub quodam epilogo genealogiam & successiones omnium regum percurrere qui ante Romanos & post eos : in Hispania principatum obtinuerunt : eos etiam qui ex Vandalis : Huguibus : Gothis regnarunt incipientes ab Athanarico primo rege Gothorum : & demum sequentium regum qui post miseram cladem

Hispanie : & a tempore Pelagii usque ad hunc Fernandum inclusue regnarunt . Contexuimus etiam clariora eorum temporibus gesta : necnon exterorum principum & clarorum uirorum acomdata exempla breuius quam uoluimus : ut tandem ceteros reges qui post eundem Fernandum : usque ad hec nostra tempora in eisdem regnis preuerunt successiones pariter & successus aptius continuemus .

**E**xPLICIT Tertia pars huius historie .



Incipit quarta pars historie Hispanie: in qua enarran-  
tur genealogie successiones & successus regum Hispanie  
post Fernādū .iii. usq; ad Henricū .iiii. nunc feliciter  
regnantē. Inserūtur deniq; egregia documēta ac preclara  
& comemorāda exempla antiquorū Romanorū: Grecoꝝ  
& aliorū Præcorū excellētū uirorū ad legētū instructionē

**VPEREST VT IVXTA POLLICI-**  
tum ordinē quartā partem attingamus  
in qua referūtur genealogie: successiones  
ac clariora gesta regū Castelle & Legionis  
& aliorū regū Hispaniarū post Fernādū  
.iii. qui Bethicā & Vandaliā a Mauris

recuperauit usq; ad Henricū .iii. nūc feliciter regnātē &  
dū Hispanicas res fideliter referimus: Romanorū & ex-  
teriorū principū similia exēpla pariter & documenta | mo-  
res & uitā hominū tangētia succinte recolemus & pri-  
mo de Alfonso .x. filio dicti Fernandi.

**Capitula quarre partis historie Hispanie.**

**Capitulū primū** de Alfonso .x. filio Fernandi .iii. & de  
Violanta eius uxore: & quomodo tēptauit aliā uxorē re-  
cipere: & de exitu eius rei: & de eius nobili prole ac de  
uirtutibus illius | presertim de solertia in legibus cōdēdis.

**Capitulū .ii.** de liberalitate huius regis Alfonso: & mira  
ad calamitosos cōpassione: & quomodo grandi pecunia  
redemit imperatorē Cōstantinopolitanū captiuatū a Sol-  
dano Babilonie: & de clari eius uictoriis cōtra mauros.

**Capitulū .iii.** quomodo Alfonso .x. recuperauit oppida  
de Niebla & del Algarbe post longā obsidionē & singu-  
larē perseuerantiā: & quomodo incōsulte liberauit regnū  
Portugalie ab eo tributo quo regibus Castelle tenebatur

ut ad eius curias ueniret: & de maximis scādalis prop-  
terea subortis.

**Capitulū .iiii.** quomodo hic Alfōsus .x. fuit electus im-  
perator Alemanie & de infelici eius rei: & de discordia  
inter sanctum Ludouicū regē France & eundē Alfonsū  
super iure regni: & de causis discordie: & quomodo fuit  
dissidium per matrimonium sedatum.

**Capitulū .v.** quare iste Alfonso .x. dictus est astrolo-  
gus: & quomodo de sensu suo presumēs: opera dei dixit  
melius fieri posse: & qualiter fuit diuinitus correptus  
de tanta arrogantia: & de infortunis & incomodis quę  
ex ea causa passus est: & de ceteris incidēciis tēpore suo.

**Capitulū .vi.** de Sancto .iiii. filio Alfonso: & de uirtuti-  
bus & uictoriis eius: & quomodo recuperauit a Mauris  
Tarifā & alia loca: & cōbussit magnā classē Sarracenorū  
& qualiter Alfonso patrē uenientē de império non ad-  
misit ad regnum.

**Capitulū .vii.** de quibusdā crudelitibus Sancii: & de  
bellis & scādalis ex ea causa secutis: & de singulari fide-  
litate Alfōsi Petri de Guzman obsessi in Tarifa: qui pas-  
sus est filiū interfici ne arcē assignaret: & de morte Sācii  
& de aliis occurrentibus suo tempore.

**Capitulū .viii.** de Fernando .iiii. rege Castelle & Legio-  
nis: & de mirificis uirtutibus domine Marie matris &  
tutricis eius: & quomodo omnes reges Hispaniarū disti-  
darūt eundē Fernādū impuberē & cōtra omnes obtinuit  
prudētia & meritis predictę matris eius & nobiliū uiroꝝ.

**Capitulū .ix.** de uirtutibus Fernandi .iiii. presertim in  
iusticia ministrāda: & de uictoriis eius: & qualiter recu-  
perauit a Sarracenis Gibraltar & alia castra: & de pul-  
cra fabula quā quidā antiquus Sarracenus sibi retulit: &  
de subita eius morte ut creditur propter certas indelibe-  
ratas & festinas cedes nobilium.



Capitulum .x. de Alfonso .xi. & de filiis & filiabus suis & de uictoriis eius cōtra reges Bellamarini & Granate : & quomodo Alcala la real & alia castra & de suis & repentinis cedibus quorundā magnatū & de magna ingratitude contra eos admissa .

Capitulū .xi. quomodo Alfonsus emēdatus de Senicia plurimū fuit humanus & magnificus . & quomodo sublimauit quendā Aluarū Nunnii de Osorto & de pessimo eius fine propter illius insolentiam .

Capitulū .xii. de preclaris uictoriis Alfonsi .xi. cōtra reges Granate : Bellamarini & Marrochitanū & prectosis spoliis in bello habitis quę Alfonsus per suos oratores Ro. pontifici trāsmisit . & quomodo idē Alfonsus lōgo tēpore & constantissime obsedit las algeçtras quas recuperauit . & qualiter quidā Sarracenu liberaret ciuitates ab obsidione tēptauit regē Alfonsū in suo tentorio proditorie interficere . & de singulari clemētia qua erga eum usus est . & quomodo idē Alfōsus easdē urbes populauit

Capitulū .xiii. qualiter Alfonsus .xi. predictus obsedit oppidū de Gibraltar & de peste superueniēti ī castris eius & de singulari perseuerātia in obsidione . In qua tandem peste obiit relicto herede Petro eius primogenito & de lamentabilibus : sed perpetuo memorandis uerbis Alfonsi ad suos tēpore mortis prolatis . ac de aliis prudētissimis sentenciis & futuris uaticiniis cuiusdā greci regis cōsiliarii ad Petrum libere habitis .

Capitulū .xiiii. de Petro primo huius nominis rege Castelle & Legionis .xl. rege post irruptionē Hispanie . & de causis odiorū inter eū & Blācā reginā uxorē suā . & quomodo & per quē rex ipse fuit maleficiatus & de sinistris successibus huius rei & qualiter maleficio & arte demonum similia fieri possint .

Capitulū .xv. de prole regis Petri & de moribus ac uiciis

eius signanter de plurimis crudelitibus quas infratres propinquos ac nobiles & regnicolas exercuit . & de quodā sapiēti respōso regi Petro dato a quodā prudētī greco .

Capitulū .xvi. de singulari & detestanda cede iussu regis Petri facta de rege Granate dicto Rubeo ad eūdē Petrū secure & cōfidēter ueniēte . & de aliis homicidiis nobiliū & cuiū apud toletū factis & de irreuerētia eius ad matrē .

Capitulū .xvii. quomodo Henricus & alii fratres regis Petri fugiētes eius seuiiciā : regē Aragonū petierūt . & de bellis inter dictū Petrū & regē Aragonū & fratres Petri quomodo Henricus regni titulū assumpsit : & regnū Castelle potenter ingreditur .

Capitulū .xviii. quomodo rex Petrus & princeps Degales cū copiis Anglicorū pugnauerūt cū Henrico qui pro ea uice uictus fuit . & qualiter iuit in frantiā & recollectis gentibus Petrū insequitur : & tādē eū interfecit apud oppidum demontiel & de aliis dignis rebus que pro tunc acciderunt inter eos .

Capitulū .xix. de Henrico .ii. rege Castelle & Legionis & de calamitatibus quas passus est post interfectionē fratris . & qualiter predicta fratricidia Petri & sua in eis & eorum posteritate punita creduntur .

Capitulū .xx. quę regū delicta pro rei publice quiete plerunq; toleranda sunt non uindicāda . & de malis que seculantur ex talibus homicidiis & uindictis quod ostenditur plurimis documētis & exēplis sacre scripture . & de ceteris incidentibus tempore huius Henrici .

Capitulū .xxi. de Iohanne .i. rege Castelle & Legionis dicti Henrici filio . & de clarissimis uxoribus & filiis eius & de bello cū Portugalensibus & de causis eius . & de infelici fine eiusdem belli .

Capitulū .xxii. de secūdo bello inter Iohānē regē & ducē Alencastrie filiū regis Anglie . & de causis eiusdē belli



& de cladibus & malis ex eo secutis . & eadē de felici cōcordia per matrimoniū Henrrici filii Iohannis regis cū Catherina filia dicti ducis . & de iopinata & festina morte eiusdem regis Iohannis & de illius uirtutibus & accidētibus suo tēpore in ecclesia dei .

**Capitulū . xxiii .** de Henrrico . iii . Iohannis filio rege Castelle & Legionis & de clarissimis filiis eius . & de infante Fernando eius fratre minore natu . postea rege Aragonū & de uxore & inclitis filiis eius & quomodo omnes Hispanie uix tantā nobilitatē sustinere potuerunt .

**Capitulū . xxiiii .** de uirtutibus huius Hērrici . iii . presertim de ingenti eius religione & de iusticia | & liberalitate . Demū de filiabus eius quibus nupsērunt | presertim de uirtutibus Marie que data ē uxor regi Aragonū & de tēpestina morte dicti hērrici & de occurrētibus suo tēpore

**Capitulū . xxv .** de Iohāne . ii . Henrrici filio rege Castelle & Legionis qui regnare incepit in cunabulis & de Catherina matre & Fernando patruo tutoribus eius . & de uxoribus & filiis & filiabus suis . & de preclaris uictoriis Fernādi tēpore infātie Iohannis . & qualiter recuperauit antiquerā & singulari fide & igētibus uirtutibus Fernādi

**Capitulū . xxvi .** de uacatione regni Aragonie per obitū Martini regis | tēpore dicti Iohānis regis Castelle & de cōpetitoribus in dicto regno . & qualiter Fernandus cū prestidiis regis & regni castelle regnū Aragonie optinuit captuato comite Vrgellē .

**Capitulū . xxvii .** de singulari cura & industria Iohannis regis Castelle & Fernandi regis Aragonū pro extirpatione scismatis in dei ecclesia . & qualiter pro bono unionis se subtraxerūt a benedicto . & quomodo sūmis affectibus laborarunt pro cōgregatione concilii Constāciē & de unione ibi secuta .

**Capitulū . xxviii .** quomodo Iohannes rex Castelle duxit

uxorē inclitā Mariā filiā Fernandi patruī sui . & de matrimonio Henrrici infantis cū Catherina sorore Iohannis & de dissidiis ex ea causa subortis . & de Iohanne rege Nauarre & Blanca uxore eius . & de Aluaro de Luna miro modo acceptissimo regi Iohanni . & quomodo Iohannes rex Nauarre & fratres Aluarū persecuti sunt .

**Capitulū . xxix .** de intestinis dissidiis inter Iohannē regē Castelle & Alfonsū & Iohānē regē Aragonū & Nauarre & fratres suos occasione Aluari . & quomodo infans Henrricus a Iohanne rege Castelle fuit bis incarceratus & tandē relaxatus . & de magna congregatione exercitus utriusq; partis & de concordia inter eos facta per mediū legatū apostolici & inclitarū reginarū castelle & aragonie .

**Capitulū . xxx .** de clarissima uictoria Iohānis regis Castelle cōtra Sarracenos . & de innumera multitudine Arabū occisorū . & de iterata discordia inter Iohannē regem Castelle & Iohānē regē Nauarre & infātē Henrricū propter Aluarū de Luna & gubernationē regni . & quomodo obsederūt & ingressi sunt oppidū de medina ubi erat rex Iohannes . & de reuerentia ei exhibita & fuga Aluari .

**Capitulū . xxxi .** de redditu Aluari ad regē . & de iterata discordia . & de bello apud oppidū de Olmedo in quo Iohannes rex Nauarre & Henrricus & sibi adherentes fuerunt uicti : & de confiscatione dominiorū suorum . & tandē de concordia secuta . & infelici exitu illorum : qui contra regem arma mouent .

**Capitulū . xxxii .** de ingenti affectu Iohānis regis Castelle ad Aluarū de Luna cuncta regentē & cuius sūma dilectione nullis monitionibus nec iminentibus periculis retrahi poterat & tandē ob Aluari insolentiam : amor in odiū mutatus est . & quomodo singularius corda regum sūt in manu dei : que facile quo uult ea dirigit . & de nobilitate regalis animi & de multis exemplis que ad ema



rem adducuntur.

**C**apitulū . xxxiii . qualiter Aluarus de Luna predixit ruinam suā : quē tandē Iohannes rex Castelle apud ciuitatē Burgēn incarcerauit & facto legitimo processu decolari publice iussit dominiis & bonis partim cōficatis partim filiis concessis .

**C**apitulū . xxxiiii . de uirtutibus regis Iohānis & de eius felici obitu . & de erectione Henrici . iiii . filii eius in regē eo uiuēte & de obitu Alfōsi regis aragonū apud Neapolī

**C**apitulū . xxxv . de scismate in ecclesia dei extirpato apud cōstātiā tēpore huius regis Iohānis Castelle . & de Martino papa ibi electo & de Eugenio eius successore . & de congregatione concilii Basiliēn tēpore eiusdem Eugenii & de infelici exitu illius congregationis & ceteris occurrentibus suo tempore .

**C**apitulū . xxxvi . de Henrico . iiii . filio Iohānis moderno rege . & quomodo in inicio regni sui quietauit omnes differētias cū Iohāne rege Nauarre sibi reconciliās barones extra regnū existētes . & demū quomodo post prestā reuerētā Calisto pape . ii . nouiter assumpto : regnū Granate potenter ingreditur plurimis magnatibus regni comitatus & quomodo duxit uxorē sororē regis Portugalie

**C**apitulū . xxxvii . de dissidio inter Iohānē regē Nauarre & Carolū filiū suū . & qualiter Henricus rex Castelle fauebat Carolo quo mortuo regnū Nauarre potēter ingreditur aliquas terras sibi subiiciēs . Deinde qualiter principatu Cathalonie Iohanni regi Aragonū rebellante Io . rex Castelle sūma moderatione usus dominū Cathalonie sibi oblatum nō admisit & de causis quare hoc fecit .

**C**apitulū . xxxviii . qualiter tēpore huius Henrici . iiii . oppidum de Gibraltar & plura alia loca recuperata sunt Mauris expulsis & de uirtutibus & preconiiis huius Henrici . & qualiter plurimos ad magnos honores

sublimauit & de ceteris preclaris ab eo & suo tēpore gestis . presertim qualiter fuit magnificus & liberalis . & qualis liberalitas est laudāda uel improbāda in principe .

**C**apitulū . xxxix . de strenuitate huius Henrici . iiii . & de eius humanitate : pietate & mansuetudine & ceteris illius uirtutibus : presertim de tēperantia & sobrietate . & quomodo fugiebat ornatū regiū & queuis molia delicamenta . Demū qualiter plurimos nobiles exaltauit . & quomodo delectabatur in uenacionibus & de incomodis huius exercicii frequentati .

**C**apitulū . xxx . de his que acciderunt in ecclesia tēpore huius Henrici & de romanis pōtificibus qui eo regnāte presuerunt : presertim de eorum laudibus & preclaris gestis & de opusculis auctoris huius historie sub eiusdem pontificibus & illorum iussu editis . & de Frederico imperatore & de duplici eius aduentu ad urbem romanam

#### **P**rologus in Quarta parte .

**C**ogit scribēdi ratio & rerū magnitudo ut in hac quarta & ultima parte post enarratas breui stilo genealogias successiones simul & successus regū Hispanie presertim Castelle & Legionis usq; ad gloriosissimū Fernandū huius nominis . iiii . qui Hispalī Cordubā & totā pene Vandalīā & Bethicā lucro fidei catholice adiecit : historiā ipsā cōtinuemus etiā genealogias : successiones & clariora gesta sequentū regū post eundē Fernandū usq; ad Henricum . iiii . nunc feliciter regnantē . Verū ut historiā ipsā pulchriorē elegantiorēq; reddamus solitū obseruabimus ordinem . Nam ad narrationes rerū Hispanarū aliqua insignia & preclara ac relatu digna gesta & dicta tam ex sacra scriptura : q̄ ex annalibus Romanorū priscorum & Grecorū similia exēpla aptabimus moraliaq; documenta



& sapientum sententias addemus ut qui hanc Hispanie  
historiā percurrerit . ceterarū etiā partū clariora facta le-  
gisse letetur . & aliquid ad humane uite informationem  
attigisse uideatur . Demū historiā ipsā rerū Hispanicarum  
altius repetemus . pro eo maxime quia prefati Roderici  
Toletani historia . regū sequentū tēpora nō attigerit . sed  
solū in eodē Fernando . iii . narrationē clausit . Itaq; age-  
mus in hac quarta parte de . xi . regibus qui post Fernā-  
dū . iii . predictū in Hispania . Castella uidelicet & Legi-  
one rgnarūt : atq; in prouinciis eidē principatui subditis  
& de eorūde regū genealogiis & successionibus ac claris  
gestis : nec omnia particulatim tangemus . sed solū illu-  
striora . quilibet enim rex pro rerū occurrentiū magnitu-  
tudine & uarietate . unū expeteret uolumen . si cuncta cō-  
texeremus . Verum quia in occurrentibus aut recentibus  
rebus scribere : nō parū discriminis & difficultatis uerti  
solet . pro eo q̄ iuxta scribentū uarias passiones plerūq;  
uaria aliquando ficta narrantur . Nos ueritatē rerū ge-  
starū pro scuto sumētes . nec adulationibus : nec odiis uin-  
cemur . Sed prout ex ueridicis Hispanie annalibus carpere  
potuimus . & ab egregiis & omni exceptione dignis per-  
sonis ab illis presertim qui nōnullis ex narrandis rebus  
interfuere didicimus : rerum gestarū seriē describemus .  
absit enim ut ipsa historiarū noticia que ad eruendā ueri-  
tatē inuenta est : contra eandē ueritatē militet : Nam teste  
Isidoro . sapientes preterita hominū gesta ad institutionē  
presentiū historiis demandarunt que & si sūmis retro tē-  
poribus acciderūt : si tamen ueritate nituntur q̄ maxime  
nos dirigūt atq; quodā certo testimonio admonent que  
sequi : que rursus uitare debeamus . quosdam enim longe  
magis priscorū gesta mouēt : q̄ uisa recenter . ut enim in-  
quit Gregorius ex transacta priscorū hominū uita didi-  
cimus qualiter nos in subsequenti conuersari debeamus

& casiodorus instructus redditur animus ad futura quā-  
do preteritorū preclara gesta ad memoriā recolimus . hinc  
poeta ait preteriti ratio scire futura facit . Ea de re Cicero  
cū de oratore agit . historia inquit tēporū testis . est ac lux  
ueritatis : uita memorie : magistra uite . Incipiemus igitur  
ab Alfonso . x . filio gloriosi Fernandi . iii . de quo paulo  
ante egimus .

**C**apitulū . i . de Alfonso . x . filio Fernandi . iii . & de  
Violāta eius uxore & quomodo tēptauit aliā accipere  
uxorē : & de exitu eius rei & de eius nobili prole & de  
uirtutibus illius presertim de solertia in legibus cō-  
dendis .

**A**LFONSVS huius nominis . x . glorioso Fernādo  
. iii . patri eius in regnis successit āno domini Mil-  
lesimo . cclii . hic . lxxiii . rex fuit post Athanaricū . i . regē  
Gothorū . & . xxxvii . a Pelagio . i . rege post cladē hispa-  
nie . Regnauit autē . xxxii . annis duxit uxorē Violantā  
filiā Jacobi regis Aragonie . ex qua cū prole nō susciperet  
arbitrans defectū generandi in ea fore misit oratores ad  
regē Dacie petens in uxorē speciosissimā eius filiā dictā  
Cristianā . Ille uero ob celebritatē nominis Alfonsi regis  
filiā comitatā pluribus nobilibus suis ad eum transmisit  
& tandē Hispalim applicuerūt . Interim uero domina re-  
gina Violanta ex Alfonso concepit & peperit inclitā Be-  
ringuelā . postea dominā Guadalfaiare . Cū igitur Alfō-  
sus intelligeret filiā regis Dacie ab eo tātopere exoptatam  
aduentasse ingenti rubore & uerecūdia confusus est : nec  
sciebat quo nā modo tante leuitati cōsuleret : non tamen  
illius pudiciā attēptauit . sed sūmo studio remedia inq̄-  
rebat : quod Philippus frater eius conspiciens qui erat  
abbas Valisoleti & de caueis rubeis ac electus ecclesie his-  
palēn clericatu dimisso : obtulit se Cristianā ducere i uxo-  
rem : que res gratissima admodū fuit regi Alfōso : deditq;

*Opinor autē hystorie  
mentū fuisse nūcupa-  
tione regine . Violā tam  
nā p̄ priuilegijs istius  
regis Alfonsi honorā  
nūcupatur . era . m . cc . xl . ij .  
Et aduentū suū de aliquo  
ignorante . que tūto a  
d . Al . el . lo . por . d . Al .  
el . 8 . cūa muge . ja  
Leon . Enafesa . 7 . d . Al .  
el . 10 . no . re . no . h .  
el . 12 . 52 . 7 . d . Al .  
el . 8 . re . in . ab . n . a . n . o . 1209  
que . ex . la . l . r . a . que . ab .  
l . i . r . a .*



filii et filie huius regis  
 alfonsi. p. p. ordinem  
 . berniguela  
 . gualdualfane  
 . fernandus  
 . amans. qui rex subcessit  
 . iohannes  
 . iacobus  
 . petrus  
 . berengaria  
 . leonora  
 . beatrix q. genuit ex  
 concubina que fuit  
 uxor regis alfonsi p. p.  
 in g. d. h.

in dotē aluā & Valdecorneia & alia plurima castra & do-  
 minia . sic itaq; perniciosū huius facti inittū accomodato  
 fure reparatur . Alfonsus igitur Violantā plurimū dilexit  
 & genuit ex ea Fernandū primogenitū qui postea cōtra-  
 xit matrimoniū cū domina Blanca filia sancti Ludouici  
 regis France: ut inferius tangetur . obiit autē Fernāus  
 ipse uiuente patre . genuit deniq; idē Alfonsus alios fi-  
 lios Sanctū uidelicet qui postea regnauit : ac Iohannē &  
 Iacobū ac Petrū : Berengariā & Leonorā . Ex concubina  
 uero genuit Beatricē que fuit uxor Alfonsi regis Portu-  
 galie . Ex qua genuit Dionysium qui fuit rex Portugalie .  
 Iohannes uero secundo natus eiusdem Alfonsi regis  
 fuit ualde strenuus & animosus in armis : duxit uxorem  
 dominā Margaritā filiā magnifici marchionis motuffer-  
 rati : ex qua duos filios genuit : hic Iohannes preclara  
 bella gessit contra Mauros : plurimaq; castra & oppida  
 ab infideliū faucibus eripuit : toto tēpore huius Alfonsi  
 exulauit infans Henricus frater eius ut ait Cusentinus  
 quia eundē Alfonsū fratrē non satis honorabat nec unq;  
 manū regis ut moris est uoluit osculari : quare idē Hen-  
 ricus Rome senator effectus est fauentibus sibi quibusdā  
 nobilibus : Tandē fauēs Corradino contra Carolū regē  
 Sicilie ab eo in regno uictus est . Vt igitur ad Alfonsū  
 redeamus fuit hic princeps excelsi ac magni animi & ad  
 grandia mentē dedit : nā ueluti teste ysidoro : Moises le-  
 ges hebreis tradidit . Lycurgus Lacedemoniis : Solon  
 Atheniensibus . Romanis uero Numa Pompilius prout  
 a numinibus acceperat . Sic hic Alfonsus legibus con-  
 dendis deditissimus fuit . Nam conspiciens per diuersa  
 uolumina plurimorū principū & populorū leges disper-  
 sas fore : eadē curiositate qua olim romani ius est . Illi  
 enim Augustino teste post Romā conditā ab Atheniē-  
 sibus leges Solonis receperūt : quas tamē postq; accepere

meliores ac comodiores facere conati sunt . Idq; et de  
 legibus Lycurgi Lacedemonii ferūt : quis Lycurgus ipse  
 ex Appollinis auctoritate leges illas se instituisse finxerit  
 quod romani credere noluerunt . Qua de re leges ut ab  
 hominibus non a diis latas admiserunt : Nec aliter Alfō-  
 sus effectit . leges enim romanas in regnis suis legi fecit  
 licet minime eis subiiceretur . Demū ex omnibus summa  
 moderatione & ratione ac equitatis uibramine . septē li-  
 bros quos partitas uocant instituit & salubriter cōpilauit  
 in quibus sacratissime leges non solū ad causas hominū  
 decidendas : sed ad diuinū cultū dirigendū augendumq;  
 continentur . Deniq; idē Alfonsus rerū in orbe gestarū  
 librū accomodatissimū per sapientes scribi fecit : quē ge-  
 neralē historiā hispani appellant . Rursus hic Alfonsus  
 ad arma strenuo se uertens : regnū Murcie a Carthagine  
 noua usq; ad Chinchillā a sarracenis recuperauit : Mur-  
 ciāq; cristianis populauit : quā ciuitatē plurimū dilexit &  
 illa fidelissima ei fuit in aduersitatibus suis ut inferius  
 tangemus :

**C**apitulum . ii . de liberalitate huius regis Alfonsi &  
 mira ad calamitosos cōpassione & quomodo grandi  
 pecunia redemit imperatorē Cōstantinopolitān cap-  
 tuatū a Soldano Babilonie & de claris uictoriis eius  
 contra Mauros .

**P**LVRIMIS quidē uirtutibus Alfonsus predictus  
 fuit presertim liberalissimus munificus atq; magni-  
 ficentissimus erat . inter plurima igitur illius principis  
 magnifica gesta breui aliqua differemus . Cū enim apud  
 ciuitatē Burgē solennissimas nuptias celebraret Fernādo  
 dela cerda primogenito filio suo cum domina Blanca filia  
 sancti Ludouici regis Francorū interfuerunt inuitati ab  
 eodē Alfōso multi p̄icipes de maioribus orbis . uidelicet  
 Philippus primogenitus eiusdem sancti regis Ludouici

hic alfonsus . p. fecit septem libros  
 legū . q. castellan . septē uocant  
 partitas .

generalis historia hic alfonsi  
 copillata fuit .



qui postea regnauit in Francia . Rursus Eduardus etiã  
primogenitus Anglie qui nepos erat filius sororis Alfõsi  
Itẽ infans Petrus primogenitus Iacobi regis Aragonie  
Itẽ infans Sanctus frater eius . Itẽ Fredericus & Emanuel  
& Philippus infantes fratres Alfõsi . Item Sanctus ac  
Petrus & Iohannes infantes filii eiusdem regis Alfõsi  
eratq; tanta in ibi congregata nobilitas . quanta a multis  
seculis pacis tempore coadunata non reperitur . quibus  
principibus tam excelsa tanq; assidua parabat conuiuia  
ut excedere uideretur Cayum Caliculam & Vitellium . q  
ut ait Suetonius . prandia & cenas simul regibus pararunt  
adeo ut in una famosissima cena duo millia electissimorũ  
magnorũq; piscũ . & septẽ milia auũ siluestriũ in edulũ  
preparasset : hic Alfõsus Metellũ excessit qui ut aiunt fa-  
mosã imo infamẽ fecit cenã . cuius excessum difficilius est  
referre q̃ intelligere . Itaq; nõ facile credi posset quãta fuit  
Alfõsi industria in eisdẽ festis atq; cõuiuĩs : quãtus mini-  
strorũ ordo : quãta sedulitas obsequii : quanta urbanitas  
hospitis . ubi Alfõsi iussu uictualibus in foris dimissis .  
nullus erat custos ut quisq; quibus uellet frueretur . nu-  
mularii publice aderãt qui omnibus forẽsibus quas pe-  
tebant pecunias dabãt : & erãt alii deputati ut si quẽ male  
uestitũ uiderent Illico indumentis iam factis tegerent :  
ne diferendo negare uiderẽtur . festis uero finitis . incre-  
dibilia dona eisdẽ principibus cõtulit nec fuit quisq; ita  
minimus qui regis liberalitate fraudaretur . Vt igitur pau-  
cis agã . tãta fuit eius liberalitas ut quẽadmodũ de ro . po .  
Valerius ait sicut tantũ accepisse uix inuidiã uitare potuit :  
sicut tantũ tribuisse gloria carere nõ potuit . Ceterum eisdẽ  
nuptialibus festis durantibus allata est oportunitas ut  
alia Alfõsi regis excelsa magnificentia & ingens pietas  
toti orbi claresceret . Cum enim Imperator Constantino-  
politianus ob cristiani populi demerita a perfido magno

nota

nota

Soldano Babiloniẽ bello uictus & captus foret : & de  
cem milibus marcharum argenti eius relaxatio esset com-  
posita Imperatrix uxor eius Romanũ Pontificem arces-  
sivit qui partem tertiam redemptioni donauit : Rex de-  
niq; Franciẽ cristianissimus certam quotam itidem per-  
soluit : poscebat igitur ipsa Imperatrix ab eodem Alfõ-  
so cuius liberalitatem & uirtutes audierat ut sibi atq; tã-  
pio operi subueniret . Alfõsus igitur honorifice Impe-  
ratricem suscepit . & in regia aula unacũ regina consorte  
locauit : cumq; conspiceret redemptionem Imperatoris  
in longum protrahi . considerans illud Ambrosii . quia  
illa uera est liberalitas ut fratres ac proximos tuos non  
despicias : si eos in manibus hostium cecidisse cognoscas  
Quoniam melius est ut ipse subuenias : quibus pudor  
est ab aliis sumptus deprecari : aut alteri postulare substi-  
dium : attendens deniq; quia proprium est liberalis &  
magnifici libẽter ac cito facere quia teste Seneca . Duplex  
est benignitas . cui accedit celeritas : quare idem Alfõ-  
sus Imperatori simul & Imperatrici compatiens eam ad  
prandium cum regina fecit inuitari : illa uero uouisse as-  
seruit . nunq; ad mensam sedere : nisi liberato Imperatore  
pariter & marito . Rex igitur Alfõsus audito tam insi-  
gni facinore coniugalis fidei . et simul & infortunio totis  
uisceribus compatiens ad Imperatricem uerba fecit : ex-  
orans ut leta & consolata pranderet : pollicens infra decẽ  
dies totam argenti summam liberaliter numeraturum .  
Addidit deniq; uelle oratores ad Soldanum dẽmittere q̃  
Imperatricem incolumem conducerent & pro liberatio-  
ne instarent : igitur infra eundem terminum uniuersam  
argenti summã persoluit : Voluit tamẽ id quod ab Impe-  
ratrice sumopere petiit . Vt Romano pontifici atq; regi  
Franciẽ quicquid ab eis exegerat illico restitueret : quod  
& nobilis Imperatrix effectualiter impleuit . Extollenda



certe & perpetuis laudibus consecranda est huius Prin-  
cipis liberalitas . quę enī excelsior magnitudo animi esse  
potest : q̄ magnum Principem a misera magni Principis  
seruitute abducere : & tantam pecuniam contemnere ut  
tantum principem redimeret : Nec enim fratrem & pro-  
ximum licet per multa terrarum spacia remotum atq; in-  
cognitum neglexit : quia ut inquit Gregorius : Vera cō-  
passio diuidi locis nō potest : & si corpore longe disun-  
gitur : mēte tamē quę diligit habet : Hic Alfōsus q̄m diu  
humilis fuit uictor extitit : quia scriptum est : uir humilis  
loquetur uictorias . Cum uero se supra se extulit & aro-  
gantiam induit : infelices successus expertus est . Huius  
enim regis temporibus Rex Granate munitus auxilio  
Maurorum Africę . rupta treuga quam cum Rege Al-  
fonso pepigerat : plurima castra regni Murcię ui obtinuit  
deinde obsedit ciuitatem de Xericio Imbethica & occu-  
para ciuitate arcem diuersis machinis debellabat : quam  
nobilis uir Garcias Gometii Carrillo custodiebat : dirup-  
tis igitur muris interfectisq; custodibus : solus Castella-  
nus mansit : qui ultra humanas uires non dixerim se . sed  
duo parua mētia quę intacta restabant . custodiebat . fe-  
citq; grandem stragem in Arabes . quod Rex Granate  
cōspiciens ne interficeretur sed uiuus omnino caperetur  
districtē p̄cepit quodq; ut facilius explerent : curuatis  
ferris eum traherent : qui carnes trahi undiq; maluit q̄  
uiuus capi : tādē amplius agere non ualens captiuatus  
est . Quem rex Granate ob eius ingentem fidem liben-  
ter cōspexit . eumq; de illatis uulneribus sollicite curatum  
incolumem Regi Alfonso transmisit . Superauit profe-  
cto hic Gomecius duorum brutorum cōstantiam in ob-  
sisione Mutinēses . Rursus nec illi par fuit L. Antonius  
Peruse & Q. Cicero . qui obsessi ī Gallia fortissime obsi-  
dionem tulerunt . nec ipsi Cretenes pares fuere Gomecio

qui in obsisione Metelli ad ultimam penuriā compulsi  
iumentorum urina sitim sedauerunt . Sed Gomecius no-  
ster Saguntinos nostros imitatus rores noctis ob aque  
defectum lambebat Numantinorum quoq; fidem emu-  
latus est . qui a Scipione obsessi ob uictualium defectum  
humanis carnibus pascebantur nec aliter egeruntur Ca-  
laguritani . q̄ a Pompeio circumsepti uxores & filios de-  
uorarunt . Sic & Aquilegienses qui sub duce Menofilo  
obsessi . a Maximino pro neruis funes ex capillis matro-  
narum ad arcū & balistarū usum fecere . idq; teste L. uiuo  
Romę actum comperimus : quo euenit ut ueneri calue  
templum a Senatu constitueretur .

Capitulum iiii. quomodo Alfonsus . x. recupera-  
uit oppida de Niebla & del Algarbe & quomo-  
do incōsulte liberauit regnum Portugalię ab eo  
tributo quo regibus castelle tenebatur & de scan-  
dalis propterea subortis

**A**LFONSVS itaq; . x. de quo sermo est . in regni sui  
incipiis oppidum de Niebla in Vādalia per Sarra-  
cenos diu occupatum mensibus decem obsedit .  
illudq; machinis continuo debellauit . Occurrit tamen in  
castris suis innumera quędam muscarū plaga quę man-  
ducare homines non sinebāt : quin & illas unacum cibis  
commanducarent : Ex qua re omnes fere de castris uen-  
tris fluxum quem dissinteriam uocant incurrerunt . plu-  
rimiq; moriebātur : Cū barones & milites regi suaderēt  
ut ab obsisione discederet . ille tamen perseuerandum di-  
xit . in re incepta ut alter Ioab in obsisione Rabba : qui  
ut scriptura sacra testatur . suorum suasionibus nō acqui-  
euit . donec ciuitas licet cum suorum incomodo caperetur  
Sciebat enim quia ut Hieronimus ait absq; perseuerātia



nec qui pugnat uictoriam. nec uictor palmam triumph  
assequitur. Vix itaq; Alfonsus uerba expleuerat: illico  
duo monachi ad Regem accesserunt. monentes ad perse  
uerantiam obsidionis. quoniam Mauri uictualibus car  
rebant. muri deniq; rupti erant. plagā uero muscarū pol  
licebantur cessare. si eorum consilio Rex annueret: per  
suaserunt enim regi ut publica banna acclamarentur: ut  
quisquis certam muscarū summam ad quosdam puteos  
prope castra afferret duos turonenses argenteos pro sa  
lario obtineret. qua industria euenit. infra biduum tribus  
profundis puteis muscarum spurcitiis repletis: plaga  
muscalis simul & dissenterte morbus penitus cessarent:  
qua re a Sarracenis cognita. non modo Regi oppidum  
dedere. sed & alia castra & oppida ad comitatū Algarbi  
spectantia præserti Gibraleon. Huélua. mora castro Ma  
rin. & q̄plura alia: post predicta uero. Hic Alfonsus  
quandam filiam bastardam uxorem dedit Alfonso regi  
Portugalie. cui dotis gratia castra & patriam de Algar  
be quam pauloante a Mauris euicerat liberaliter assigna  
uit. Ex quo tēpore Reges Portugalie. Algarbi Reges  
sefe intitularunt. Predictus igitur Alfonsus Rex Portu  
galie ex eadem Alfonsi filia genuit Dyonisium. Hic fa  
ctus adolescens cum nobilissime indolis ualde prudens  
atq; decorus foret. Regem Alfonsum auum suum apud  
Hispalim uisitauit. cui enixe & pro singulari munificen  
cie dono postulauit quatenus regnū Portugalie digna  
retur ab eo tributo liberare quo Regibus Castelle & Le  
gionis tenebatur: uidelicet ut ad eorum curias Reges  
uocati accederent. & demum trecentos Milites contra  
Mauros requisiti mittere astringerentur: Rex uero Al  
fonsus & si rem difficilem conspiceret. paululum substitit.  
Sequitus tamen cuiusdam militis consiliū: ut alter Amō  
filii Dauid qui consilio Ionadab rem fecit sibi & populo

damnosam. ut erat magnificentissimus nepoti cū suo. nec  
minus tocius regni discrimine complacere decreuit. Res  
igitur ad consilium deducta est. Cum itaq; egregius &  
nobilis uir Nūnius de Lara quid sibi uideretur dicere  
moneretur: dignū est inquit. Rex ut plurima huic cla  
rissimo nepoti tuo beneficia conferas: id enim natura. id  
tuorum suorumq; ātūa nobilitas expostulat. & tibi in  
nata profusa liberalitas. Verum ut regnum Portugalie  
ab hoc tributo non tam persone tue quam substantie re  
gnorum tuorū debito. tam facile liberet. neq; decere nec  
te id facere posse uideo. Alfonsus igitur Rex qui iā rem  
animo conceperat. contra Nunnium uerba non satis de  
centia indignatus protulit: eumq; odio habuit. sicut Se  
dechias Rex Hieremiam odiuit. pro eo q̄ rem ingratiā  
sed ueram & utilem ei dixerat. Alfonsus igitur ceteros  
efflagitat illi uero quo Regis uoluntas tenderet conspi  
cientes. Regem nepoti complacere debere. consulebant.  
quod & Rex sine mora expleuit. Nunnium uero ea hora  
nec petita nec obtenta Regis licentia discessit. fuit enim  
res ipsa maioribus regni ingratiā ne dixerim incom  
modissima: quippe quę unam præcipuam causam futuris  
magnisq; dissidiis attulit. nō enim paulo post Philippus  
infans frater Regis. & Nunnium de Lara predictus. ac  
Lupus Didaci de Haro. & Stephanus Fernandi de Ga  
licia. Fernandus item Roderici de Castro ac Ximendus  
Roderici dominus delos Cameros & Aluarus Didaci  
de Asturias. ac Lupus de Mendoga. plurimiq; alii Ba  
rones ultra numerum trium milium se a naturalitate &  
fide simul & obedientia Alfonsi Regis expediuerūt. eāq;  
ei subtraxerunt. ad quos placandos cum Rex Alfonsus  
quosdam mitteret causamq; discessus quererent. dixerunt  
illud Micheę prophete Volimus restaurare regnum. &  
restituere sicut erat āte. Ad Regē itaq; granate accesserūt



bellumq; contra Alonsum Regem acerbissimum gesserunt. non sine maximis cladibus quod non paruo tempore durauit. Nec ab re. nã Hieremias propheta pestilentes uocat. eos principes qui minuunt ciuitatis & regni iura quare de eis ait. luxit terra & infirmata est pulchritudo populi. quia principes trãsgressi sunt leges patrum & ius mutauerunt. dissipauerunt pactum: propter hoc maledictio uorabit terram. Longe aliter dux & princeps Machabeorum effect: de quo scriptura ait quia dilectissimus & honoratissimus a populo fuit quia dilatauit gloriam regni sui. Quare dilatatus est honor eius & fines gentis suę.

Capitulum .iiii. quomodo hic Alonsus .x. fuit electus Imperator Almanie & de infelici exitu eius rei. & de discordia inter Sãctum Ludouicum Regem France & eundem Alonsum super iure regni & de pace secuta

**S** Vamq; igitur hic Alonsus .x. ob eius sagax ingenium & ingentem liberalitatem & ad omnes munificentiam per totum fere orbem cõmendatissimus esset. Viciis tamen non caruit. Fuit enim nõ tam magnam quam superbi elatiq; animi arrogans plurimum & quadam sui sensus singularitate confusus. Demum egregiorum operũ emulator erat. nec enim modo maxima queq; agredi conabatur. & illorum erat auidus. sed potius inuidus uidebatur. quicquid enĩ pulchri quicquid memoriam dignum. a quouis gestum cernebat. acerrime debebat ab eo gestum non fuisse aut efficit non potuisse: Imitatus Iulium Cæsarem ut Suetonius refert. qui cum orbẽ circueus gades Hispanie aduenisset ibiq; Alexandri imaginẽ uidisset. ingemuit suamq; ignauiam detestãs. quod nihil

a se memorabile esset actum. ea etate. qua alexander orbẽ subiecerat. Et ut paucis agamus tam cupidus glorię fuit Alonsus ut aliquando glorię suę. ut ita dixerim indignaretur: si alius quouis modo eius particeps erat. plerumq; enim duces ac capitaneos suos uictorias insignes obtinuisse dolebat. Imitatus Alexandrum magnum quem Quintus Curcius recolat: qui audiens agis Regem Lacedemoniorum rebellantem. Cum postea Antipater eius nomine illũ uicisset. hostes quidem suos uictos fore gauisus est: sed Antipatrum uicisse tacitus indignabatur. suę glorię detractum arbitrans quicquid accreuisset aliene: Ceterum Alonsus de se supra se plerumq; presu-mebat & non nulla non satis deliberate temptauit. Est enim ut inquit Seneca prudentis Principis. quãta sit res concupita discernere. & non cito facilia iudicare. que optat. atq; in magnis dubiisq; rebus. non diffinire. sed suspensam tenere sententiam. Nam Alonsus ipse ab aliqua parte electorum imperii Romanorum Imperator electus est. Quamq; in discordia. Tandem cum re indigesta nec magnitudine eius pensata. ad imperium suscipiendum pergeret. cognita eius elatione imperii ne dixerim cõmatione. sed nec possessione potitus est. licet ut quidã referunt callide actum est. ut occasione uitandi scismatis in imperio Romani Pontificis iussu iuri imperii resignare uisus esset. idq; egit apud Belicardum prope Auinionem sic non nullos duces sub Aureliano per ambitionem imprudenter ad imperium orbis aspirasse legimus nec ad concupitam potestatem deuenere. sed penas ambitus luebant. Fuit deniq; Alonsus & in ceteris rebus infortunatissimus. Nam rediens in Hispaniã non paruas perpeffus est persecutiones. reperit enim plurimas funestas nouitates primo inuenit fore mortuum Fernandum eius primogenitum filium. Reperit etiam Reges Granate



& Belamarini dictū a Benyncaf magnas intulisse clades in Vandalia & Bethica. ubi celi fuerunt Sancus infans Aragonie & Archiepiscopus Toletanus. Verum cū cognouisset Sancum filium eius secundo natum post Fernandi primogeniti mortem uiriliter & strenue ac summa cum prudentia & dexteritate patriam ab infidelibus defendisse illosq; a Bethica expulisse. obtinuit q̄ omnes status regni Sancum predictum in primogenitum iurarēt & reciperent. non obstante q̄ ante eius ad imperium discessum Fernandus primogenitus fuerat iuratus & post illum Alfonus dela cerda eius filius: Aiunt tamen non nulli Sancum præter omnem Alfonsi uoluntatem ad primo genituram fuisse assumptum. quinimo asserunt eundem Sancum Alfonsum eius patrem ex imperio uenientem ad regni gubernationem non admisisse. ut inferius tangemus. Hic Rursus Alfonso licet strenuus in armis fuerit nō tamē felix. suo licet tēpore aliqua pars regni Murcie regno Castelle cessit: Sed ut quorūdam est opinio. id a patre inclitissimo Fernando effectum fuisse. Rursus hic Alfonso non caruit uicio crudelitatis sed & ingratitude quosdā enim nobiles sibi fidissimos. emulorum sugillatione occidi iussit: Huius deniq; Alfonsi tempore nō parua orta est discordia inter Sanctum Ludouicum Regem Francie & eundem Alfonsum Regem Castelle. Ludouicus enim filius erat ut diximus domine Blance primogenite Alfonsi. viii. Regis Castelle. Ex cuius successionē regna sibi debere pretendebat. Nam Rex Fernandus. iiii. pater eiusdem Alfonsi filius erat Domine Beringuele filie secundo nate Alfonsi viii. predicti. Sed ad sedandam tam pestiferam discordiam matrimonium contractum fuerat inter Fernandum de Lacerda primogenitum huius Alfonsi. x. <sup>et</sup> Dominam Blancam filiam Sancti Regis Ludouici. Ex qua idem Fernandus genuit

Regni castelle. p̄ca  
bar ad alfonsi dela cerda  
nepotē ex fr̄e alfonsi. Regis  
filio.

Alfonsum & Fernandum dela cerda neuter tamen in regno successit. Sed Sancus secundo natus eiusdem Alfonsi. x. quem Alfonso ipse in Regem sibiq; omnes de Regno iurare obtinuit. Cum tamen ad eum regna minime ut aiunt spectabant sed ad predictum infantem Fernandum dictum dela cerda primogenitum Alfonsi etiā primigeniti. Huius Alfonsi. x. nepotem Sancti Ludouici ex filia ut diximus.

Capitulum quintū Quare iste Alfonso. x. dictus est astrologus & quomodo arroganter opera dei dixit melius fieri posse & qualiter fuit diuinitus correptus & de infortuniis & in comodis quę ex ea causa passus est & de ceteris incidentiis tempore suo

**N** Ec solum hic Alfonso. x. nominis sui gloriam in legibus condendis in effundendis diuitiis ceterisq; magnificis gestis ampliare contentus est: sed aut arroganter aut quia natura ad id eum impellebat. Astronomia delectabatur. Quare & astrologus appellatus est. cuius nomine nescio an sapiētia tabule Alfonsine & alie astrologice considerationes compilate sunt. & sub eius regio nomine lustrantur: Rursus Alfonso appetitor erat laudum. sed rebus ipsis magnifice gestis. potius q̄ adulatoriis sermonibus letabatur. Cum enim pro adipiscendo imperio ut diximus in Almanniam pergeret: apud Narbonam quendam eloquentissimum oratorem orationem de eius laudibus habere desiderantē perorare prohibuit. dicens exornatas uerbis laudes ad Principes adulationis aut metus fuisse suspectas. addens talia laudum preconia non nisi mortuis qui illustra egerunt debentur. cum scriptum sit. lauda post mortem magnifica



post consumationem : Imitatus Poscenium nigrum im-  
peratorem . qui ut Helius sparctanus in eius uita ait . cū  
quidam eximius orator qua die Poscennius Imperator  
creatus est . Panigericum laudum suarum recitare uellet .  
dixit scribe laudes Marii uel Hannibalis aut cuiuscunq;  
ducis optimi uita functi . & dic quid ille egerit . ut illum  
nos imitemur . Nam uiuentē laudare . irrisio est . maxime  
Imperatores a quibus beneficia sperantur . Rursus facile est  
eos ad celos usq; attollere & diuina de eis scribere . qui  
proscribere aut necare possunt . Hic Alfonsus ut tradūt  
Hispanorū annalia . diuina opera quę perfectissima sunt .  
& cum summa sapientia pondere numero & mensura  
creata iudicare quippe & emendare conatus est : ore enī  
blasphemo dicebat palam si a principio creationis hu-  
mane dei altissimi consilio interfuisset . non nulla melius  
ordinatusq; cōdita fuisse . o uana o funesta o superba atq;  
inutilia uerba . non sic Dauid sentiebat . dicens mirabilia  
opera tua domine & quis cognoscet nimis : & iterum q̄  
magnificata sunt opera tua domine . omnia in sapientia  
fecisti . & sapiens omnia opera dei bona . nec est qui addat  
Nam & redemptoris testimonio ipse Salamon cum tota  
sapientia sua . qui cūcta ab Isopo usq; ad cedrum perscru-  
tatus est . minimum dei opus nec intelligere & longe mi-  
nus iudicare est ausus . inquit Cum me ueterem ad co-  
gitandum opera dei . uidi esse afflictionem spiritus & ua-  
nitatem . cum non possit homo illa explicare sermone &  
iterū idem sapiens . plurima inquit sunt uerba hominum  
multamq; in disputando uanitatem habentia . sed & alibi  
idem sapiens stolidi inquit hominis est intelligere uiam  
suam : quanto ergo stolidior qui opera dei non modo  
intelligere . sed emendare conatur : Hinc Apostolus su-  
perbiam inquit in tuo sensu nunq̄ dominari permittas :  
hic igitur princeps de suo sensu cōfides . hęc arrogatissima

uana atq; superba uerba sepe repetebat . sed non caruerūt  
diuina ultione . Accidit enim q̄ miles quidam dictus  
Petrus Martini de Pampliega deum timens . instructor  
& curam gerens infantis Manuelis . uidit in somniis  
uisionem quendam pulchrum aspectu hominem ange-  
lum uidelicet albis indutum ei dicentem latam esse in  
diuino Consistorio contra Regem Alfonsum sententiam  
ut exheredatus moriatur sed & crudeli morte . nisi peni-  
teat . Miles uero de uisione perterritus . causam quesuit  
cui blasphemiam inquit angelus Alfonsi uanamq; teme-  
ritatem diuina opera corrigere molientis id meruisse .  
Monuit ergo eundem militem ut ad Regem accederet .  
eumq; ad penitētiā hortaretur . miles uero celeri gressu  
Regem apud Burgis commorantem adiit . cui cum tre-  
more uisionem retulit . atq; ad retractandum . quę tam  
impie dixerat penitendumq; summopere monuit . Rex  
uero qui iam preualuerat in uanitate sua . militem derri-  
dens a se expulit . Iterum uerba illa sacrilega repetiit . Si  
tempore creationis humane interfuisset plurima melius  
ordinari potuisset . Cumq; post paucos dies Rex apud  
Segobiam moram traheret . quidam heremita uite san-  
ctissime . eandem reuelationem habuit . Regem igitur ac-  
cessit monetq; ut de peccatis suis presertim tam damnatis  
sacrilegisq; uerbis penitentiam agat . alias sentiret ultio-  
nem . & quia scriptum est in uanitate cordis sui compre-  
henditur peccator . Rex ipse Alfonsus ut alter Senache-  
rib in blasphemia prestitit & ut alter Nabuchodonosor .  
confirmatus est ad superbiam . quare testante scriptura  
Cecidit de solio suo & gloria eius ablata est . Heremitam  
igitur Rex toruo iratoq; uultu contempsit . & ut insipi-  
entem abire iussit . Iterum uerba illa nefanda repetens  
Holofernem imitatus achior increpantem . quia soli deo  
potentiam attribuebat . Ea igitur nocte misit deus tam



horribiles & insolitas tempestates & spiritus procellarū.  
tot deniq; tonitrua tot fulgura. tot coruscationes & ful-  
mina ut celum cadere putaretur: sed & in cubiculo regis  
faginata fulminea uestes Regis atq; Regine comburens.  
Rex uero attonitus. uix loqui ualens. cubicularios custo-  
desq; monet. ut illico heremitam illum ad se deferāt. Ve-  
rum tanta erat tempestas ut nullus palacium exire uale-  
ret. ut citius tamen ualuerunt. heremitam adducunt. quē  
ut Rex uidit prociens ad pedes eius. Ego inquit sum  
qui peccaui. heremita uero illud ecclesiasticū imprimis ad  
eum ait. homo. accusaris fabula uana & audacia cordis  
tui. & iterum quis posuit in uisceribus tuis sapientiam:  
nunquid consiliarius altissimi tu es: o utinam Rex me-  
mor fuisses uerba Regis sapientissimi Salomonis. uani-  
tatem & uerba mendacii aliena fac a me. His igitur uer-  
bis Rex ipse simul & metu instantis mortis cum magno  
animi merore eidē heremite cōfessus est & publice uerba  
nephanda retractauit: Cum itaq; lacrimis plurimis pe-  
ctus conterebat. incipiebat cessare tempestas: quinimmo  
quanto artius dolebat. tanto tranquilior serenitas cerne-  
batur. nec ipse a terra oculos leuauit. quousq; plene pro-  
cellosa rabies conquiesceret. Itaq; meruit humilitate con-  
sequi. quod superba sui presumptione demeruerat. deinde  
uero uitam mutauit in melius. Verum tamen ut quidā  
asserunt. ex ea & aliis causis regno in uita exhereditatus  
est. a filio. a quo ueniens de infelici conquesta imperii nō  
est admissus. ciuitas tamen Murcię quam ille a Sarrace-  
nis euicerat. nunq; ab eius obediā discessit. ob quā cau-  
sam Alfonso cum apud Hispalim moreretur cor suum  
euiscerari iussit & ad Murciam deferri sepeliriq; in ec-  
clesia Sancte Marie per eum constructa: concedens ci-  
uitati prouilegium. ut in signū singularis fidelitatis septē  
coronas in armis & insigniis defferret: Hic Alfonso

obediencia

postq; dicta uerba nephāda protulerat. infortunatissimus  
fuit. quippe qui pro eius arrogantia imperium ut aiunt  
ad quod electus fuerat. perdidit. Adde quia cum rediret  
plurima infortunia passus est ut prediximus. Nam Sar-  
raceni plurima bella uicerunt atq; interfecerunt Sancum  
infantem Aragonie. nec nō Archiepiscopum Toletanū  
Nunnium de Lara. & plurimos nobiles & barones reg-  
ni: Deniq; obiit Fernandus dela cerda filius eius pri-  
mogenitus. & licet ut diximus filium relinqueret. tamen  
Sancus secundo natus regni sceptrum eodem Alfonso  
uiuente ut ferunt occupauit. nec eum uenientem admisit.  
sed apud Hispalim regno priuatus diē clausit extremū.  
Huius Alfonsi. x. tēporibus prefuit Romane sedi Alex-  
ander quartus natione Campanus. de ordine fratrum mi-  
norum. qui in publico Consistorio comburi fecit. quendā  
libellum inter cetera continentem religiosos pauperes de  
elemosinis uiuentes non fore in statu saluationis. condē-  
nauitq; dictum libellum & auctorem eius uidelicet fratrem  
Guillmum de sancto amore: Rursus idem Pontifex aliū  
libellum cōdemnauit. & comburi fecit in quo asserbatur  
legem euangelii neminem ad perfectum ducere. sed legē  
spiritus asserbat deniq; legem euangelii sic se habere ad  
legem spiritus. sicut legem ueterem ad legem gratię: ad-  
debat deniq; legem Crusti finiēdā anno domini .m. cclx.  
quo tempore lex spiritus subintrare debebat. quę siquidē  
pestifera heresis ex uerbis. Io. Ioachim originem trahebat  
& non paucos illis diebus habuit sectatores post eūdem  
Alexandrum prefuit successiue Urbanus quartus natio-  
ne Gallicus. quo mortuo sedit Clemens natione Prouin-  
cialis & Rursus Gregorius decimus Lombardus & In-  
nocencius quintus Burgūsus. & Adrianus quintus Ge-  
benen: & Iohannes .xxi. natione Hispanus. & Nicolaus  
iii. Romanus. & Martinus .iiii. Italicus. In Romano

omissit antioch qm  
nunc de Lara rediit  
m patim. qui  
cum aliis gematim  
refugerunt

sum corrigi



uero imperio sedit predictus Eredericus . quo defuncto circa partes Basilee . electus est predictus Radulphus quam electionem . Gregorius Papa quartus in fauorem Passagii terre sancte . ad quod plurimi anelabant approbavit : ad cuius instantiam idem Radulphus crucem suscepit . transmarinam . imperauit autem annis . xviii . absque imperiali diademate

Capitulum sextum de Sancto . iiii . filio Alfonsi xxxvii . Rege post Pelagium & de uirtutibus & uictoriis eius . & quomodo recuperauit a Mauris Tarifam & alia loca & qualiter Alfonsum patrem uenientem de imperio non admittit ad Regnum .

**S**ancus huius nominis quartus Alfonso huius nominis decimo patri suo in regnis successit anno domini Millemoducentesimo octuagesimo quarto . Renauit autem . lxxxiiii . loco post Athanaricum primum Regem Gothorum . & . xxxvii . post Pelagium primum Regem post Hispanie cladem . regnauit annis . xi . Obtinuit igitur regnum Sancus excluso licet defuncto Alfonso dela cerda nepote predicti Alfonsi . ex Fernando primogenito pre mortuo . dum ad imperium pergeret qui siquidem Alfonsi nepos & filius primogeniti eidem Sancto preferendus omnium iudicio uidebatur nihilominus aut fortuna sua aut populorum consensu uel ut creditur eodem Alfonso propter Sancii uirtutes & ingentia merita id uolente & procurante ut supra diximus : uel ita deo disponente . qui regna transfert atque concedit pro sua ineffabili prouidentia . Idem Sancus regnorum suscepit sceptrum . regnauit autem . xi . annis . Hic duxit uxorem dominam Mariam filiam infantis Alfonsi dicti de Molina

fratris gloriosissimi Fernandi . iiii . Ex qua domina Maria genuit Fernandum . iiii . post regnantem . Petrum . & Philippum . & Henricum qui fuit mutus . Hic Sancus strenuus & animosus fuit . preclaraque bella contra Machometes confecit . eosque sepe uicit . ac plurima castra & oppida sue ditioni subiecit : inter cetera cum magna perseuerantia & longa obsidione insigne oppidum Tarifam a Mauris feliciter recuperauit . Sed & ultra alias preclaras eius uictorias Regem de fec . Machometem dictum a Benyucaf singulari uirtute prostrauit ille enim maximam classem ut transiret in Hispaniam parauerat . contra quem Sancus Rex transmisit nobilem uirum Benedictum gachariam Almirandum suum : qui uniuersam classem obtinuit . & ceteris nauigijs combustis terdecim galeas mixtas Sarracenis armis & equis ad nostra littora inuolumis deduxit . fugato a Benyucaf Rege Maurorum . quem nobilis Almiradus insequutus usque ad littora Africana dicta Tingitana . Hic Sancus patrem Alfonsum parum glorie ex imperio reportantem & inde redeuntem ad regni sceptrum non admisit . Quare ut putatur non diutius regnauit ut in se experiretur . id quod Ruben in patrem peccans passus est . cui Iacob pater ait effusus sis sicut aqua nec crescas quia maculasti statum patris tui . & rursus Absolonem imitatus est non tam in regni ambitione quam sceleris punitione qui Dauid patrem e regno pellere temptauit . sed infelix fuit eius . conatus . dum occubuit insolita morte . Nec Sancus ipse primus in orbe fuit qui patrem regnandi gratia . a Principatu pelleret . Cum Darium interfectum legamus a filio Artabano ut citius regnaret . Sed & alius Darius cum a xerse patre indulgentissimo Rex esset factus . tamen duobus ei fratribus assistentibus in patrem conspirauit : ut regno priuaret : cuius sceleris penas luit . Rursus Tullia Tarquiniam

omissus



superbi uxor. patrem Seruium Tullium occidit super cuius cadauer Carpentum inferri iussit. ut sibi & marito Romanę urbis regnum accresceret deniq; si poëta credimus Iupiter Saturno patrem regno expulit.

Capitulum septimum de quibusdam crudelitibus Sancii & de bellis & de scādalis ex ea causa sequutis & de singulari fidelitate cuiusdam nobilis obsessi in Tarifa qui passus est filium interfici. ne arcem assignaret & de eiusdē Sancii obitu

**S** Ancius .iiii. de quo sermo est. plurimis uirtutibus polluit. quę Reges non mediocriter ornant. precipue tamen in bellis discipline militaris fuit seuerissimus custoditor. sepe enim pro parua inobedientia milites uirgis cęsit manus amputauit: inobedientesq; in medijs castris securi iussit percuti. non nunq; propria manu cecidit: Nam cum contra Sarracenos bellum gereret orta semel seditione & tumultu in exercitu cum per alios sedari nō posset: processit Rex Sancius nudus sola indutus camisia ac se in medio suorum inuicē pugnantium iniect: dicens o strenui milites. Vbi est fides uestra nō in uestros commilitones. sed in me gladios figite qui uos huc adduxi: ac cum ab armis non cessassent. ille inermis ut erat arrepta lancea duos percussit milites. qui principes intumultu uidebantur. dicens aut Sarracenos. uestros hostes aut me percutite qui uos percussi: nec hodie eiusdem infidelibus tantam detis gloriam & uobis ipsis tam funestam ignominiam ut gladijs uestris non hostibus pereatis tunc omnes aut metu aut pudore aut ab armis abstinerunt: Nec parum regii animi magnitudo extollenda. sed admiranda est. quę eo tempore exigebat obedientiam. ubi obedientia non est. & inter distantes

gladios Rex ipse milites ferri ausus est. ubi milites Reges suos ferre audent. Imitatus Auidium Cassium Imperatorem de quo Volcacus Galicanus pulchre ait. Cū enim in eius exercitu grauis seditio orta esset ille rustico sagulo tectus. processit. dicens percutite me si audetis. dū tamen disciplinam militarem nō deseratis. quo uiso cunctis ab armis quiescentibus. meruit timeri. quia non timuit: quę res tantum militaris obediētie Romanis addidit tantumq; hostibus timorem. iniect ut pacem ab Imperatore peterent: Sancius itaq; Rex difficile putabat Principem uincere posse nisi a suis militibus timeatur. Sēper enī in ore gerebat illud de arce ducis Lece demiorum ut recolat Iulius Frontinus Imperatorem aut ducē exercitus. potius timendum esse q̄ hostem: Hinc Marcus Cato dicebat. seditionem in exercitu aut inobedientiam: paucorum pena grauius puniendā fore: Sic Appius Claudius ac Fabius Rutilius sic & Iulius Cęsar sepe egerunt. qui orta seditione inter milites. paucis percussis castra pacasse & fidem militum reparasse referuntur: sed ad Sancium redeuntē a quibusdam uicijs nō abstinuit: fuit enim iracundus pariter & seuus & ut cętera omittamus apud Pacensem ciuitatem una die quatuor milia ciuium inhumaniter & repentino impetu iussit occidi: pro eo qd̄ ciues ipsē eiusdem Sancii timore alios ciues eorum hostes ex ciuitate expulerunt. & quosdam trucidauerunt. Timentes igitur ne Rex in eos seuiret. Alfonso del Cerda predictum eiusdem Sancii ex fratre nepotem uite saluande gratia. in Regem erexerant: Rursus aliam nō mediocrem: addidit seuiam. Cum enim apud oppidum de Alfaro moram traheret: celeri iudicio & irato ac turbato animo pariter & uultu occidi iussit nobilem uirum Lupum comitem & dominum Vigaie: Captiua. uit deniq; infantem Iohannem fratrem suum. quibus ex

Alfonso del Cerda  
exercitus Regis



causis maxime clades sequute sunt : Nam Didacus filius  
eiusdem Lupi comitis & plurimi nobiles & barones et  
& dicto Iohanni fauentes . ad Iacobum Regem Arago-  
nie confugerunt : apud quem obtinuerunt | ut relaxaret  
Alfonsum dela Cerda filium Fernandi primogeniti Al-  
fonsi .x. quem in uinculis tenebat de quo sub eodē Al-  
fonso decimo egimus quibus Rex Aragonie annuit .  
Alfonsum igitur dela cerda assumpto titulo regio Castelle  
regnum armata manu ingressus est . quibus Sancus oc-  
currit & bella grauissima sequuta sunt durauitq; dissidiū  
tribus annis . tandē matrimonio pacatū est : Nam idē  
Iacobus Rex Aragonie Helisabet filiam huius Sancio  
de quo agimus duxit uxorem : Iohannes uero predictus  
frater Sancii Regis ab eo lesus . cum se a uinculis liberū  
conspexit ad uindictam infeliciter properabat . Nā Vlis-  
bonam clam petiit indeq; nauigio transfretat in Affricā  
& Abeniacob Machometum Regem Bellamarini ac-  
cessit . a quo honorifice receptus est cui suavit Iohannes .  
ut si gentes & classē ei cōcederet facile esset oppidum de  
Tarifa assignaret . quod pauloante Rex Sācius eius fra-  
ter euicerat : concessit igitur et abenyucas quinque milia eq-  
uum & magnam peditum copiam . applicantes igitur ad  
littora nostra oppidum predictum Tarifam obsederunt .  
cuius custodiā gerebat nobilis Alfonso Petri de Gu-  
man . Quare decreuerunt oppidum expugnare quod sex  
continuis mensibus . machinis & omni artificio debel-  
labant . cum itaq; infans ipse Iohannes & alius infans  
Sarracenus frater abenyucas uiderent Alfonso Petri &  
& obsessorum constantiam . nuncios misere ad eos offe-  
rentes pacem . si certam pecunie summam persoluerent |  
ex thesauro Alfonso quem inibi esse putabant . auditis itaq;  
legatis obsessi omnes quasi uir unus & uno ore dixerūt .  
dicite his qui uos miserūt turpe admodū esse insignibus

Sancii

Alfonso Petri  
de Guman

Ducibus paratam uictoriam pecunia uēdere . nec minus  
turpe est fortibus uiris libertatem suam p̄cio cōparare :  
quibus auditis uerbis . Iohannes infans ait ad Sarrace-  
nos . nosco ego homines . nec p̄ce nec p̄cio flectentur .  
Imitati sunt Alfonso Petri & sui Priscos illos Hispanos  
non minoris fidei & uirtutis uiros . quos cum apud Ci-  
minium sic tunc appellatam ciuitatem Lusitanie . brutus  
consul Romanus lōga obsidione afflixisset . ipsiq; obsessi  
pertinaciter arma retinerent . temptata redemptione per  
Bruti legatos . illi responderunt ferrum sibi a maioribus  
relictum esse quo urbem suam tuerentur non aurū . quo  
libertatem ab auaro Imperatore emerent : Cum igitur  
nec sit Iohannes infans & Sarraceni obsidentes profice-  
rent : opus est inquit . Iohannes sanguine ut Alfonso  
Petri uincamus : Manebat enim filius Alfonso Castel-  
lani eo tempore in eiusdem Iohannis obsidentis seruitio  
missis igitur nunciis ad Alfonso Petri ut oppidū simul  
& arcem Iohanni assignaret . alias filium iugularet Alfo-  
sus ipse fidei & probitatis magisq; uite filii sollicitus imi-  
tatusq; Aulum Fuluium Romanū preclarissimum uirū  
ad eos qui uenerāt uerba faciens : dicite inquit mittenti  
uos quia non Iohanni aduersus patriam filium genui .  
sed patrie aduersus Iohannem omnesq; mortales : Dicite  
rursus . quia si filium Iohannes gladio cecidit . mihi glo-  
riam . filio ueram uitam tribuet eidem uero se uenti sem-  
piternam ignominiam & ad inferos damnationem : Si  
uero filius liberatur ut fidem ledam uita eius mors mea  
est . & indelibilis macula : qua idem filius uiuendo mo-  
rretur . malo enim orbatus filio q̄ fide uiuere : malo deniq;  
gloriosam filii mortem q̄ turpem utriusq; uitam : filios  
plurimis ex causis inuiti sepe perdimus . fidem uero &  
honorem nisi uolens nemo perdit . Optat Iohannes imo  
hostis . ut similis sui fiam . qui parum estimat fidem quam



non habet. nullam infelix ipse putat iacturam honoris,  
quem diu ante perdidit. Iugulet igitur filium, ut furori  
atque perfidie suae honorisq; meo faciat satis: daboq; illi gla-  
dium, quo id triste spectaculum mihi dulcissimum exple-  
at & dum uerba finiret, gladium supra muros in castra  
Sarracenorum demisit, quo ab impio Iohanne sulcetpo,  
nunciisq; auditis, illico uidente patre & gladio patris fi-  
lium transfodit. Consultus profecto Iohannes ipse ob-  
patris ingentem fidem, filio de se bene merito peperisset  
imitatus. M. Antonium qui cum nullo pacto Centuri-  
onem a Caesaris fide retrahere potuisset, atq; ob eam rem  
filium eius occidere decreuisset, constanter Centurio ad  
eum ait, nullo filiorum supplicio adduci posse ut Caesaris  
miles esse desineret & Antonii esse inciperet: qua perse-  
uerantia ut inquit Liuius quo constantius uitam filiorum  
contempsit, eo facilius uitam ab Antonio impetrauit:  
Cum igitur Sarraceni cernerent omnem spem defuisse  
habendi castrum, infeliciter ab obsidione discesserunt,  
Ceterum ad Sancium redeuntes, pro sedandis dissidiis  
inter eundem Sancium & Iacobum Regem Aragonie,  
que plene perante dictum matrimonium non fuerat so-  
pita, arbitri electi sunt, pax tamen non pro tunc sequuta  
est: sed treugua ad tempus indita. Interim Sancius ab  
hac uita subtrahitur & obiit morte communi, filium suum  
primogenitum Fernandum reliquit regnorum successo-  
rem, quem ex inclita domina Maria eius consorte genu-  
erat quam eidem filio dimisit tutricem ut statim latius ta-  
gimus: Hic Sancius ob repentinas & iniustas cedas q̄s  
perpetrauit, plures angustias & persecutiōes passus est  
uelut alter abimelech, qui ut securus regnaret, nedū fra-  
tres sed plurimos alios gladio cecidit, sed scriptura sacra  
testante, paruo tempore regnauit & multa aduersa passus  
est. Huius Sancii tēpore sedit ī Petri cathedra Honorius

quartus Romanus & successiue Nicolaus quartus Lō-  
bardus. In imperto sedit Radulphus primus comes de  
Nafone qui pugnauit contra Albertum Ducem Austrie  
filium Radulphi Regis Romanorum predecessoris sui  
in qua pugna Rodulphus occiditur anno domini .m.  
ccxcviii. diademate non est potitus.

Capitulum viii. de Fernando quarto Rege Ca-  
stelle & Legionis: xxxviii. post cladem Hispanie  
& de summa pudicitia ac uirtutibus Domine  
Marie matris & tutricis eius & quomodo ob-  
tinuit contra omnes Reges Hispaniarum qui  
diffidarunt eundem Fernandum impuberem.

**F**ERNANDVS huius nominis .iiii. filius Sancti  
predicti in Regnis Castelle & Legionis successit  
anno domini .m. ccxcv. Hic post Athanaricum primū  
Regem Gothorum, lxxv. Rex fuit & post Pelagium pri-  
mum Regem Hispanie post cladem, xxxviii. regnauit  
autem annis .xv. Hic Fernandus etatis erat .ix. annorū  
cum regnare cepisset, sed excellentissima domina Ma-  
ria fideliter tutelam gessit: hęc Domina Maria ut paulo  
ante diximus filia fuit Alfōsi infantis de Molina & ne-  
ptis clarissime domine Berenguele matris gloriosi Re-  
gis Fernandi .iiii. qui Hispalī & totam Bethicā a Mau-  
ris recuperauit. Hęc igitur regina Maria Sancto marito  
uita functo cum a multis foret monita ut secundas con-  
traheret nuptias cum etas & forma ingens suffragaretur  
illa ut alia Iullā Romana quam Valerius cōmemorat ne-  
quaq; inquit hoc faciam, si enim maritum bonum sortita  
fuero ut ante habui, nolo timere ne perdam, si scelestum  
& discolum quid necesse est post bonum pessimum susti-  
nere: subdēs felix & pudica matrona nunq̄ preter semel

*In diis Vidue  
consideratio sp  
tima*



nubit quia ut Porcia Romana teste Orosio dicebat mul-  
torum connubiorum experientia cuiusdam intemperatæ  
signum est. Imitata fuit hæc inclita Regina Valeriã Me-  
salorum sororem quam idem Orosius recolat quæ amisso  
uiro suo cum rennueret secundo nubere & de causa in-  
terrogaretur respondit sibi semper maritum suum uiuere  
addens eam non esse uiduam quæ filium patris imaginẽ  
gestantem pro marito colebat. subdens iterum quia non  
prolis sed potius cupiditate libidinis nubit quæ supersti-  
tem filium habet. Itaq; ad suos reuersa qui ut nuberet  
monebãt: ait non satis fidos fuisse Regi talia commonẽ-  
tes. Nam desiderare eã ad secunda uota transire. nil aliud  
uidebatur q̃ Regi eorum domino insidias optare. Igitur  
illustis ipsa Regina feminea benignitate deposita. ani-  
mum plusq; uirilem induit: & quamq; ut sapientes aiunt  
ceteræ uirtutes multum habent admirationis. sed pietas  
ad filios plurimum amoris: tam exhiberans fuit in hac  
una matre ad filiũ pietatis cura. ut nõ minus admirati-  
onis q̃ dilectionis habere uideretur: Nã uelut alia Re-  
gina Hester omni periculo se exposuit pro liberatiõe po-  
puli sibi commissi. Cum igitur prospiceret propter filii  
teneram etatem omnes Hispaniarũ Reges & alios emu-  
los contra eam & filium surrexisse siquidem una eadẽq;  
die filius Fernandus predictus a Regibus Aragonie  
Nauarre necnõ Portugaliæ ac Granate diffidatus foret  
Alfonfus deniq; dela cerda se pro Rege Castelle gerebat  
Rursus infans Iohannes titulum regni Legionis usur-  
passet. qui omnes crudelem guerram diuersis in Regni  
partibus mouissent ac ualida manu regna filii uastassent  
ipsa tamẽ Regina Maria iactans curam suam in domi-  
no tanta prudentia tantaq; dexteritate. Harum magna-  
rum quidem tempestatum uitauit naufragium ut paulo  
post omnes ipsi eius hostes inceptis rebus nõ preualerẽt

nec modo armis iura filii tuebatur. sed orationibus ieiun-  
niis assiduisq; elemosinis ac suæ regiæ persone maceratiõe  
Ferunt enim Hispanorum annalia hanc dominam tam <sup>nota</sup>  
strictam in se & filii sui curia. parsimoniã & paupertatẽ  
seruasse: Ut uasa argentea non haberet sed tantum ficti-  
lia & lignea: cuncta enim quæ habere poterat aut paupe-  
ribus aut edificandis sacris templis uel stipendiis mili-  
tum pro Regni defensione certantum profusa assiduacq;  
manu diffunderet. sed nec procerum & magnatum Re-  
gni fidelitas quieuit. ac probitas subditorum. uidentes  
enim multitudinem inimicorum. ac Regis sui puerles  
annos intuentes. sua nobilitate & fide confortati illustri  
Regine assistentes & præsidia ferentes animos plusq; ui-  
riles assumpserunt. nam ultra illorum eximiam fidem:  
cõmiseratio infantilis etatis regiæ & maternelle pietatis eis  
animos auxit: quare contra omnes hostes preualuerunt  
Imitati Macedones quos Plutarchus commemorat qui  
puerulum Regem suum tam fortibus animis tutati sunt  
ut ostenderent suis hostibus Regem: non uirtutẽ Ma-  
cedonibus defuisse: quare ob tantam subditorum fidem  
& matris pietatẽ ingentem Regem ipsum ab omnibus  
inimicis dominus liberauit & preualuit aduersus eos qui  
tribulabant animam suam. Nam actores hostes eidem  
Regine & nobilibus suis pacem optatam ultro obtulerũt  
alii uero Reges imo hostes breui tempore a regno pulsi  
sunt: Rex tamen Aragonie qui Regnum Murciæ occu-  
pauerat post plurimas guerras & clades. tandem oppida  
de Oruela prope Murciam & aliquãte. elche & quedã  
alia castra Regni murciæ ex arbitrari sententiã usq; in ho-  
diernum diem obtinuit: residuum uero regni Murciæ  
cessit Regi Fernãdo tulit autem hoc arbitrium dyonisius  
Rex Portugaliæ pro sedandis dissidiis: quamq; oppida  
predicta Regi Aragonie ad iudicata ad regnũ Castelle



expectassent. cui arbitrio cessit Regina inclita ne filius sub teneris annis agens. tot simul aduersantium persecu- tionibus affligeretur Hęc sancta Regina ut alia Noemi sollicita & prudentissima fuit in agendis suis & uelut alia Olda prophetissa quam scriptura commemorat tam prudenter Iosiam Regem direxit ut aduersa uentura sua sapientia in prospera couerteret: post plurima itaq; huius nobilis Regine pia opera Cenobium Sancti Francisci Vallisoletani & septē alia deuota monasteria propriis sumptibus construxit: Fernāndus igitur factus adolescēs duxit uxorem Constantiam filiam Dyonisii Regis Portugalie. Ex qua genuit Alfonsum .xi. postea Regem Castelle Itē Leonoram quę uxor data est Alfonso Regi Aragonum Cum igitur deus uocasset Reginam ad illud infallibile Regnum ubi sine tedio & absq; fine regnatur: Illa inter cętera recōmisit filio barones & nobiles qui ī eius tenera etate contra Reges Aragonum nauarre Portugalie & Granate & cęteros hostes militauerant: & presertim nobilem uirum Iohannem Alfonsi de Haro. qui mira uirtute uicerat Iohānem Nūnii quem captiuum eidem Regine & Fernando eius filio presentauerat: quę una res totalem uictoriā hostiū Fernādo attulit. Nā ut dictus Iohannes Nunnii liberaretur assignauit Fernando Regi oppida de Palenquela quod tunc idem Rex obsidebat & castrum Xeriq; duennas tariego. lerma. cannete. moya. & histar quę omnia effecerūt ut predicti Reges & cęteri hostes Fernandi animum perderent & ad pacem properarent. uerum tamen non satis tam singulare seruitium predicti Iohannis Alfōsi recognitum fuit. per Alfonsum .xi. huius Fernandi filium ut statim latius dicetur.

Capitulum .ix. de uirtutibus & uictorijs Fernādi .iiii. & qualiter recuperauit a Sarracenis Gibraltar

Inf. maria regis sancti quatuor  
vixit construxit monasterium  
s. francisci vallisoletani  
et iste sanctus fuit  
anno .1284 regnauit  
10 annis. et uixit .1163.  
m. 279 anni

& alia Castra & quid faceret retulit quidā antiquus Sarracenus & de subita eius morte ut creditur propter certas indeliberatas & festinas mortes nobilium

**FERNANDVS.** igitur sicut etate sic uirtute cre- cebat erat quidem iustus & rectus curiasq; genera- les pro subleuandis grauaminibus sepe congregabat: cumq; apud Burgis ex omnibus suis regnis curte tene- rentur: applicuit nobilis Maria Didaci de Haro filia Lupi comitis & domini Viçcaie quę ut diximus Rex Sancus quartus apud oppidum de Alfaro occidi iusserat quę siquidem Maria Didaci infanti Iohāni nupserat Cum igitur dictus Lupus eius genitor sine filio masculo decessisset: dominium Viçcaie ad illā optimo iure per- tinere dicebat: petebatq; sibi iusticiam ministrari: pre- fertim Didacum de Haro patrum suum predictę pro- uincie usurpatorem: Rex igitur Fernandus auditis hinc inde plene partibus tullit sententiā qua Didaco de Haro ad eius dumtaxat uitam usum fructum Viçcaie iudica- uit: post mortem uero eius predicta Maria obtineret eandem Viçcaiam: durāgo: & patriam dictam incartati- ones: Rursus Lupus de Haro filius predicti Didaci de Haro obtineret Valmasedā Ordūnam & Villalua & Losa quam sententiam omnes partes emologarunt: post pre- dicta Fernandus Rex bella cōtra Machometos feliciter gessit: illisq; magnas clades intulit. Nā iter cętera famo- sum oppidū de Gibraltar & de cannete post longā obsi- dionē suę dittoni subiecit. In quorum recuperatione pre- cipue militauit Iohannes Nūnii de Lara: Nec tamē pu- tauit obmittendam facectam ridendam simul & notandā cuiusdam Sarraceni quam predicto Fernando retulit: Cum enim oppidum predictum de Gibraltar uenisset



*nota*  
in deditonem Regis Fernandij: ex pacto Sarraceni utri-  
usq; sexus exeuntes de castro optabant transfretare in  
Africam. inter quos accessit ad Regem quidam Sarra-  
cenus uenerandus centū fere annorum: qui ait ad Regē  
Nescio quid mihi & tibi sit domine Rex: aut cur me tā-  
topere persequeris. Erā ego quondā cuius Hispalēn. &  
Rex Fernādus proauus tuus cū illā ciuitatē obtinuit me  
inde expulit. ego uero contuli me Xertio. Postea super-  
uenit Alfonso. x. auus tuus & capta ciuitate me inde ex-  
pulit nudum & percussum tandem applicui oppido de  
Tarifa ubi domum fabricaui: & dum me tutū putarem  
uenit Sanctus pater tuus & castrū ui & armis obtinuit.  
& simili modo pulsus fui de domo mea: postea conside-  
rans q; in nullo loco eorū que Sarraceni in Hispania ob-  
tinent: tutius uiuere poterā quā in hoc fomoso castro de  
Gibraltar decreui in eo dies meos finire meos. nūc uero  
tādē tu uenisti & castrū obtinuisti. Exoro igitur excellētā  
tuā digneris mihi & familię meę scāfā aut paruū aliquod  
nauigiū cōcedere: ut in Africā transeā finiāq; dies meos  
paucos & malos: cū aliqua quiete: nec dieti uideāt oculi  
mei tot gētis nostre elades: Rex uero Fernādus subirridēs  
simul & cōpatēs donauit eū muneribus cōcessitq; nauigiū  
pro se & illis miseris quos ipse delegit: quo humanitatis  
preclaro facinore a uicinis oppidis cognito sese sine san-  
guinis effusiōe Fernando dedere: nec alia arte Quintum  
Metellū celtubricas Hispanię gētes expugnasse legimus  
qui quosdā Celtiberos intercipiens humanitatē propin-  
que uictorię preferens nō solū eos incolumes remisit. sed  
ab obsidione discessit. quo tā clementi facto nō unius ci-  
uitatis mētia. sed omniū Celtiberorū urbiū aīos cepit  
effectq; ut ad eas redigēdas ī Romani populi deditonē  
multis obsidionibus opus nō esset. Postremo hic Fernā-  
dus & si uictoriosus fuit & multis uirtutibus polluit:

*nota*  
quibusdam tamen uiciis nō caruit: fuit enim in credēdo  
detractoribus promptus. & ex quadam ut putatur rigi-  
ditate iusticię impuniēdo celer: Ex qua re a deo punitus  
creditur. Nā cū apud oppidū de Martos duo nobiles  
de Caruaial corā eo de prodicione accusarētur. Rex ipse  
přecipiti iudicio přecipitari eos de altissima rupi iussit. Illi  
tamē sese innocentes asserbant. quare cū humanū deesset  
auxiliū ad diuinū recurrerūt: & propter iniustā mortem  
Regē citarūt ut infra. xxx. dies corā diuino cōpareret tri-  
bunali. rationē de tā iniqua morte redditurus. Adueni-  
ēte igitur die citatiōis. cū esset Rex apud ciuitatē Gienēn  
post somnū merēdianū repertus est mortuus. Alii ferunt  
morte cōmuni expirasse: an autē hęc subita mors a casu  
uel a fortuna an ex predicta obuenerit causa. iudicio diui-  
no relinquendū est. cuius iudicia abyssus multa abstinere  
profecto debent principes a festino & přecipiti iudicio.  
Hinc Rex & patriarcha Iob. causam inquit quā nesciebā  
diligentissime in uestigabā. Vbi Gregorius ad ferendam  
mortis sententiā přecipites esse non debemus. nec temere  
indiscussa iudicare: maiora enī crimina credenda nō sunt  
mox cū audiūtur. sicut scriptura cōmemorat de Phitafare  
qui leuibis uerbis cōiugis credulus. sententiā tulit cōtra  
Ioseph. nec aliter egit tyrannus ille quē Seneca in libro  
de ira cōmemorat qui irato & festino iudicio tres occidit  
innocētissimos milites. Vnū quia rediit de uia sine socio  
quē dicebat ab eo interfectū. & cū duceretur ad supplicū  
uenit socius quē cū executor iusticię cōspexisset: uiuumq;  
duxit ad Principē. Ille uero festinus & iratus ait. ad pri-  
mū te iubeo interfici quia damnatus es. Secūdo dixit te  
simili sentētia dāno quia causa damnationis socii fuisti.  
Tertio uidelicet licitori dixit. te quoq; occidi iubeo qā mi-  
hi imperanti non paruisti. Huius Fernandi Regis tem-  
poribus sedit ī cathedra Petri: Celestinus .v. & successiue



Bonifacius .viii. natione Campanus . & deinde Benedi-  
ctus .xi. Lombardus & clemens .v. Burgūdus . Vacauit  
sedes duobus annis & totidē mensibus . In Imperio ue-  
ro presuit Rodulphus .ii. de quo paulo ante egimus .

**C**apitulū .x. de Alfonso .xi. qui post cladē His-  
paniē .xxxix. Rex fuit & de prole sua & de uicto-  
riis eius contra Reges Bellamarini & Granate  
& quomodo recuperauit Alcala la real & alia ca-  
stra & de eius repetitis cedibus quorū dā mag-  
natū & de magna ingratitude cōtra eos cōmissa

**A**LFOVSVS huius nominis .xi. filius Fernādi .iiii.  
successit in regnis Castelle & Legionis cepit reg-  
nare anno domino .m. ccc. x. fuit autē .lxxvi. rex ab Atha-  
natico primo Rege Gothorū & .xxxix. a Pelagio qui  
primo regnauit post cladē Hispaniē . Regnauit autē ānis  
xl. Hic duxit uxorē Martā filiā Regis Portugaliē ex q̄  
genuit Petrū q̄ post eū regnauit sed ex nobili femina Le-  
onora de Guzman . genuit Henricū & Fredericū filios  
naturales . primū fecit comitē de Trastamara alterū ma-  
gistrū Sancti Iacobi . genuit etiā Sācū & Teliū comites  
Petrū & Didacū . quos ultimos paulo post Petrus eius  
filius occidit : hic Princeps strenuus & ualde animosus  
fuit : plurima preclara bella contra infideles gessit . Deu-  
at enī Almohaçen Machometē & demū yucef Reges  
Bellamarini & Granate . nā lucro fidei & suę dittoni ad-  
iecit alcala de beneay quā nūc regalē appellamus & plu-  
rima alia castra & oppida : Hic Alfonsus iuuenis satis re-  
gnare cepit & quorundā prauo consilio aliquos magnos  
uiros de se & regnis suis bene meritos inhumaniter gla-  
dio cedi iussit . Oblitus enim maximi & acceptissimi ob-  
sequii quod Iohannes Alfonsi de Haro dominus Delos

cameros Fernando Regi patri suo pauloante ī bello cōtra  
Reges Aragonū & nauarre sedulo & utiliter prestiterat  
ut supra diximus . eundē Iohannē Alfonsi apud oppidū  
de Aguseio interfici iussit : ut uerificaretur quod uulgo  
dici solet : quia sepe magno & peculiari seruitio magna  
succedit ingrattudo : Rursus nō minor fuit seuitia & in-  
grattudo quā in nobilē uirū Gundissaluū . Martini ma-  
gistrū de Calatraua iniuste exercuit : qui cum principalis  
capitaneus esset : in cōfinibus regni cōtra Mauros Gra-  
natenses bellū cāpestre conseruit cū abomalich uocato in-  
fante Picaço filio Regis Almohaçen . qui ex Africa cum  
magnis copiis ex cōdicto quorū dā perditissimorū crist-  
ianorū transferat : ut ciuitates Delas : Algeçiras : & Gi-  
braltar obtineret : Et nō nulla alia cristianorū oppida &  
castra inuaderet . In quo bello pugnatū est acriter & non  
sine uarietate fortunę . sed diuino assistente presidio pre-  
dictus infans Picaço & plurimi Sarraceni occisi sunt . &  
nō pauci captui & post tā insignē uictoriā Alfōsus Rex  
suasu & consilio Alfonsi : Fernandi Coronel : eusdē Iohā-  
nis Alfōsi emuli . Iohannē predictū acerrime persequutus  
est . Obseditq̄ in quodā castro suo & tandē idē Iohannes  
Alfonsi cōsilius de sua innocētia deq̄ suis seruciis Regi  
& regno prestis inductus uexillis & ceteris Vanderis  
quas pauloante in bello contra infantē Picaço obtinuerat  
regie pietati imo morti se obtulit : Rex uero irato nec  
satis deliberato aīo iniuste & inhumaniter eū occidi iussit  
Profecto non mediocris fuit Regis Alfonsi ingrattudo  
nec dissimilis ei quā Solon passus est ab Atheniensibus  
quibus nō solū leges dedit toti orbi consecrandas sed ci-  
uitatē dominā Græcię fecerat ab ea tamen patria quā de-  
fendit profugatus in cyprū exilio datus est nec in ea hu-  
matus est quā lustrauerat . Hęc igitur cedes & ingrattudo  
Alfonsi plurimum honoris & glorię ei abstulerunt quas

*causa dicenda erat*

*Am. vocata est constantia*

*Alcala de beneay . La Real*



quidam potius ex iuuenili impetu emulorumque consilio. quam sui animi prauitate putant accidisse: Verum non mansit in ultimum tam iniquum Alfonsi Fernandi Coronel consilium: nam pari forma. qua Alfonsus eius persuasione magistrum predictum de Calatraua occidi iusserat. eadem seueritate Petrus huius Alfonsi .xi. filius predictum Alfonsum Fernandi Coronel occidi fecit. apud oppidum de Aguilar dela Frótera. ut uerum sit quod saluator in euangelio dicit. quia quae mensura messis fueritis remetietur. & uobis Nec aliter euenit superbo & insolenti Aman. sicut scriptura testatur. quod precepto Regis Assueri eo supplicio occubuit quod parauerat innocenti Mardocheo: Sed & Andronicus eodem genere pene. quo iniuste occiderat adoniam summum sacerdotem. uita priuatus est. contra similes ait Ieremias ad prophetas Babilonie reddite iuxta opus suum & iuxta ea quae fecerunt facite illis

**C**apitulū .xi. quomodo Alfonsus emendatus de se uicia plurimum fuit humanus & magnificus & sublimauit quendam aluarum Nunii de Osorto & de pessimo eiusdem militis sine.

**V**ERVM licet hic Rex Alfonsus .xi. aut iniquis consiliis aut prauorum hominum emulatione seu iuuenili calore aliqua iniusta egerit. Postea tamen plurimum penituit & se errare cognouit quinimo deposita crudelitate. humanitatem & benignitatem induit. idcirco in eo bello ostendit quod contra Portugalenses gessit. nam offensus a Rege Portugalię. qui ciuitatem Pacensem iniuste obsederat regnum Portugalię ualida manu ingressus est: pietate tamen & humanitate motus militibus iussit. ne pauperes innocentes in aliquo lederent. Cumque sui comilitones. .ccc. nobiles Portugalenses bello captiuos cepissent: ipse Alfonsus in propria eos ad castra Portugalensium incolumes deduxit

ne a suis offenderetur. quod cum uidissent maiores regni Portugalię. tanto beneficio magisque armis uicti suaserunt Regi ut cum Alfonso Rege clementissimo concordaret. quod & actum est: pax inter eos sequuta est. nec aliter Camillum Romanorum consulem egisse Valerius ait. qui cum quosdam faliscos ex hostium exercitu interciperet. eos incolumes in patriam remisit: qua animi magnitudine & moderatione. illorum animi sunt capti. quorum membra non nisi magno sanguine expugnari poterant: Denique dictus Alfonsus liberalis & magnificus fuit. & plurimos exaltauit inter quos quendam Aluarum Nunii de Osorto plurimum & breui tempore sublimauit: Nam inter cetera contulit ei plurima castra oppida & uillas. creauitque eum comitem de trastamara a deo ut ex humili statu unum de maioribus regni eum constitueret quippe qui secundus post Regem erat: Veritamen cum dictus Aluarus fortunam suam non satis agnosceret: sed & insolens esset. temptauit superbo & temerario animo ducere in uxorem dominam Leonoram Regis Alfonsi sororem: quod Rex ipse conspiciens cernensque non satis prouide Aluarum tam celeri motu ac precipiti ascensu exaltasse. quippe quem iam contumacem in pluribus conspiciebat. uelut qui impugatus & dilatus contra eum qui fecit illum calcitrabat: Comemorans denique quod eiusdem Aluari consilio occidi iusserat nobilem Iohannem dominum de Vigaya consanguineum suum: decreuit prudenter deprimere quem leuiter exaltauerat. peccit enim Rex ipse ut Aluarus assignaret castra & fortalicia quae sibi contulerat quod Aluarus pertinacissime renuit. quoniam imo erectus in superbiam regi resistere temptauit: Ut de eo scriptura in libro Ester dicere uideatur. multi inquit bonitate & principum honore qui in eos collatus est. ab usi sunt in superbiam nec contenti sunt gratias non agere de beneficiis sed in dominum prosiliunt. Alfonsus itaque formato contra eum legitimo processu eum fuisse proditorem

*Non prima comitum de Trastamara occisum eo comite Osorto ab humili statu*



publice declarauit. paulo post accidit eundem Aluarum  
morā trahere in quodā oppido suo de Beluer quod fue-  
rat hereditariū predicti Iohannis domini de Viçcaya et  
usdē Aluari consilio interfecti. Cumq; dictus Aluarus  
arcē uellet īgredi. custos dictus Ramirus flores permisit  
eū intrare & claua quā manu gerebat caput Aluari con-  
cussit atq; elisit & ex muro demisit cadauer ī terra: ueluti  
idem Aluarus fecerat dicto Iohāni domino Viçcaye quē  
suo consilio apud taurū Rex interfici iusserat. Ramirus  
uero illico corpus nudū ligatū asino regi obtulit. is plu-  
rimū letatus corpus exanime cōburi fecit bonis suis oī-  
bus cōfiscatis sic itaq; actū est: ut sicut Ieremias ait uices  
ei redderentur iuxta opus suū & id sibi fieret quod aliis  
effecit uelut de Andromico legimus qui propter iniustā  
cedē Adonie sacerdotis eius consilio ad missam Anthio-  
cus illū purpura exutum fecit uita priuari.

**C**apitulū .xii. de preclaris uictoriis Alfonsi .xi.  
contra Reges Granate & Africe. & de preciosis  
spoliis quę in bello habuit & Romano Pontifici  
transmisit & quomodo post longā & cōstantissi-  
mā obsidionē recuperauit ciuitates Algeçiras &  
quomodo quidā Sarracenus tēptauit in tēptorio  
Regis Alfonsi eum proditorie interficere & de  
singulari clemencia qua usus est erga eū. & quo-  
modo populauit predictas ciuitates

**A**LFONSVS itaq; uitam suam recolens & delicta  
iuuentutis suę ad pia & iusta opera conuertere cu-  
piens. omnipotenti deo per quē Reges regnāt solenniter  
uouit bellū cōtra infideles indefinenter gerere pruniasq;  
uictoriarū ei offerre: Cū igitur Almohagen Machome-  
tus Rex Marrochitanus & Bellamarini sociatus Rege

Granate cum magna pennorum copia obsedisset oppidū  
nostrū de Tarifa & .xxii. machinis muros perforasset. oc-  
currit illi Rex Alfonsus comitatus Alfonso Portugalie  
Rege. acerrimo itaq; bello conferto pugnatum est ingenti  
contencione. cumq; diu utrinq; dubia sorte cederentur.  
tandē ut diuine bonitati placuit Reges ipsi Maurorum  
uicti & cęsi fuere. In castris uero eorundē Arabū pluri-  
ma preçiosa spolia inuenta sunt. de quibus deuotus Rex  
Alfonsus recognouit ipsā uictoriā obtinuisse nō uiribus  
suis. sed deo eam tribuente. Imitatus patriarchā Habra-  
ham qui habita quinq; Regum preclara uictoria obtulit  
summo sacerdoti dei altissimi decimam spoliōrū belli &  
uelut alter strenuissimus Gedeon qui deuictis hostibus  
eorū spoliis in templo oblatis benedixit dominū dicens  
abs te est domine uictoria ista. & tanq; sancta Iudith quę  
post Olofernis necem atq; uictoriā obtulit in templo dei  
preçiosa spoliōrū. Dauid quoq; qui gladiū quo superbū  
Goliā decolauit sanctificauit domino in templo sãcto suo  
Horū itaq; sacra uestigia secutus Alfonsus summo Pōti-  
fici illius temporis donata ex hostiū spoliis deuotissime  
transmisit centum uidelicet Mauros in bello captiuos &  
totidē equos ita ut singuli Sarraceni singulos equos per  
capistra & in altera manu paruū uexillū deportarēt quos  
precedebat miles quidā Regis nuncius uexillum Regis  
Sarraceni bello captū deferēs. quę siquidē preclara ensenia  
Romanus Pontifex hilari uultu conspexit & sequēti die  
processione solenniter facta gractas altissimo de tanta ui-  
ctoria persoluit. quod utiq; uexillū hodiernis temporibus  
in ecclesia sancti Petri huius alme urbis cernitur: Rur-  
sum sanctū eius propositū prosequens postq; castrum de  
alcala la real & alia plurima a Mauris recuperauit. forti-  
& cōstanti animo obsedit ciuitates Delas Algeçiras. xxii.  
mēsisibus & in ea obsidiōe gentes suę innumeros labores



perpesse sunt: Nam inter cetera singulis diebus trium mensium pluit & iterum cessante pluuia. ignis Maurorum caliditate in castris Regis Alfonsi proiectus adeo inualuit ut magnam uictualium & ceterarum rerum partem consumeret. famemque ob eam rem ualida exercituum Regis affligebat. Verum tamen ut potuit suppleuit regia prouidentia & per mare aliquid uictualium copia exercitus reparatus est: Amonebant tamen permulti Regem ut saltem uerba bone spei militibus daret quo facilius famem sufferre possent. Ille uero ut erat promptus in dicendo atque perfacetus. Cathonis senioris uerbum retulit in simili casu: dicebat enim difficile esse ad uentrem uacuum orationem habere. qui aures non habet. quippe qui plus deletatur coquorum fumo quam oratorum elegantia exercitui tamen suo copatiens ea uictualia que mense regie erant reseruata militibus distribuit hortans ut ea die paruo illo cibo potiretur. ipseque merito pro eis ieiunaret qui pro eo in tanta fame constituti erant: Cumque sine intermissione ciuitates debellaret. Sarraceni inter quos erat infans frater Almohaçen uidentes constantiam Alfonsi ueluti. quem nec inundatio aquarum nec flammarum incendia nec impactentissima fames a proposito reuocabant. obtulerunt ei ciuitates eo pacto ut ipsi libere ultra mare transire possent. Rex igitur Alfonsus easdem Algeçiras muris & fossis reparauit. Ex meçquitis ecclesias fecit. aliasque de nouo construxit atque dotauit & urbes ipsas cristianis populauit. Verum inter cetera huius Alfonsi egregia & preclara facinora pretermittendum non putamus illud stupendum & pene ad mirabile moderatiõis & clementie signum. quod in eadem obsidione delas Algeçiras Alfonsus exercuit. Cum enim uiderent Sarraceni Regis constantiam & se fame afflictos & ea de re obsidione ferre amplius non posse. Unus pertinacissimus Sarracenus ex obsessis ad ceteros loquens. nunquam inquit periculum sine periculo uincatur. Ego igitur pro

legis celo & uestra salute meam uitam morti exponam. Exiens itaque de ciuitate gladioque accipiti iter deponam & tunicam abscondo. castra Regis Alfonsi peto & cum in manus custodum incidisset. ait ad eos ut se ad Regem deferrent. cui non nulla ut eadem die ciuitates acciperet. locutus erat. Ante igitur quam ad Regem duceretur. ut primum illum uidit quidam grandeeus miles Hispalen: expoliari eum & perquiri fecit. repertoque gladio ad Regem ductus est a quo Rex discursum deliberate proditionis intellexit. Cum itaque grauibus suppliciis plecti cuncti clamaret: Alfonsus singulari humanitate fretus illum incolumem Regi bellamarini in Africa constituto transmisit. premiandum. ueluti qui salutem patrie uitae suae preposuit. Rex uero Sarracenorum qui ut creditur rei insecus erat. crudelissima eum morte affectit: Egregium certe facinus si a catholico esset principe gestum imitatus est hic Sarracenorum Rex magnam Alexandrum apud quem ut Quintus Curcius ait. Cum unus ex Darii familiaribus qui eundem Darium prodiderat. quippe & interfecerat duceretur. illum fratri Darii cruciandum tradidit. dicebat enim Alexander falli eos qui proditionis ab eo premium expectarent. Imo uiolatæ fidei neminem acriorem fore ultorem quam se ipsum: sed illius Sarraceni qui se ultro morti obtulit nescio cur saltem mentem liberam de patrie non magis comendem. quam Iuliani cristiani perfidissimi. qui tempore Roderici Regis ultimi Gothorum. patriam prodidit. Ille enim ut ait ex Valerio Augustinus de ciuitate dei. uelut alter Paulus decius cum uideret rempublicam. pene prostratam caput suum pro eius salute deuouit & in medio hostium sibi mortem petens. comparuit. Iulianus uero ut alter Silla qui aduersus patriam ita gladium strinxit ut tantum suorum sanguinem oculis uiderit. quantum nephas est audire: sed certe utrumque pulchre sed impari laude. Cicero prior de officiis. tangere uidetur. omnem inquit caritatem superat ad patriam amor. pro

*diuersa res & ratio sunt  
nam ille summum regem prodidit & occidit. Sarraceni autem alienum regem & hostem pro patria occidere tentant. quod laudat in seneca romana*

*no. de fide ad patriam*



qua quis bonus uir mortē nō dubitat appetere. si patrie mors sua est pro futura: sicut nulla detestabilior inhumanitas quā eorū qui lacerauerunt cū scelere patriam & in ea funditus delenda occupati sunt

**C**apitulum .xiii. qualiter Alfonsus .xi. predictus obsedit famosum oppidū & castrū de Gibraltar & de peste superuenienti in eius castris & de singulari perseverantia in obsidione in qua tandē obiit peste relicto Petro filio regni successore & de lamentabilibus sed memorabilibus uerbis Alfonsi ad suos tempore mortis prolatis ac de aliis prudentissimis sententiis & futuris Vaticiniis cuiusdā greci sapiētis ad Petrū cū sūma libertate habitis

**S**ED IAM ad Alfonsum redire libet porro hic gloriosus princeps cōmemorans q̄ famosum oppidū de Gibraltar suo tempore in deditōne sarracenorū deuenerat: quidē culpa uerius proditiōe sceleratissima cuiusdā uasce Petri de Neyra eiusdē oppidi custodis. qui castrum predictū sarracenis assignauit & in Africam ignominose & infeliciter transferat: Deceuit Rex ipse Alfonsus cum uniuersis copiis suis obsidionē ponere dicto oppido. Verum post septē mēses. tam ualida pestis in castris deseuit ut non dixerim die integra sed uix peste percussus. horā finiebat. adeo enim totus exercitus afflictus erat ut aut egris cōpateretur aut suspiraret mortuis: ueluti de simili peste Orosius refert sub Fabio maximo & quinto decio consulibus Romę accidisse: Quare cuncti magnates & milites consulebāt Regi ut ab obsidione pro tunc discederet. Rex uero constantissime reuicit & uelut alter fortissimus machabeus ait. si appropinquat tempus nostrū mortamur in uirtute propter nomen domini. melius est

enim nos mori q̄ uidere mala gētis nostre & sanctorum: Subdebat rursus Alfonsus ipse uiros magnanimos timore mortis non debere ab obsidione ceptisq̄ rebus discedere. presertim uictualibus sarracenis deficientibus. non enim equo aīo audiebat discessum ab obsidiōe. pro eo q̄ infortunio suo attribuebat. eius tempore castrum illud ad manus uenisse Maurorū: Tandē i dies inualescēte peste ipse cōstantissimus Rex glandula pestifera percussus est: Ad eū igitur iam in agonia constitutū magnates ac sibi dilecti accesserūt & ut fieri solet lacrimosis oculis dicebāt cui nos cōmendatos relinquis quasi dicerent si filio tuo Petro nos cōmendas gladio nos comittis: Ille uero sensū uerborū intelligens. deo inquit summo Regi uos comitto Rursus cū illi subicerēt. cui deniq̄ comittis Petrū filiū tuū ille ingemiscens uobis inquit si bonus erit. sed id me pluris q̄ mors angit. Cū enim qualis futurus sit. non ignorem. doleo acerbissime talem uobis relinquere heredem & dominum. qui meliorē uobis filiū dimississe optarē: & tandem subdebat. licet enim Adriani Cęsaris sentētia fuerit. quia successorē nemo odit. Ego fateor. Petrū ut filiū diligo. ut successorē non amo. nec ut Regem futurū letor sed cum natura & fors ipsa tulit. qualiscumq̄ futurus sit necesse uideo Rex uester sit: ea de re uos oēs ei comittā. non quia bono. sed quia filio. Orate igitur deum ut eius mores in melius cōmutet & seuitiam in mansuetudinem uertat quia teste Salomone ipse est qui cor Regis dirigit & quocūq̄ uoluerit uertat illud: ipse rursus Regis Assueri crudelitāre inclementiā conuertit: Verum cū nonnulli consolandi uerius assentandi gratia ei dicerēt noli o Rex contristrari q̄ hucusq̄ Petrus discolor uisus sit Iuuetus quidē aliquid insolentie habere solet sed speramus pro uectior etas sed & probitas tua aqua degenerare sibi pudori erit ipsa deniq̄ regia dignitas mores mutabūt suos



nouumq; & tibi similem eum reddent: Sed utcumq; sit recordare inquit Philippi Alexandri patris sententie. quam Quintus Curcius commendat. nam & si male de filio sentiret moriens tamen ait. minime se egre mortem ferre cum filium superstitem & Regem relinqueret: quibus Alfonso .erratis inquit. ille ut tyrannus & tyranni filius locutus est. tyrannidis enim illa ut aiunt misera conditio est. ut auidius eam ad posteros relinquunt. q̄ ipsi iocundius exerceant aut deserere possint. Reges enim qui natura regnant filios non tam Reges q̄ bonos relinquere peroptant. quid enim glorię? quid honoris. patribus accreuit: ex Neronis ex galicole. ex Domiciani imperio: qui parentum memoriam & laudes suis ipsi sceleribus perpetuo macularunt: scriptum est enim confusio & ignominia patris. impius filius. & iterum dolor patris indisciplinatus filius quibus dictis & ecclesie sacramentis deuote receptis se deo committens. animam beatus afflauit. obiit autem die sancto ueneris quo Christus crucem ascendit. anno eiusdem Saluatoris Milleimo .ccc. l. Voluit enim Alfonso licet cum suo periculo reipublicę cristiane consulere ut alter Codrus de quo Valerius commemorat contra quem cum Peloponenses bellum gererent. Athenienses responsis acceperunt illos futuros uictores quorum Dux periret. quod Codrus audiens. scienter se hostibus iniecit ut occideretur. malens mori ut hostes uincerentur q̄ uiuere hostibus non superatis. Alfonso igitur uita functo: cuncti regnicole luxerunt eum plantu amarissimo. Sed auxit merorem quia dissimilem filium suscepturi Imo passuri erant: Habent enim illius temporis annalia. quendam sapientissimum grecum eiusdem Alfonso consiliarium uisa expertaq; ab eo Alfonso Regis & Petri filii morum disparitate mortuo Alfonso publicę sed lacrimabili uoce super funus

dixisse: desle inquit o misera hesperia. tanto Principe. Imo patre patrię orbata: gemitus incessanter emitte. Vno enim eodemq; tempore agnoscere cogeris. qualem amiseris Principem & qualem habeas. aut qualem habere debueras: utrumq; ergo inconsolabiliter deplora. impari tamen dolore. patrem inquam internis singultibus plange. quia talis est a te Princeps ereptus. sed filium uehementius desle quia talis est super te erectus: patris acerba merito tibi mors fuit. sed filii uita acerbior: pater tue fuit utilitati donatus. filius uero tue puñitioni predestinatus patris uita tibi fuit solacio. filii tedio erit atq; supplicio: patris obitus tibi fuit dolor: filii uero uita tibi erit merori: Sed forte quia patrem piissimum non satis coluisti. tam discolum atq; seuum filium patri meruisti: ut enim talem habere patrem. postulabat ordo suorum meritorum: sed ut talem filium patereris exigebant culpa subditorum: Sepe enim ut sancti interpretes aiunt pro meritis subiectorum deprauatur uita rectorum: quia scriptum est dabo eis Regem in furore meo. Sic & contra promeritis presidentum bene disponitur uita seruentium. sed est quo paululum consolers si consolatio dici potest. non enim tu sola es quę has bonorū & iniquorum Principum sustines uicissitudines. Sed nec est Petrus solus. qui a preclaris parentibus degenerat. Abraham siquidem dei amicus plures pessimos filios habuit. Daud quocq; preter Salomonem iniquos filios genuit. Sed & ipse Salomon cui dono dei nemo in sapientia comparatur flagitiosissimum Roboam filium genuit. Taceo de gentilibus ut de filio Scipionis maioris. qui adeo dissimilis fuit patri ut eum non imitans sed gloriam maculans. a militibus Antiochi Regis contra quem pater pugnabat. se capi permisit: Sic & filius Fabii maxime egit qui tante fuit nequicię. atq; seuiicię. ut senatus ipsum



bonis & honore paterno priuaret extimantes indignum  
q̄ honores tam honorifice a patre quesiti . causam tantis  
uiciis in filio preberent : Ea igitur uerba cum Petrus  
cognouisset . Iratus ad eundem sapientem . incipiam in/  
quit in te ueritatem quam dixisti exequi . quare gladio eū  
ferri iussit . Exoratus tamen Petrus . ne in ipsum quasi in  
patris funus seuiret distulit dicens / uolo ut in tua uana  
sapientia mentiaris & do tibi ueniam . qua cuncti agno/  
scant quia longe insolentior atq̄ imprudencior est . qui  
talia Principi impugne dicit . q̄ Princeps ipse qui talia  
audit & impunita relinquit : ad quem gręcus sapiens  
intrepide ait optarem id ex uirtute ageres . sed quia omnis  
crudelis timidus est : in me ideo iniuste nō seuis . ne iuste  
in te populus seuiat : Utinam mentitus essem in miseris  
subditis tuis . ut mihi uera dicēti . tuam exercerēs nequi/  
tiam . sed prothdolor non est illis mentita iniquitas tua  
Et qui uidebunt . annuncient : tandem iniquitas tua fi/  
nem dabit . quia scriptum est . qui seminat iniquitatem me  
ret eam : & iterum iniquitates suę capiunt impiū : Qua/  
re in uerticem tuam iniquitas tua descendet atq̄ in me/  
mortam redibit malicia tua . quia propheticum illud  
experieris : & ecce crudelitatis tuę ultor erit fraternus  
gladius . & iterum tradam impiū in manu proximi sui  
quia de te alius propheta ait propter crudelitatem tuam  
uisitabit deus regnum tuum : & dabit illud proximo tuo  
meliori te . quibus dictis euanuit a conspectu Sathelitur  
Regis . & transiit in Africam ubi plurima ut aiunt ua/  
eticinatus est de futuris : Sunt qui asserunt ex illa hora  
Petrum tetendisse insidias cunctis fratribus suis . quorum  
aliqui impias eius manus nō effugerunt . Qua uero arte  
Petrus Rex temptauerit gręcum predictum ad se redu/  
cere & qualia responderit . infra sequenti capitulo habetur  
Temporibus huius Alfonsi . xi . prefuit in sede Romana

Io . xxii . & successiue Benedictus . xii . & Clemens sextus  
Gallicus Imperauit autem eo tempore Albertus Dux  
Austrie filius Rodulphi Regis Romanorum . qui apud  
oppidum Aquisgrani electus est : Hic misit solemnes  
oratores ad Bonifacium pro optinenda confirmatione .  
quam idem Pontifex multis rationibus concedere rēnuī  
pro ea uice dicens eum reum lese magestatis tandem in  
odium Regis Francę eum confirmauit subiciens sibi  
quantum potuit . regnum Francię hic Albertus regnauit  
x . annis tamen sine corona tandem occisus fuit a nepote  
filio fratris anno domini . m . cccviii .

Capitulum . xiiii . de Petro huius nominis primo  
Rege Castelle & Legionis . xl . post irruptionem  
Hispanię & de causis odiorum inter eū & Blan  
cam Reginam eius cōsortem & quomodo & per  
quem fuit maleficiatus & de sinistris successibus  
huius rei & an maleficio & arte magica odium  
uel amor induci posset

*Don Pedro el mel*

**P**ETRVS primus huius noīs Alfonsi . xi . predicti  
filius inmediate ei successit in regnis anno Cristi  
redemptoris natiuitatis . m . ccc . l . Hic lxxvii . Rex fuit ab  
Atharico primo Rege post cladem Hispanię & illius  
miserrimam irruptionem . Regnauit autem annis . xix .  
qui longissimi regnicolis uisi sunt : Huius Principis ui/  
tam gesta atq̄ utinam egręgia facinora describere non/  
nulli . non tam ut opinor extollendi quam lacessendi de/  
siderio : Nos uero non libenter hanc assumimus pro/  
uinciam . Verum cogit inceptus dicendi ordo ut hystorie  
ueritas respondeat . & qualis quisq̄ fuerit qualiaue ege/  
rit . talem & talia nudo sed uero ac libero calamo descri/  
bamus . Optaremus quidem eiusdem regis gesta tā clara



forent atq; insignia ut clariora nos atq; illustriora litteris  
aut scriptis facere possemus. Sed uerum est quia ut aiunt  
habent hoc cuiusq; principis obscura gesta ut & si excu-  
fari forsan aliquando possint . laudari tamen minime. &  
quod non parum Regum ipsorū miseram conditionem  
ostendit. Illud est quia quantalibet illorum sint clara fa-  
cinora. per pauca tamen detestanda aut non felicia. per op-  
tima ab eis gesta deturpent. ut uerum sit quia in paucis  
offendens factus sit omnium reus. Hic itaq; Petrus do-  
nis nature locuplex satis fuit statura procer uultu deco-  
rus corporis uiribus prepollens & robustus plusq; Regē  
decebat sed & quibusdam animi dotibus non caruit si illis  
recte uti uoluisset. fuit enim ingenio uelox astutus. & affa-  
bilis in persuadendo promptus & dulcis armis deniq;  
strenuus in congregiando primus. rebus bellicis tritatus  
superbos atq; inobedientes. raptores uiarumq; insidiato-  
res miro modo persequebatur. Sed ea uirtutū dona pre-  
clara quidem eius generis sunt ut ornatum non felicem  
Principem reddant. Quibusdam enim capitalibus uiciis  
sorduit non utiq; a parentibus traductis. sed ut aiunt  
ascleratis familiaribus inductis. In primis igitur Petrus  
imitari patrem non studuit. quinimo. nequiuit pater tan-  
tam gloriam acquirere. quantam filius sedauit: Duxit  
igitur Petrus uxorem Blancam filiam ducis Borboni:  
quam paulo post nuptias apud Vallemoleti dimisit (licet  
defacto) & celeri gressu pergit in Montaluam ubi dege-  
bat Maria de Padilla sibi admodum dilecta concubina:  
Verum quia apud multos non satis note sunt odiorum  
cause inter Petrum Regem & Blancam eius consortem  
que repudio occasionem dedisse uidentur: & a diuersis  
diuersa narrantur: decreuimus rem ipsam breui contex-  
ere sequentes hystorias non modo a scriptoribus His-  
panis editas, sed ab exteris famosis historiographis

descriptas: inter quos insignis historicus Ptolomeus de,  
Luca rem ipsam luculento. sed lacrimabili stilo describit  
Petrus igitur eodem Ptolomeo teste Blancam Reginam *nota*  
a principio tenerrime dilexit ueluti que uenustate corpo-  
ris & morum integritate pollebat: sed ut aiunt inimico  
humani generis procurante. Implacabile odium Petrus  
contra Reginam innocentem conceperat: maleficiatus  
ut creditur industria Marie de Padilla quam prius con-  
cubinam dilexerat: nam illa uidens per Regem cōtemp-  
tui habitam. machinata est pertritos in arte magica Re-  
gem ipsum in Regine odium deducere: quam rem per  
certa maleficia demonum quidam iudeus se facturum  
obtulit. qui etiam singulari odio contra eandem Reginā  
conspirauerat. pro eo q; deuotissima catholica Regina ef-  
fecerat apud Regem: ne iudei in Regis curia fauores  
officia & honores obtinerent: quinimo apud eundem  
Regem pene concluderat omnes iudeos a regno pellen-  
dos. ut in Franca actum erat. Modus autem inducen-  
di odia & maleficia ut aiūt talis fuit: Donauerat Regina  
Petro pulcherrimam gonam auream multis gemmis &  
prectosis lapillis ornatam: quam Petrus Regine amore  
sepe deferebat: Maria uero de Padilla Regine emula:  
calide operata est ut gona illa ad manus magici iudei  
aliquādiu preueniret. quam tali maleficio effectit. ut dum  
quadam festiua die Rex illa precingeretur a cunctis in-  
tuentibus atq; a se ipso non gona aurea sed quodam hor-  
ribili serpente precinctus uideretur. Rex uero merito  
perterritus cum quereretur quid nam res illa esset: a non  
nullis Regine emulis & forsan factioni assencientibus  
responsum est. gonam Regine talem pulchritudinem  
peperisse: Ex qua hora Petrus infestissimam Reginam  
habuit. nec amplius illam uidere nec cum ea conuersari  
uoluit: ut de eo uerum sit quod de Amon ad Tamar



scriptura cōmemorat . quā maius erat odium quo eam  
oderat : amore quo ante eam dilexerat : quinimo adeo  
contra eam inflāmatu Petrus extitit : ut processus in eā  
formare iuberet : quę res molestissima fuit plurimum &  
ingrata cūctis regni statibus innocentem Reginam sci-  
entibus : præsertim Henrico & ceteris Petri fratribus .  
qui omnes conati sunt ne dum Reginam defendere sed  
efficere ut ad maritale consortium reduceretur . sed eo  
magis animus sui natura seuus ad iram & ad uindictam  
prouocatur : quare non paucos prelatos & nobiles a re-  
gno fugauit ac alios gladio percussit : totumq; regnum  
nobilium sanguine cruentauit ac implacabili dissidio cō-  
turbauit : Ea igitur re ad Innocencii .vi. noticiam deducta  
Legatum destinauit uidelicet Guillelmum sancte Marie  
in cosmedin diaconum Cardinalem ut Regem ipsum  
cum Regina atq; regni magnatibus conciliaret . Legatus  
uero Regem inflexibilem repertens . parum profecit . Re-  
gina uero mestissima quę innocentiam suam ostendebat  
neq; audiebatur . pre tristitia & merore paucis post die-  
bus uita functa est . Sic igitur in nostra misera Hispania  
uerificatum est illud Naum prophete uasticinium : ecce  
corruet ciuitas propter fornicationem meretricis specio-  
se & grate habentis maleficia . quę uendit ad gentes &  
familias in maleficiis suis : & sequitur . propterea di-  
cit dominus exercituum ; reuelabo pudenda tua & osten-  
dam regnis nuditatem tuam : quod ad litteram calami-  
tosa Hispania experta quippe & passa est : nec id nouum  
est . ut enim diuine legis interpretū sententia est . peccatis  
hominum permittit deus similia fieri : sepe enim ut ait  
Canon per maleficos occulto sed nunq̄ iusto iudicio : deo  
permittente : & diabolo preparante : demones ipsos in  
humana corpora & illorum cogitationes potestatem ex-  
ercere compertum est . Fit enim ipsa demonis potestate

quędam in imaginatiua hominis fortis impressio : ex  
qua amor & cōcupiscencia uiri ad unam mulierem ap-  
plicatur & ab altera aufertur . Rursus demones ope-  
rando extra nos & intra nos possunt facere ut una ea-  
demq; res sub una figura . & demum sub alia uideatur  
extra nos enim . nam facile agit demon in aere materi-  
am speculari : constat itaq; ista specula sensibilia fieri  
posse talis dispositionis ut res aliter refulgeant & sub  
alia figura q̄ sint : Cum itaq; demones in aere possint  
eandem materiam speculari formare secundum simi-  
lem dispositionem quę est in speculis ostēdentibus rem  
non secundum figuram quam habent . per consequens  
poterit efficere ut refulgeat res in materia speculari non  
secundum figuram quam habet . prohibendo ergo per-  
positionem alicuius obstaculi mihi in sensibus q̄ linee  
a re uisibili non ueniant ad oculum meum secundum  
rectum incessum . sed solum per reflexionem ab eadem  
natura speculari in aere facta . faciet ut res appareat mihi  
alterius figure q̄ sit : Hinc pulchre Augustinus li .xviii .  
de ciuitate dei . nemini dubium est arte demonum effica-  
posse . ut uideantur esse quę non sunt . non quidem rea-  
liter cōmutando . sed fantasiā hominis alterando . quę  
etiam cogitando per rerum innumerabilia signa uaria-  
tur . & cum corpus non sit . tamen similes mira celeritate  
formas capit sopitis ac oppressis hominum sensibus :  
ad aliorum sensuū nescio quo in effabili modo figuram  
corpoream posse produci . hec Augustinus : Sed & in-  
tra nos id ipsum demones agere possunt : quoniam per  
inordinatum motum spirituum . potest res apparere  
alterius forme q̄ sit : Constat itaq; demones posse ipsos  
spiritus mouere inordinato motu & diuerso . quo fiet  
ut una uice res appareat unius figure . alia alterius . zona  
igitur Petri eadem in substantia existente . demonis arte



effici potuit ut serpens uideretur quippe & moueretur .  
Verum quia ut ait Sapiens in insidiis suis capiuntur  
iniqui : referunt historie eundem Iudeum ac tanti scele-  
ris complices paulo post iuste ab eodem Petro ob alias  
causas gladio fuisse cesos . Itaque inuenit aliquando Petrus  
iuste quos puniret iniustus : quid enim tam iustum quod  
ut odio habeantur . qui odia seminant : ut recte de hiis  
propheta dicat consumentur ab ydolis quibus sacrifi-  
carunt : & iterum inueniatur iniquitas eius ad odium  
& in Ezechiele scribitur qui oderit sanguinem innocen-  
tem sanguis persequitur eum : .

Capitulum .xv. de prole Regis Petri & de mor-  
tibus & uiciis eius & de plurimis seuiis quas  
in fratres propinquos & suos nobiles & reg-  
nicolas exercuit

**P**ETRVS. ergo Rex de quo agimus prudens satis  
& bellicosus admodum fuit. sed & in armis stre-  
nuus : & quod mirabile dictu est in bellis ipsis plusquam  
expediebat audebat . sed pacis tempore plusquam oportuit  
timebat. quo effectum est ut publicis & campestribus  
bellis magisquam ciuilibus eius potuit laudari fortuna . quam  
tandem deturpauit . posuitque maculam in gloria sua. Pe-  
trus ergo expulsa ut diximus Regina Blanca concubine  
adherens . aut natura ipsa uel astrorum constellatione que  
eum ad seuiam impellebat . aut ut diximus maleficio  
predicto infectus . uel potius peccatis populi exigentibus  
que plerumque agunt ut diuina iusticia in prouincias pec-  
catrices seuiat . dicente scriptura per prophetam . tradam  
eos in manu dominorum crudelium . & Rursus dabo  
eis Regem in furore meo . & iterum erit eis Rex Asur  
uirga furoris mei . Postquam regno prefuit agere insolentus

cepit : Incredibiles enim ceses & crudelitates in fratres  
consanguineos & regnicolas exercuit : adeo ut post  
Neronem aut Gaium Galicolum omnes seuias & cru-  
delitate uicerit : plurimis denique aliis uiciis ut aiunt re-  
spersus fuit : Ferunt enim nonnulli sibi persuasum fuisse .  
gladio suorum debere occumbere . quare Petrus ipse  
ut alter Herodes quem Titus Liuius commemorat Sic  
in uniuersos efferbuit ut si aliquis superesset suspectus  
sibi foret . nec putauit se tutum nisi genus deficeret hu-  
manum .

Domicianum pene imitatus : qui teste Suero-  
nio sic gladii necem pertimescebat . ut non nisi occiden-  
do tutus apud se putaretur : & quod erat omni timore  
timidius . speculum lapideum . illum quocumque ibat  
precedebat : ut a tergo sibi per imagines conspiceret  
quid retro in eum temptaretur : uerum quia ut sapien-  
tum est sententia . nunquam per scelera tutum est iter . quo ma-  
gis in cunctos Petrus seuebat . eo magis omnes timebat .

<sup>enim</sup> Ut inquit Philosophus cum timor quedam sit tristitia  
ex fantasia futuri mali qui in alios seuit : futurum est  
eos timeat quos ledit : Hinc noster Seneca . necesse inquit  
est multos timeat . quem multi timent : Adde quia scri-  
tura teste ob scelera & flagicia mortales uiribus corpo-  
ris & mentis debilitantur . quia scriptum est peccauit  
Iherusalem propterea instabilis facta est : Nec aliter Pe-  
trus Rex licet uiribus corporis alias robustus fortis ac  
strenuus extitisset . sceleribus tamen suis animo debilis  
& sibi ipsi pauidus effectus est : quia teste scriptura .  
pauor hiis qui operantur malum : Tandem igitur ab  
ipsa sua seuias uictus est . Nam scriptura sacra testante  
sicut clemencia roboratur tronus Regis . sic crudelitate  
deprimitur : Hinc Seneca . errat si quis extimat ibi tutum  
esse Regem . ubi nullus est tutus a Rege : Hic itaque pri-  
mo cum regnare incepit apud Burgem ciuitatem quedam

*nota*



apud Burgensem civitatem  
Garsiam lasso de la Vega. et  
alios honorandos ciues.

nobilem Baronem dictum Garsiam lasso de la Vega  
ac quosdam honorandos ciues uana quadam suspiti-  
one impie occidi iussit: Deinde Hispalim adueniens  
omni pietate nudatus<sup>et</sup> ut alter Nero qui Britannicum  
fratrem interemit. & alter Bassianus cognomine Cara-  
calla. qui fratrem Getam regno & uita priuauit. Sed  
uerum est quod Sapiens ait quia uir crudelis propin-  
quos abiciet. Denique Petrus impie imitatus est Phara-  
artem Regem Parthorum qui preter patricidia in pa-  
trem simul & in filium admissa. triginta insuper proprios  
fratres trucidasse legitur. non ueritus tanto ac tali san-  
guine regnum male partum stabilire: Sic Petrus Rex  
gladio ferit Iussit Fredericum magistrum sancti Iacobi  
& Iohannem atque Didacum eius fratres impuberes.  
nullius doli aut culpe conscios. nec hiis contentus seui-  
ciis apud Bilbao oppidum Vigcaye infantem Iohan-  
nem de Aragonia fratrem eius consanguineum. occidi  
iussit ne illi dominium principatus Vigcaye assignaret:  
eidem siquidem Iohanni principatus ipse optimo iure  
debeatur ueluti qui contraxerat cum Iohana de Lara  
filia Iohannis Nunnii de Lara domini Vigcaye: Rur-  
sus iussit interfici Alonsum Fernandi Coronel eiusdem  
Regis timore in castro de Aguilar rebellantem. & no-  
biles uiros Martinum Egidii filium Iohannis Alonsi  
de Alburquerque. & demum Petrum Aluari de Osorto  
apud oppidum de Villanubla fecit iniuste interimi.  
Nec hiis seuiiciis placatus: Inclitas Reginas Aragonie  
materteram suam & dominam Blancam eiusdem Petri  
uxorem quam in arce Xercii captiuam tenebat. Denique  
Helisabet & Iohanam de Lara sorores eius consangui-  
neas ad quas prouincia Vigcaye ex paterna successione  
expectabat. uita pariter & principatu priuauit. omnesque  
gladio iussit occumbere: Quo euenit ut inclitam &

apud Hispalim. Fredericum fratrem  
magistri sancti Iacobi. et  
Iohannem atque Didacum fratres im-  
puberes

apud Bilbao infantem Iohannem  
de Aragonia fratrem eius consanguineum

In castro de Aguilar Alonsi fer-  
Coronel

Martinum Egidii filium Iohannis  
Alonsi & Alburquerque

Petrum Aluari de Osorto ex  
Villanubla.

Reginas Aragonie materteram  
suam et dominam Blancam eiusdem Petri  
uxorem in arce Xercii

Helisabet et Iohanam de Lara  
sorores eius consanguineas eius

nobilem familiam comitum de Lara penitus extingueret:  
que utique domus antiqua fuit in Hispania in qua claru-  
erant Gundisaluis Gustus & Mudarra Gundisalui  
eius filius & plurimi excellentes uiri. & durauit usque ad  
tempus huius Regis Petri. qui has duas nobiles femi-  
nas solum ex ea familia superstites iussit occidi. cessauit  
itaque uerius expirauit eadem domus comitum de Lara.  
Saltem quo ad dominium & titulum. Nam predictae nobiles  
mulieres fuerunt filie Iohannis Nunnii de Lara domi-  
ni Vigcaye. Licet nobilis domus moderna de Manrique  
que ex predicta stirpe descendunt: trahunt enim ori-  
ginem a nobili comite Manrique de Lara domini de  
Molina. & ea de re Caldaria ferunt in armis & insigniis  
suis: Rursus ut ad Petri seuiicias reddeamus: Occidit  
apud oppidum de Alfaro nobilem Guterrum Fernan-  
di de Toledo: Fugauitque dominum Vascum de Toledo  
archiepiscopum fratrem suum. cuius bona occupans.  
tandem apud Portugalam exulem morti fecit: pluri-  
mos denique alios magnates nobiles & ciues perimi in-  
iuste fecit: adeo ut omnibus Hispanis timori esset atque  
tremori. Nam Rex Granate ei tributarius erat atque  
uassallus ad illiusque curias uocatus accedebat. Dum hec  
agerentur. Rex Petrus qui nunquam iniurie obliuius erat  
memor illorum uerborum que græcus Sapiens tempo-  
re obitus Alonsi patris ei libere dixerat. ut sub eodem  
Alonso supra retulimus. per nuncios rogauit Regem Tu-  
nicie & Feg. quatenus eundem sapientem patris sui consili-  
arium sibi acceptum secure transmitteret. quem hono-  
rare pollicebatur. idem etiam sapienti predicto significa-  
uit: Ille uero maiore fretus libertate. Illud Solonis sa-  
pientissimi respondisse fertur: qui ut ait Laercius de  
uita Philosophorum cum plurimum honoraretur a quo-  
dam tiranno ut secum maneret. Solon uero migrare in

Inclita familia comitum de  
Lara

apud Alfaro. Guterrum fer-  
di de Toledo

fugauit Vascum Archiepiscopum toletanum  
qui nuntius fuit apud Portugalam

et multos magnates nobiles  
ciues



aliam ciuitatem decreuisset: Interrogatus a pluribus .  
cur cum Rege habitare nollet a quo tantum honoris  
sibi offerebatur: Ille inquam sapientes ac uirtute predi-  
cti apud tyrannos necesse est dediscant philosophiam,  
quę ubiq; ueritatem defendere iubet. Demum uero  
quantalibet sapientia uigeant .qui tyranno obsequuntur  
similes tamen sunt calculis compotorum. quorū unusq;  
quisq; quandoq; plura quandoq; pauciora designat. sic  
tyranni quandoq; magnum & clarum uirum honorant.  
quandoq; autem sibilant indignos honore: sed pau-  
lo post utrunq; sine distinctione meritorum in bursa  
recludit non nunq; mittit ad ignem.

Capitulum .xvi. de detestanda cęde Regis Gra-  
nate iussu Regis Petri facta. & de aliis homici-  
diis nobilium & cuium apud Tolletum factis  
& de irreuerentia eius ad matrem.

**P**ETRO itaq; Rege regnante cum intestina dis-  
sensio & iplacabilis discordia esset in regno Gra-  
nate. quibusdam sarracenis fauētibus Regi dicto Ma-  
homato. aliis opitulantibus Regi dicto Rubeo uassallo  
& federato eiusdem Petri: Hic Rex Rubeus ad Regem  
Petrum Hispalim commorantem confidenter accessit:  
primo quidem ueniam de commissis si aliquādo offen-  
disset. deinde contra hostem suum auxilia petiturus: Pe-  
trus uero se uicte auaricie rapacitatem addens: putansq;  
eundem Regem Rubeum magnos attulisse thesauros.  
de nece eius inique cogitat; sed iniquius necat: iussitq;  
eum turpiter capi ac cuncta sua confiscari. & ut maiori  
obprobrio esset. illum super asinum per urbem depor-  
tari fecit. pęcōne acclamante. eum proditionis causa  
occidi iussit: Ut igitur Rex ipse Petrus maiorem ei

honorem afferret. decreuit eius esse lictorem. cuius decu-  
erat esse defensorem: arrepta itaq; lancea. corpus Regis  
Rubei perforauit. Ille uero a rabica lingua sed profusa  
altaq; uoce funestum inquit triumphum & turpem ui-  
ctoriam hac die explesti o Petre dum sanguinis & auri  
mei subundus armatus inermem ad te confugientem  
occidis: quę una turpis cędes ultra cętera Petri Regis  
scelera funestissimam ei ignominiam attulit: dum cru-  
delitati auri cupidinem addidit: Imitatus illū omnium  
mortalium pecunie audissimum Septumuleum: quem  
maximus Valerius commemorat: Is cum Gracci ami-  
cicie sedere foret coniunctus audiens Opimium sic di-  
ctum consulem. spondidisse tantum se auri soluturum  
quantum Gracci caput ponderasset si ei a corpore absci-  
sum offerretur. Septumuleus lucrorum indagator. nouo-  
rum malificorum inuentor. caput Gracci abscidit liqua-  
toq; plumbo cauatā partem capitis ut ponderosior. esset  
impleuit atq; per urbem pilo fixum. consuli Opimio ob-  
tulit: Quid igitur Petrus turpius aut cogitare aut agere  
poterat: q̄ eum occidere qui in eum tutissimum refugium  
posuerat: & se illi tutādum p̄buit. ne ab aliis lederetur  
parum certe imitatus est Augustū Cęsarem. Ad quem <sup>nota.</sup>  
cum Herodes Rex ab eo uictus supplex uenisset: seq; ei  
cum summa fiducia commisisset atq; coram eo coronam  
deposuisset dicēs ad te uenio. Auguste spe salutis de tua  
uirtute presumens: Ad quem Cęsar imo saluus esto.  
& nunc omni timore deposito regnato cercius. uolo enī  
tuum augere non auferre regnum: cum tu nostrā ami-  
ciciam tanti fecisti. ut & si nos aliquando offendisti. de  
nobis & uirtute nostra confideris: Sunt tamen qui aiūt  
Regem Petrum pro scelere sui defensiōe dicere solitum  
Regem ipsum Rubeū fidem illi fefellisse. quia presidia  
non misisset. cum Petrus bellum gereret cōtra Regem



Aragonum: nec solum Petrus ipse Regem Granate predictum auaricie causa interemit. sed plurimos alios presertim dominam Blancam de Villena. quam ut in dominiis eius succederet securi percussit: Rursus quendam ditissimum iudeum appellatum Samuelem leui sibi dilectum Almoxarifum ac thesaurarium gladio ferri iussit. a quo ut aiunt historie sexcentamilia duplarum auri extorsit. Itaque crudelitas que altera ex tribus causis hominibus esse solet odio uidelicet. ira. aut cupiditate in Petro omnes simul cause occurrerunt: & odio ire acti. morti auariciam super addidit quia ut ait Ouidius. auaricia ferro & sanguine aurum querit: Sed nec omnitem est aliud non inferius huius Petri facinus: Cum enim predictus Henricus frater eius ante incepta inter eos intestina bella baronum magnatum ac omnium statuum regni consilio. apud Toletum eundem Petrum Regem moneret ut dominam Blancam uxorem suam ad se reduceret. & Mariam de Padilla concubinam pelleret: Idem Petrus falsa suspitione arbitrans. quosdam honorabiles Toleti ciues seditionis in eum conscios: illos publice occidi impie iussit: pro eo quod amicitia coniuncti erant baronibus qui eundem Petrum ut concubinam pelleret monuerunt: Nec aliter scriptura sacra Saulem egisse commemorat. qui cum in Dauid seuire optaret. falso suspicatus est Dauid & filium Ionathan. in illius mortem conspirasse: Tandem inter eos quos Petrus ea die neci dedit. aurifabrum quendam probum & antiquum uirum iugulandum decreuit. cuius filius pietate naturali motus. Regi Petro supplicauit. ne patrem innocentem occideret. aut eundem filium loco patris morti sustineret: Petrus uero ut erat totus seuis itaque repletus iussit patrem liberari. & filium insontem interfici: que res non parum addidit sceleribus huius

*substitueret*

Principis a cunctisque funesta iudicata est: fecissetque longe consulcius utrumque liberare quam ambos innocentes damnare: longe certe aliter Senatus Romanus effecisse fertur. qui Gracchum & Claudium consocios ad se delatos absoluit. pro eo quod Gracchus licet absoluendus foret. eandem penam iurauit se subiturum qua Claudius. tanta igitur fidelitate perspecta digne uterque liberatus est: Nec in hoc quieuit huius Petri Regis crudelitas: Nam cum domina Maria eius mater. metu illius in oppido de Tauro se recepisset: Petrus Rex eam obsedit. Tandem illa descendens de arce pietati filii se commisit: nonnulli uero magnates qui cum ea erant putantes se tutos fore si matrem committarentur. simul cum ea ad Regem uenerunt: Petrus uero deposita omni ad matrem reuerentia & in eius conspectu iussit occidi nobiles uiros. Videlicet Petrum Stephani magistrum de Calatraua: & Rodericum Gundisalui de Castanneda. & Alfonsum Tellegiron. & Martinum. & Alfonsum Tello: Regina tantam crudelitatem conspiciens attonita quasi mortua cecidit & perterrita tristis & mesta parum uixit.

Capitulum. xvii. quomodo Henricus & alii fratres Regis Petri fugientes eius seuiam Regem Aragonum pecerunt & de bellis inter eos habitis. & qualiter Henricus regium titulum assumpsit.

**C**LAMABAT. ad superos tanta hominis seuiam. adeo ut sicut scriptura commemorat ad celos pertingeret tanta crudelitas & quia scriptum est crudelis propinquos abicit: suscitauit deus contra eos propinquos ipsos: Nam & uota populi hoc petebant. ut ab ipsis propinquis & hiis quos leserat ipse abiceretur. dicente sapiente. angelus mittitur contra eum: Henricus



igitur & Telius ac Sancus eius fratres & infans Fer-  
nandus Marchio de Tortosa frater consanguineus ei-  
usdem Petri cōspicentes quia ut in libro Hester legitur.  
ferendus non est qui pietatem humanam sua crudelitate  
conmaculat: decreuerunt uite eorum consulere & tante  
seuicie resistere: illi ergo & nonnulli maiores regni ex-  
propinquorum mortibus plurimum ulcerati: ad Re-  
gem Aragonum confugerunt: qua ex causa graue ad  
modum bellum inter eundem Petrum Regem Castelle  
& Petrum Regem Aragonum subortum est: fueruntque  
acerrime clades ubique secute: sed Petrus Rex Castelle  
grauiora damna regno Aragonie intulit: Nam predi-  
ctum regnum personaliter ingressus gladio & igne cun-  
cta consumit. ciuitatem Valencie obsedit uineis & arbori-  
bus deuastatis. ac uindariis & solaciosis undique domi-  
bus diruptis. eandem urbem adeo artauit ut in suam  
deditionem perduxisset. nisi miraculose ut aiunt inopina-  
tus succursus aduenisset. plurimique ex suis ut ab obsidi-  
one discederet non suassissent. Tandem inde ad alia loca  
se conuertens. Tirasonam cepit: quam Gundisaluo de  
Lugio commisit. Is uero non modo imprudenter sed  
infideliter agens. ut cuiusdam domicelle caduca tempo-  
ralique pulchritudine potiretur. perpetuam indelibilemque  
turpitudinem & ignominiam incurrit: Nam eandem  
Tirasanen ciuitatem & arcem Regi Aragonum tradi-  
dit. eo pacto ut illi daret uxorem eandem pulchram do-  
micellam filiam Ximeni de Vrrea cum dote .xl. milium  
florenorum. cepit denique Rex Petrus plura alia castra &  
oppida in Aragonia: Tandem Innocencius vi. Papa  
legatum misit ad Hispanias pro componenda inter eos  
pace: Videlicet dominum Guillelmum de Bononia  
Cardinalē Is uero cū inter utrumque Regem de pace ageret  
addiit Petrum Regem Castelle. qui post multa dixit a

bello uelle cessare si Rex Aragonie iugularet quendam  
Frances Empellores. qui certas cōtumelias eidem Regi  
Petro dixerat: Petebat rursus ut ab Aragonia pelleret  
prefectos Marchionem de Tortosa & Henricum Teli-  
um & Sancum fratres eius & ceteros eius uassallos. qui  
ad eum confugerant & restitueret oppidum de Oriuela.  
& nonnulla alia castra ad Regnum Castelle spectantia.  
que oīa legatus predictus Regi Aragonū exposuit: Sed  
ille quibusdam annuit uidelicet quia expelleret solum a  
regno comites fratres Petri Regis Castelle & ceteros  
eius uassallos. si debita eis stipendia persoluerentur: que  
cum Petrus Castelle intellexit ita comotus celeri iudicio  
comites fratres eius & ceteros nobiles in Aragonia de-  
gentes condemnauit. bona confiscauit. In qua re pluri-  
mum sibi nocuit. quia spem redeūdi quam ante senten-  
tiam habuerant. post latum iudicium amiserūt: creuitque  
acerbius odium & acrius bellum: Rupto igitur omni  
tractatu pacis Rex Aragonum & Henricus & comites  
ac ceteri magnates partes eorum fouentes. inito cōsilio  
ex Galliis quasdam uagantes gētes. quas societates siue  
companias appellant: quantocius euocarunt: quibus  
aliisque copiis aduentantibus regnum Castelle forti ma-  
nu ingrediuntur. & Calagurram occupantes. Henricum  
in Regem sublimarunt: Cognito igitur per Petrum Ca-  
stelle Regem que frater regium titulū assumpsisset. a ciui-  
tate Burgē in qua tunc moram trahebat animo pro-  
stratus in Vandaliā. deinde in Galliciam se recepit. &  
quia ut sapiens ait. uiscera impiorum semper crudelia  
cogitant: cum esset apud Compostellam uenerandus  
pater Suerus archiepiscopus compostellanus Petro pre-  
sente nec prohibente impie occisus est.

Capitulum .xviii. quomodo Rex Petrus & Prī-  
ceps de Gales cu copiis anglicorū pugnauerūt

*Rex petrus non sibi in  
deprehanone fratris & se  
quarū*



cum Henrico qui tūc uictus ex Francia gentes  
colligens Petrū insequitur & tandē eū occidit  
& de aliis dignis rebus pro tūc occurrētibus.

**R**EBVS. Igitur sic fluctuantibus Rex Petrus ad Bayonam urbem in Vasconia tūc dominio Anglie subditam se cōtulit. quesiturus ab Anglicis auxilia. Illico igitur applicuit Princeps de gales primogenitus Regis Anglie magnis copiis munitus. Regi Petro pręsidia allaturus: cuius potenciam non parum uerebantur barones Henrico fauentes: sed fertur Henricū forti animo eos ad bellum cōfortasse. dixisseq; uerbum quod Rex agis ad Lacedemonios retulisse Polibius asserit. cum enim apud Mantineam cōtra plures hostes pugnaturus esset. ait eū qui multis uult dominari opus esse ut cum multis quoq; pugnaret: Itaq; Henricus barones suos bono animo esse rogauit. asserens futurum esse. ut plus laboris in illis spoliandis q̄ uincendis habituri erant: nihilominus fefellit eum opinio sua: Nam contra hostes Henricus Rex potenti & armata manu profiliit. bellumq; acerrimum cōmissum est. & tandem Henrico comitis Telii fratris sui culpa atq; ignauia pugnare nolentis. uictus est. plurimis captiuatis pręcipue Eneco Lupi de Horosco quem in uinculis trusum ut creditur Regis Petri iussu. quidam miles anglicus indigne imo turpiter interemit: Sic igitur prostratus quippe & fugatus Henricus Franciam petit: collectis igitur pluribus gentibus sibi a Rege Francie concessis. regnum Castelle potenter ingreditur. cui magna Hispanorum manus occurrit: Tandem non paruam Hispanie partem occupat. Tolerumq; obsedit: Cumq; Henricus intelligeret Regē Petrū in oppido de Montiel moram trahere: Illum ualida manu insequitur &

conserto pręlio Petrus uictus est magna utriusq; strage secuta. Petrus itaq; fugatus in arcem oppidi se recepit. Henricus uero castrū murari undiq; fecit. Petrus tādē iniquā conditionē sortitū itelligēs peciit colloquiū cum Henrico fratre: uerū ut quidā aiūt obsides postulabat quia lōge pluribus nobilibus Henricus comitatus erat ad quē Henricus dicit iussit. dicite crudeli trāno: quia ipse effect ut & ipse solus esset & ego bene & fideliter sociatus: Imitatus Titū quincū consulē Romanū aduersus Philippū Macedonie Regē missū: Nā cū idē Philippus consulem alloqui optasset nec ausus esset quia ut dicebat cū multis Romanis erat: Philippus uero solus erat Macedonibus. Tūc respōdit Quincus: tu iquit solū te fecisti quoniam fratres cognatos & amicos occidisti: Quare dignū est ut solus maneat quia solus ī orbe esse uoluisti: Cum uero quadā intempesta nocte Petrus ad tēptoria Beltrandi de clarequin comestabilis Frācie clā aduenisset qui ut aiūt uerbū de Petro liberādo dederat: Henricus inscius eius securitatis. sed cōscius Petrū ibi adesse paucis comitatus sine mora tēptoriū Beltrādi solus ingreditur. eundēq; Petrū Regē aggreditur & tādē pugione cōfodit: Alii tamē referūt utriusq; beltrandi caliditate & studio actū esse. qui & Petro fictā tribuit securitatē. & Henricū ut fratrem simul & hostē cederet euocauit: Nec desunt alii asserētes. intra arcē Petrū ab Henrico eodē beltrando cōscio fuisse occisū. simul & quorūdā suorū factiōe: aiūt historici quēdā sapientē afrum apud eū gracia legatiōis manentē. eo iam mortuo dixisse. Si Petrus Rex fides ei hoībus quibus se quasi fidētissimis & prudentissimis dederat aut carere potuisset aut probatis ut licuisset. indubie nedū imunis a periculo. sed uictor euasisset. ut cūq; sit libuit diuine iusticie. ut tali morte sed & a propinquo occūberet. qui nec propinquis peperat.

*petrus in arcē de montiel occisus*



nec alienis : decebatq; ut tam multi de eius unius necē  
letarētur. q̄ plures de plurimorū propinquorū mortibus  
doluerūt: quia ut sapiens ait. qui seminat ūquitatē metet  
mala. & uirga ire suę cōsumabitur. & Augustinus de ui  
ta crūstiana. q̄ sanguinē innoxū effuderūt: ita dei iudiciū  
sensere. ut ipsi postmodū sanguinē fundere cogerētur suū  
qui fundebāt libēter alienū. Impleta est igitur in eo illa  
domini sententia. quia qui gladio percutit gladio peribit  
Super quo uerbo Ciprianus : excusatio nulla est si secū  
dum tuā sententiam iudicaris. & q̄ feceris ipse patiaris:  
Hinc noster Seneca mala exempla in caput semper per  
petrantū redierūt : quia iustū est ut quod quis alieno ex  
cogitauit supplicio. sepe excipiat suo : & Ouidius nec est  
lex equior q̄ necis artifices. arte perire sua. A fratre igi  
tur occiditur qui fratres occidit. uelut in Tebano bello  
contigit in quo frater fratrem per insidias interfecit: quare  
regnū Macedonie & Persarū ob nimiam occidētis crude  
litate. illi simul cū uita ablatū est Nec aliter egerūt Gaius  
& Domicianus. Comodius & Heliogabalus imperatores  
Romani qui propter cruentā seuitiā. ferro ipsi perierunt  
Sic & Silla dictator. qui incrudelitate felix appellari uo  
luit: sed illico amissa imperādi potestate. celeri insuetocq;  
morbo decessit: Sed utinā hic Petrus Rex solus tā seui  
fratricidii penā luisset: Sed nō parū timendū est ne uelut  
in altero Caym fratrem Abel occidēte ī septuplū puniatur  
id est usq; ad septimā generationē successorū punicio ex  
tēdatur. eo sic disponere. q̄ peccata predecessorū punit in  
futuras generatiōes: ait enī in Leuitico addā punitiōes  
uestras in septuplū propter peccata uestra: Ferūt aliqui  
ad Petrū ipsum sic uulneribus confossū & in extremis  
laborantē accessisse quendā bufonē. aut histrionē eidem  
Petro familiarissimū. qui nō tam miserās. q̄ uindicās. nec  
tam mēstus q̄ letus. ait ad illū o Petre uelim memor sis

uerborum quę tibi sepe ioco dicebam. quoniam necesse  
est ut a lupis occidatur. qui lupos occidit. Nec hac deri  
uone cōtentus. Iterum ait crede Petre : qui sic uixit ut tu  
non potuit aliter mori q̄ ut tu : & qui sanguine tuo non  
peperasti. a sanguine tuo occubuiſti: Seuior Domiciano  
crudelior Nerone: Irreconciliabilis amicis : Incredulus  
familiaribus : cunctis iniquus tibi iniquior. sicut ergo  
fecisti sic pateris. dignū enim est : ut qui omnes occidit.  
omnes eius morte letentur. & qui in omnem sexum de  
seuit : Vterq; sexus de eius cęde congaudeat: cui Petrus  
quasi ex animis : si aliis inquit fui seuius: tibi tamē beni  
gnus. qui ī cęstu simul & homicidio te liberaui : sed uerū  
ais. me iuste mori. qui te iniuste uiuere feci. pator. itē quia  
in eo te amaui : in quo nequissimus es. Vestui sepe pre  
ciosis indumentis nequiciam tuam: morior deniq; quia  
non nature donauit. sed tuę arti nequissime. Nam fateor si  
homo tārum esses : & histrionem adulatorius non fuisses : nō  
tibi donassem. Morior rursus quia honorauit in te uiciū  
non naturam. Utinam hic Princeps tam recta in uita  
egisset : q̄ uera in morte referebat : sed mortis doloribus  
pressus sapienter loquitur. qui in uite gaudiis delectatus  
īprudenter operatus est. O infelix Princeps ille perpēde  
bat satis. quod tollerabat: intelligebat: quod amiserat: sed  
sera fuit eius cognitio: Utinā memor dū uiueret fuisset q̄  
misericordia & ueritas custodiūt regē. & ut noster Seneca  
ait ī quācūq; domū īgressa fuerit clemētia : eā tranquillā  
felicitēq; prestabit Sed ī regia domo quo rarior eo securior  
atq; nobilior: sed ut paucis agamus illud poeticū semper  
uerū fuit q̄ instabile est regnū quo nō clementia regnat.  
Sic igitur ea Petri acerrima morte finitū est illud acerrimū  
bellum & Henricus in Regem a cunctis populis gra  
tanter & cum omnium regnicolarum applausu assumi  
tur. A nonnullis asseritur Petrum perpendisse quendam

morsu

ru

not



*Dion. in signo de char.*

sibi familiarissimum insidias parare: quare multis audi-  
entibus dixisse fertur: nihil est cur morti non debeam:  
Si a me ipso cauere me oportet: ut alter Dion tyrannus  
qui cum a dionisio sibi fidissimo insidias parari intel-  
lexisset ait: mori longe prestatius fore: quam uiuere: Vbi non  
hostes solum: sed etiam amicos: atque coniunctos cauere  
oportet: Tempore huius Petri Regis Castellae ciuitas  
nostra de Algeçira ab Arabibus penitus destructa &  
desolata est. Huius Petri primi temporibus presuit Ro-  
mæ papa Urbanus .v. Lombardus. Imperabat autem  
primo Henricus comes de Lugenburg strenuus &  
fortis: qui electus fuit statim Alberto occiso: qui Hen-  
ricus parum in imperio uixit. Nam rediens ab urbe ubi  
de speciali commissione Clementis .v. a tribus Cardinali-  
bus coronam receperat in Tuscia apud Bonuconuentum  
Obiit anno domini .M.cccxiii. eo igitur mortuo electo  
res indiscordia duos eligunt. Nam aliqui eligunt Fre-  
dericum ducem Austrie filium Alberti Regis predicti  
Alii uero Ludouicum ducem Bauarie inter quos gra-  
uissima fuit contentio. tandem in quodam bello Frede-  
ricus captus est: & Ludouicus ius imperii usurpauit.  
dum hæc agerentur Papa Iohannes .xxii. processum for-  
mat contra Ludouicum quia confirmationem petere con-  
tempserat: declarans electionem nullam: ipse tamen Lu-  
douicus quorundam potentum Italie fauore urbem in-  
greditur & a prefecto urbis susceptus est. Tandem pessimo  
ductus consilio Iohanne Papa uiuente de facto elegi fecit  
quendam fratrem Petrum de Corbario in Papam post obitum  
uero Io. xxii. & Benedicti .xii. Clemens .vi. eligitur. qui  
eundem Ludouicum iterum reprobauit & damnauit  
precepitque electoribus ut eligant: qui Carolum primo-  
genitum Regis Bohemie concorditer elegerunt & Ro-  
mæ coronatus est.

Capitulum .xix. de Henrico .ii. Castellæ rege  
& legionis .xli. post cladem Hispaniæ & de cala-  
mitatibus quas passus est post interfectionem  
fratris . & qualiter predicta fratricidia petri &  
sua in eis & eorum posteritate punita creduntur.

**H**ENRICVS huius nominis .ii. interfecto  
ab eo Rege Petro fratre suo: illico a maioribus  
& a toto fere Hispaniæ populo Rex cum summo gaudio  
est assumptus: pariter & receptus: Fuit autem ab Atha-  
nario primo Rege Gothorum .lxxviii. & a Pelagio primo  
Rege post cladem .xli. Cepit autem regnare anno do-  
mini .M.cccxix. & annis viii. regnauit non computatis  
duobus quibus cum fratre simul & discordia presuit:  
nobiles autem aliqui partiales regis Petri qui eius mortis  
tempore aberant: propter fidem eidem Regi Petro pres-  
titam Henrico non obedierunt: quinimo Hispanias  
deserentes maluerunt: ut dicebant non modo patriam:  
sed uitam quam fidem deserere. quosdam tamen ex eis Hen-  
ricus captiuauit: quibus plurima donaria conferebat si  
ei obedirent: Illi tamen potius in carceribus mori: quam  
Henrico subesse prelegerunt. Barones & magnates ei  
obedientes magnis dominiis donauit: eosque plurimum  
sublimauit & ex illo turbulento tempore nobiles & Ba-  
rones Hispaniæ longe quam ante ditiores & potentiores effecti  
sunt. non sine regie corone diminutione. Fertur quosdam  
Barones paulo ante Petro adherentes Henrico potius  
metu quam affectu obsequentes ei sepe exprobrasse: quod eum in  
Regem recepissent: ad quos ille ait utilius eis fore tale  
obtinere Regem: quam ei tales habere subditos. Nec aliter  
Paulum Fuluium impari casu respondisse legimus: qui  
cum a Romanis aut temporis necessitate aut ob eius in-  
gentes uirtutes Consul multis inuitis electus esset: ait



Senatui se gratias non habere: quoniã non ideo electus  
fuiſſet Imperator: ut ei imperio opus eſſet: quin potius  
illis tali Imperatore: Obtinuit igitur Henricus pacifice  
oĩa regna fratris. Hic Henricus duxit uxore Iohannam  
filiã infantis Iohannis Hemanuel qui ex materna linea  
proneptus fuit infantis Fernandi primogeniti Alſonſi  
decimi: qui uiuente patre deceſſerat ex qua genuit Iohã  
nem primũ qui poſt eum regnauit. Rurſus etiã genuit  
dominã Leonorã que fuit Regina Nauarre: Cetera geſta  
& clariora facinora huius Regis Henrici tacta ſunt ſub  
Petro fratre eius & aliquid dicitur ſub Iohanne primo  
filio huius Henrici: Obiit autẽ Henricus apud ſanctũ  
Dominicum dela Calçada Calagurritã dioceliſ. Hic  
Henricus poſt interfectionem fratris in ſe & filiis non  
paruas calamitates perpeſſus eſt: quas utinã regia poſte  
ritas & totius regni cõmunitas non ſenſiſſent. Nam ut  
cetera taceamus nõ diu nec pacifice regna quinimo bella  
grauiſſima cum Portugalenſibus: demũ cum Anglicis  
ſurrexerunt: que Iohãnem Henrici filium & regnũ acer  
biſſime afflixerũt ut ſtatim dicemus: Clamabat enim ad  
cælum tanta utriuſq; fraterni ſanguinis cruenta effuſio:  
ſed ut Henrici ultimũ fratricidiũ tangamus: Quamq;  
ad uindicandas Petri fratris ſeuietas, illiuſq; punienda  
flagicia: a deo ultor Henricus datus eſſe credatur: ipſeq;  
Petrus iuſte penas ſoluit. Henricus tamen ut nonnulli  
ſapientes aiunt: ſola ambitione & regnãdi gratia iniuſte  
fratrem occidiſſe creditur. nec illius ſcelera iſtius fratrici  
dium excuſant. non enim Nabucodonosor infidelis &  
tyrannus iuſtus fuit: quia deſeuit dei uoluntate in po  
pulũ Iſrahel. de quo deus ait. Quid dabo ſeruo meo Na  
bucodonosor Regi pro eo q; ſeruiuit mihi apud Tyrũ:  
odio enim populi Iſrahel iuſta fuit eius exterminatio: ſed  
iuiſta reſpectu ſeuietis. Vnde Gregorius infelix populus

Iſrahel cuius comparatione Rex infidelis ſeruus dei ap  
pellatus eſt. Petrus igitur Rex meruit talem ultionem:  
Sed Henricus regnãdi cupiditate fratrem occidere nõ  
debeuit quo ad præſentem iuſtitiam: diuina uero inſcru  
tabilis eſt: que plerunq; uindictam exigit delinquentium  
per eos qui tuert: non occidere tenentur. nihilominus  
ut aiunt. Vindicta in poſteros ne dixerim uerenda. ſed  
inſtigenda erat. hinc in libris Regum dixiſſe deum ad  
prophetam legimus: propter peccata Baafa regis Iſrahel  
demetã poſteriora eius: ſic Regis Ieroboan. Et iterum  
illud quod propoſito ſimile uidetur. Nam ad Acab re  
gem dixit deus quia occidiſti: & poſſediſti demetã poſ  
teriora tua ut Regis Ieroboã inſtigendo pro pena regni  
diuiſionem & alienationem. qua de re nonnulli aiunt  
in eo Henricum punitum: in quo deliquit. agit enim  
plerunq; diuina iuſtitia: ut qui propinquũ regno priuat  
& uita: parum ipſe regno fruatur & uita. Sic Athalia  
in tantam exarſit libidinem regnãdi: ut omne ſemen  
regiũ occideret: illa tandẽ paruo regnauit tẽpore ut alter  
filius Gedeonis qui interfecit. lxx. fratres ſuos ut ſolus  
regnaret: ſed non diu poſt regnauit: quinimo quedam  
mulier cerebrum eius ignominioſe colliſit: ut ſcriptura  
ſacra cõmemorat. Sic & Ioram filius Iofaphat regnãdi  
cupiditate occidit omnes fratres ſuos gladio: ſed parum  
regno potius eſt. Sic & Selum Princeps Iſrahel occidit  
gachariam Regem ſibi propinquum: uno tamen mense  
ſolum regno potius eſt. Rurſus in Henrico eius poſ  
teritas & regni unitas mulctata creditur: quia in eo regni  
diminutto incepit: dum priuatis donationibus regni  
magnam partem inter nobiles partitus eſt. ueluti ob  
Salomonis peccatum regnum Iſrahel diuiſum & dimi  
nutum creditur. fatemur cõmendanda eſt liberalitas in  
Principe erga benemeritos: ſed fugienda prodigalitas

abimelech fuit  
ſte. lib. i. p. c. ix



presertim in principatus diminutionem. Hinc Seneca  
dabo inquit egeam: sed non ut ipse egeam: succurram  
perituro: sed ut ipse non peream. Et rursus ea Regis  
debet esse munificentia: quæ dantis honorem non ledat  
de quo aliquid tangemus sub Henrico. iiii.

**Capitulū xx.** quod pro rei publice quiete plerunq;  
quædam potius toleranda quàm uindicanda sunt & de  
malis quæ sequuntur ex talibus uindictis quod  
ostenditur plurimis auctoritatibus & exemplis.

**P**ROPOSITI nostri non est Petri Regis de quo  
egimus seu & cruenta excusare flagitia. sed illa  
pro rei publice quiete nonnunq; toleranda asserimus nõ  
ambitione non humana presumptione: nec priuata auc-  
toritate uindicanda. dicente Gregorio admonendi sunt  
subditi: nedum presidentium culpas considerant: audaciores  
contra eos fiant. & subdit: Nam si qua enim ualde re-  
gentum praua opera fuerint: ea apud semetipsos diui-  
dicent: ut tandem diuino timore constricti ferre ab eis  
iugum subiectionis non recusent. facta enim presidentium  
a subditis ferenda non sunt: etiam si recte reprehendenda  
uideantur. Cur enim ferendus non fuit Regis Petri  
furor? Cur non paululum crudelitas toleranda? non enim  
diu permanere potest: quod uiolentum est: nam ut quidam  
sapiens ait: si bonum quem patria habeat: malum tamen  
Principem diutius non habebit: quid enim si populus  
talem merebarur Principem? Si enim scriptura teste omnis  
potestas a deo est. Siue ad bonorum exercitium uel ad ini-  
quorum penas. illud consequens est: quia cum seuum Regem  
populus patitur: diuino imperio non humano paret.  
fortasse patientia populi hunc Principem mitescere fecisset.  
Quæ enim patria? quæ regio? quæ ciuitas seuissimos non

est passa Reges? Quis enim dubitat Romam multos  
pertulisse Caliculas: ac Neronos: domicianos: galienos:  
maximianos: Iulianos denique & decios pietatis hostes:  
Sirta Sardanapalum tolerauit. Persia Cyrum. Græcia atque  
Asia Alexandrum tulit. Sicilia dionisios. Non est haben-  
dus fidelis subditus qui subici nequit: etiam a principe  
Iesus. Nam ut ait Seneca. Cum Socrates per medias  
Athenas pergeret: a quodam Principis Satellite alapa  
percussus foret: licet pro eius summa auctoritate ad unam  
illius uocem lapidari Princeps potuisset: substitit: ne sua  
uindicta populi quietudo turbaretur. ne ue causam ad-  
uersus Principes rebellandi quouis modo dedisse uide-  
retur. Illud solum uerbum dixisse fertur: molestum ei fore  
quod nesciret homines quando cum galea uel sine ea prodire  
deberent. Subdit denique idem Seneca. quia optimis  
cuius & fidelibus subditis expedit: non omnia regum  
facta & gesta ad iniuriam recipere: Sed tutum atque salu-  
berrimum est: ut multe nos iniurie transeant: Ex quibus  
plerasque non accepit: qui necessitati parus tolerare animo  
duxit. qui enim uult esse quietus: non sit ad maiorum  
uindictam curiosus. Rursus idem Seneca ad Lucilium  
inquit. Sic uiuendum est cum Rege: quemadmodum  
subditos nobiscum uiuere optamus. Si enim in mentem  
ueniat quantum tibi in seruo liceat: cuius necis & uite  
tu dominus es: ueniat in mentem tantum Principi tuo  
in te licere. Refert enim Valerius: quod cum Siracusanus  
nobilis plurimas a Dionisio perpeffus foret iniurias  
eumque amici ad seditionem monerent: patienter id ferendum  
dixit a Principe. forsan inquit quia nos simile egimus  
cum in dignitate essemus. Sed uerum est quia subici  
nolunt qui diuitis habundant: Dicente Aristotile in  
Politico. quia qui sunt in excessibus bonorum fortunæ  
potentiæ & diuitiarum: subici nec uolunt nec sciunt. quod



pueris accidit . qui propter delicias nec doctoribus nec  
patribus subiciuntur : Exorandus itaq; & placandus  
est Rex : non necandus . nullum enim tam ferocem tam  
seuum natura genuit : qui non assidua obediētia & obse-  
quio liniatur . præsertim quia raro seuit Rex absq; cuius  
culpa : quia scriptum est propter peccata populi dat deus  
Regem hypocritam & iterum dabo inquit uobis Regē  
in furore meo : Saul enī Rex & si malus seuus & iniquus  
erat : tamen Dauid ad quem regnū deo iubete spectabat :  
non est ausus eum tangere . licet ille uitę eius insidiaretur  
& iniuste & deo reprobante regnasset : dicens absit ut  
tangam Crīstum domini . Vnde ait Augustinus q; Saul  
non habebat innocentiam : sed habebat sanctitatem  
non uitę sed officii & dignitatis . quare subdit q; Dauid  
Saul Regem honorauit uiuum & uindicauit occisum :  
Rursus in ueteri testamēto legitur punitos esse : qui occi-  
derunt Ioas Regem Iuda . quamuis idolatrā & iniquū  
Sed coniurantes contra regem Amon licet reprobum  
& idolatram iusto tamen dei iudicio percussi sunt . quia  
in Regem & dominum suum surrexerunt . q; si imensa  
est seuitia Regis : consulunt sacri interpretes recurrendū  
esse ad summum Regem : ut cor regis crudelis cōuertat  
in mansuetudinem . sicut regis Asueri crudelitatem in  
mansuetudinem uertit . ipse enim ait : liberabo gregem  
meum de ore eorū . Fatentur tamen nonnulli philosophi  
mortales : q; si sit excessus aut seuitia intolerabilis Prin-  
cipis effecti tyranni : tunc ad fortium uiroꝝ fortitudinē  
pertinet : talem tyrānum interimere : seq; pro liberatione  
multitudinis periculo exponere . cuius rei exemplum in  
ueteri testamēto facile reperitur . Nam Ayot regē Moab  
qui graui seruitute populū dei præmebat : sagitta infixā  
in eius femore interemit . & factus est populi iudex .  
Addunt deniq; q; nonnunq; expedit communitati bene

ordinate Principem corrigere : si delinquat & non prin-  
cipetur secundū leges . maxime si id agat per contempnū .  
cum ut aiunt ad cōmunitatē multitudinis pertineat illud  
agere cuius oppositū est cōmunitatis destructio . Rursus  
asserunt huiusmodi sapiētes quēlibet de populo posse oc-  
cidere eum : quē scit & uidet procurare desolationē totius  
cōmunitatis : si non habet aut non potest Principē adire  
qui id agat : quia ut asserūt . illud non ut priuata persona  
sed ut persona cōmunis uel Princeps agit . ista fuit quo-  
rundā sententia in . iiii . politicoꝝ quibus ueris existentibus  
nonnulli asseruerūt Henricū licite occidere potuisse  
Petrum : in tam periculosa tyrānide conuersum . præsertim  
quia non ut priuata auctoritate sed ut publica ueluti qui  
iam Rex electus & assumptus fuerat : illud egisse licite  
potuisse asserūt . sed nisi fallimur : hoc cristianę māsuētu-  
dini non congruit . cum apostolus Petrus nos moneat  
non solū Principibus bonis sed discolis subditos fore :  
Supradictā uero opinionē philosophoꝝ moralium de  
Principe per electionē assumpto non utiq; de eo qui per  
successionē regnat intelligendā fore : non incongrue dici  
posset . sed hunc scrupulosum laberinthū non ingredimur  
nec aliquid temere asseueramus sed rem gestam & scri-  
bentū uarias sententias inserimus : quē articulum latius  
discutimus in libro monarchię nuper a nobis edito . Vbi  
diffuse agimus quando qualiter & per quem Reges &  
Principes puniri aut corrigi possint . Ut igitur ad inceptā  
historiā redeamus . illud non omittendum est . quia nec  
Regis Petri multiplicata homicidia : nec huius Henrici  
de quo agimus fratricidiū inulta mansere . Scriptum est  
enim si utiq; est deus iustus : iudicabit eos in terra : atq;  
ut paulo ante diximus . Vtinā solos auctores pena teneret :  
nec ad posteros transisset : Huius autem Henrici tēpore  
eo apud Burgēn ciuitatem manente in quodā tumultu



populari infans Sancus frater Henrri Regis sagitta  
interfectus est: Rursus regnante eodem Rege Henrico  
anno primo regni sui qui fuit Milleſimus .ccc. lxx. Io.  
Paleologus Imperator Constantinopolitanus plurimis  
nobilibus & sapientibus uiris sociatus Romā uenit ad  
Urbanū Papam .v. a quo honorifice receptus est. paulo  
minus ac si Romanorum Imperator fuisset. & post mo-  
destissimā discussionē quorundam articulorū in quibus  
deuiare uidebantur ab ecclesia Romana: Tandem deuot-  
issime unitatē eiusdem Romanę ecclēsię acceptarūt & in  
solēni processione Gręci ipsi symbolū decantarūt spiritū  
sanctū a patre & filio procedētem asserentes. Iuraruntq̄  
Romano Pontifici obedire & statuta apostolica usq̄ ad  
ultimū apicē obseruare: super quo ipse Imperator bullā  
aureā assignauit: quę in archiuis apostolicis reperitur.  
Eiusdem Henrri .ii. tempore post eundē Urbanū sedit  
in cathedra Petri Gregorius .xi. natione gallicus post  
eius obitū scisma in ecclesia grauissimū exortū est. Nam  
Cardinales qui erant cum Gregorio: post illius mortē  
elegerūt Bartholomeū archiepiscopū Barēn quē Vrba-  
num .vi. appellarūt: Sed paulo post Cardinales ceteri  
apud Ananiā elegerūt Robertū Cardinalē Gebenē.  
qui uocatus est Clemens .vii. asserētes propter uiolentiā  
electionem primā fuisse nullā. huic Clementi adheſerunt  
Hispani. Exunde uero cōtinuatū est deterrimū scisma in  
dei ecclesia. quod xl. annis durauit usq̄ ad Constanciē  
conciliū. quod incepit anno domini .M. cccc. xvii. in  
qua generali sinodo electus est Martinus .v. Imperauit  
autē huius Henrri tempore Karolus p̄dictus filius  
Regis Bohemię.

Capitulum xxi. de Iohāne primo Rege Castello  
& legionis .xlii. rege post Pelagiū & de clarissimis

uxoribus & filiis eius & de bello cum Portuga-  
lenſibus & de causis eius.

**I**OHANNES primus successit Henrico p̄dicto <sup>pater suus</sup>  
in regnis Castellę & legionis. Fuit autem .lxxx.  
Rex ab Athanarico primo Rege Gothorū & xlii a Pe-  
lagio primo Rege post cladem Hispanię. Incepit reg-  
nare anno domini .M. ccc. lxxix. regnauit annis .xi.  
hic primo duxit uxore dominā Leonorā filiā Petri regis  
Aragonū: deinde illa mortua Beatricē uxorem sortitus  
est unicā filiam Fernādi Regis Portugalię. quod matri-  
moniū seminarū & incentiuū fuit grauissimi belli. postea  
exorti: de quo statim dicitur. licet matrimonij uinculū  
ad sedāda hominū dissidia augendāq̄ caritatē institutū  
sit: ut illico dicemus: grauioribus tamen scandalis sepe  
causam tribuit p̄sertim si non recto animo sit. Sic enī  
Saul filiam Nichol desponsauit David dicens dabo eam  
illi: ut fiat et in scandalū. & ut quidam sapiens ait. sepe  
cōiugū celebritatē infelix deturpat euentus. & cantus &  
epulas & coreas luctus sequuntur. necnon lacrimę &  
tumultus ut Egistus in filiorū cōiugis expertus est. taceo  
q̄ quedā uxores ferro alię ueneno uiros extinxerūt. Sed  
& genitoribus suis causam mortis dedere. Inde q̄ ince-  
perūt clades: ubi cessare debuerūt. quod facile est cōspi-  
cere: cum inter cōiunctos sanguine cōnubia cōtrahūtur:  
ut latius sub Henrico primo diximus: Rursus Iohānes  
ex Leonora filia regis Petri genuit duos clarissimos uiros  
Henricū. uidelicet primogenitū auum moderni Henrri  
Regis ac Fernandū Secūdo natū: qui postea Rex Ara-  
gonū effectus est: hi duo excellentissimi fratres Henricus  
& Fernāduſ fuerūt duo orbis luminaria: & omnibus  
Hispaniis Reges & Reginas attulerūt: ut statim subici-  
emus: Ex Beatrice uero .ii. uxore Iohānis nullū filium



suscepit. Tempore huius regis Iohānis duo grauissima bella ei & regnis suis successerunt. Primum bellum fuit cum Portugalēsis. Nam Iohānes Rex Castellę regnū Portugalē ad se & uxore suā Beatricę prædictā iure pertinere dicebat: quia aliquē legitimū filiū Fernādus Rex Portugalē non dimiserat. Portugalēses uero nonnulli Iohānem bastardū filiū regis Portugalē magistrū ordinis militaris Dauis: solēni uoto professum in regē uocāt. Alii uero eiusdem regni nobiles Regi Castellę adherent. Grauiā inde dissidia sequuta sunt. Nam Iohannes Rex Castellę ius uxoris prosequēs Portugaliam manu potētū ingressus est: & Vlisbonā obsedit. sed obsistente peste obsidionē leuauit. Sequētū uero anno cum Iohānes bellū cōtinuare decreuisset. superueniēte ei diuturno morbo res belli infeliciter successerūt. Nam eo egrotāte. aliqui magnates cum rege manserūt: nonnulli uero cum aliqua parte exercitus concito atq; improviso gressu Portugaliam sunt ingressi: qui non spectatis ceteris nobilibus Castellę rege deniq; ignorāte. quadā temeraria audacia ac iuuenili impetu ad bellū properarūt: putantes in manu sua esse uictoriā: quam dolebāt uēturis nobilibus attribui. Cum igitur forēt fessi: ueluti qui ea die longā uiam fecerant: Tandē pro parte profugati sunt nō paucis cęsis. Merito quidem suę arrogantię penas soluerūt. licet enim a regio nuntio atq; a prudētibus expertisq; uiris monerētur: ne ea die præliū confererēt. illi tamē elati animo contēpserūt dicētes. ut alter pharao. nescio dominū & Israhel non dimittā. Quare confusi sunt in medio castrorū inimicorū suorū: tam certos deniq; de hostibus se putabāt ut Portugalenses futuros captiuos uendere posse arbitrarentur. ut alter Nichanor de quo scriptura cōmemorat: quia tā securus de uictoria contra Iudā sibi uidebatur: ut iudeos uenderet anteq; eos in campo conspiceret: Sed tandem

superbia eorū humiliata est. quia scriptum est deiecasti eos dum eleuarentur. Sed uerum est quod Valerius ait. quia qui hostes despiciunt sua pericula despiciere uidentur nam dum suis confidūt uiribus alienas iusta extimatioe prosequi non ualent: quare plerunq; sentiūt ultrices. Sic Olofernes egit: qui iurauit omnes de populo Israhel exterminare: Sed ab eis uictus & cęsus est. Sic & Benadab Assiriorū Rex ut habetur in libris regū dixit ad filios Israhel: hoc faciāt mihi dii & hoc addant. Si suffererit puluis Samarię pugillis omnis populi qui sequitur me. Verum tamen pulchre respōsum est illi: ne gloriatur accutus eque ut discinctus. Itaq; qui in potētia & uiribus gloriabātur experti sunt: quod propheta ait. humiliasti sicut uulneratū superbū. & iterum gemuerunt superbi gigantes: ut cōprehendātur in superbia sua. & Ieremias ait arrogantiā tua decepit te & superbia cordis tui qui apprehendere niteris altitudinē. Fertur q; Portugalēses conspicientes bellum tunc potius inchoari q̄ finiri: non tam delectati præsentī uictoria q̄ futurā cladem timentes: legatos ad Iohānem Regē Castellę egrotātem mittūt pro fēdere & pace. Iohannes uero corpore debilis sed animo fortis: uictus uictoribus dixit: non habebitis inquit alias pacis conditiones: nisi aut regnum dimittatis: aut uitam quam uerborū arrogantiā & uindicādi libidinem ingrātam fuisse deo putandum est: eamq; non inultam dimisit. dum paulo post ad eandem uindicātam suspirās improuisa interit morte: quia scriptum est qui uindicari uolunt a deo inuenient uindicātam. ut statim dicemus in sequenti capitulo.

**C**apitulum xxii. de Secundo bello inter Iohannem Regem Castellę & ducem Alencastrię & de causis eiusdem belli & de cladibus & malis



ex eo secutus . & tandem de felici concordia per  
matrimoniu & de festina morte eiusdem Iohānis  
& de illius uirtutibus & accidētibus suo tempore  
in ecclesia dei .

**S** EDATO Igitur hoc intestino & graui cum Por-  
tugalēsis bello successit aliud cum Anglicis  
non minus acerbum . Nam dux Alēcastriē & Clocestrie  
filius Regis anglie regna Castellē & legionis ad se perti-  
nere dicebat ex parte uxoris Constantiē filiē Regis Petri  
quē secundū cōsuetudinem Hispaniē succedere debebat .  
Iohānes uero Rex sese iure & facto defendebat : dicebat  
enī inter cetera . quia dato q̄ domina Constātia ducissa  
Clocestriē fuerit maior filia Regis Petri : constabat tamē  
nec Petrum ipsum sed nec Alonsum eius genitorem nec  
Fernādum . iiii . auum suum aliquo iure fuisse legitimos  
Reges p̄dictorū regnorū . pro eo maxime quia Alon-  
sus . x . qui fuit electus Imperator Almaniē pater Sancii  
iiii . qui Tarisam recuperauit : anteq̄ genuisset eundem  
Sancium : genuit Fernādum dela Cerda . qui contraxit  
matrimoniu cum domina Blanca filia legitima sancti  
Ludouici Regis Francie : Ex qua genuit duos filios Al-  
onsum dela Cerda qui se intulauit Regem & Fernādū  
& cum Alonsus absq̄ liberis decessisset : successit ei Fer-  
nandus frater . qui ex domina Iohanna filia Iohānis  
Numneq̄ de Lara genuit quandam filiam quē contraxit  
cum Iohāne filio infantis Hermanuel : qui ex ea genuit  
dominam Iohānam uxorem legitimā Henrici . ii . patris  
p̄dicti Iohānis primi . Ex qua supputatione regna li-  
quido pertinebant ad eundem Iohānem ex materna suc-  
cessione . nec quouismodo regna expectabāt ad ducissam  
Clocestriē p̄dictā : nec ad Regem Petrū per consequens  
nec ad reges supradictos : Dux uero Alēcastriē & Anglica

plurimorum Hispanorum ac Portugalēsum turba sociati  
in iure dicte Constātiē confisi exclusa quauis alia uia iuris  
defacto Hispanias per partes Galiciē ingressi sunt . qui-  
bus Rex Iohānes strenue occurrit : & graui bella secuta  
sunt : quē longo tempore durarunt . Tandem inspirante  
altissimo pacis auctore & per bonorū uiroꝝ mediatiōes  
cōcordia matrimoniali contentio feliciter fuit sopita . Sic  
enim Dauid recōciliatus est Isboseth filio Saulis . quia  
Michol eius soror Dauid uxor data est . licet a principio  
in scādalu sibi data sit ut supra diximus . Sic deniq̄ inter  
Herodem Antipaty & Hircanū dissidia paccata fuere :  
quia Mariannē Hircani filiam Herodis duxit uxorem  
A proposito igitur incepto non descendēs prohis gra-  
uissimis sedādis calamitatibus Henricus . iii . filius pri-  
mogenitus eiusdem Iohānis primi cōtraxit cum domina  
Catherina filia p̄dictorū ducis Clocestriē & domine  
Constantiē eius uxoris filiē regis Petri . Itaq̄ q̄ Henricus  
p̄dictus appellaretur Princeps Asturiarū : & Catheri-  
na Principissa . & sic omni iure regna Castellē & legionis  
fuerūt cōsolidata in personam Henrici . iii . filii eiusdem  
Iohānis primi . Post p̄dicta uero feliciter gesta Iohānes  
Rex cum esset apud alcaladehenares quadam dominica  
die ante prandiū equitauit equum quendam non satis  
domitū . & cum extra opidū cursum faceret : equus ipse  
tam fortiter cespitauit : ut supra Regem caderet : taliter  
eum inter sellam & terrā oppressit : q̄ infra paucas horas  
mortuus est : Nec dubitādū est displicuisse imortali deo :  
hunc Principem dominice festiuitati non satis honoris  
tribuisse . Nam scriptum est : benedixit dominus diei . vii .  
& sanctificauit illum . nec enī solū ab omni opere cessare  
prohibuit : Sed & a uenationibus & uanis ioculatioibus  
tanta enim censura septimā diem obseruari deus p̄cepit  
ut hominem deprehensum die sanctificata colligere ligna



licet domui suę necessaria lapidari iussit: Hinc Origenes in die sanctificationis desine ab omnibus singularibus operibus . nihilq; mundanum geras . Sed spiritualibus operibus uaca . Adde quia non solum corporea exercitia in his diebus inhibuit : sed ipsas animi cogitationes . dicente propheta . reliquię cogitationum diem festum agent tibi . Igitur nonnunq; huius precepti transgressores grauitur punit dicens : quiescere faciam omnes dies festos a terra . quod fit temporales infligendo penas . ait enim per prophetam : conuertam festiuitates in luctum uestrum . Et iterum apud Machabeos : dies festi erunt uobis in luctum : tradunt enim annalia Anglorum quia Rex quidam Anglię die dominica ante missarum solennia uenatum pergit : cumq; sacerdos sacris indutus diu Regem expectasset : audite sunt angelorũ uoces sũma cum armonię suauitate missam officiãtes . Tandẽ rediit Rex : sed non incolumis . Nam post leporem currens equus cecidit : Regiq; ceruicem simul & tibias fregit . Hic igitur Iohannes Castellę Rex deuotissimus & catholicus fuit : & omnibus ecclesiis cathedralibus donaria & redditus perpetuos contulit . Rursus dolens uehementer de scismate in ecclesia orto : licet Henricus pater suus decreuisset nulli contendendum adherere : hic indignum iudicans catholicum Principem fore acephalum : attendens quia secundum sententiam sanctorum patrum scisma fouere dicitur : qui a communionem sedis apostolice se suspendit . Congregari fecit prelatos & uiros in iure diuino & humano doctissimos & ceteros regni status : & post longam concertationem declaratum est : ut Clementi . vii . apud Ananiam electo obedientiam prestaret . Demum uero eo mortuo prefatum Castellę regnum adhesit Petro de Luna appellato Benedicto xiii . usq; ad concilium Constanciẽ . Imperauit autem eo :

tempore Carolus filius Regis Bohemię . qui pergens in Italiam imperialem suscepit coronam ab Urbano . v . Fuit hic Imperator doctus satis & multarum litterarum peritus .

Capitulum . xxiii . de Henrico . iii . Io . filio . xliii . Rege Castellę & legionis & de clarissimis filiis eius & de infante Fernando eius fratre minore natus postea Rege Aragonum & de inclita eius prole .

**H**ENRRICVS . iii . Iohannis predicti primogenitus filius regnoꝝ Castellę & legionis gubernacula illico suscepit . Cępit aut̃ regnare anno domini . M . ccc . xc . & cõputãdo ab Athanarico primo rege Gothorum . lxxxi . a Pelagio uero qui primo regnauit post cladem Hispanię . xliii . regnauit aut̃ annis . xvi . In ceteris regibus regnãdi tempus descripsimus . In hoc uero glorioso Henrico non tantum regnãdi q̃tum uiuẽdi ordinẽ diseremus : nec q̃ multum regnauerit sed q̃ pie q̃ bene & iuste uixerit asseremus : qui & si paruo tempore in mũdo fuit . longissimo tamen tempore uiuere & regnare cęsendus est . paucis enim diebus uitam mortale sortitus est . qui magnis premiõꝝ cumulis floruit : quo fit ut q̃tenus ad dierum numerũ attinet . breuis fuit eius uita : sed quo ad fructum & premiũ longissima . ad quẽ sensum putamus sapiẽtem dixisse . quia iustus cito perit . Impius aut̃ multo uiuit tempore in malicia sua : Vnde Ciprianus ait magis letãdum est q̃ iustus . breuẽ sed fructuosam uitã transegerit . q̃ q̃ longam non uiderit : Henricus igitur xii . annoꝝ erat cum regnare cępit . teneros tamẽ annos supplebat sũma illius grauitas & prudentia : Cani enim illi sensus erant . Hic tempestiue duxit uxorem uidelicet

*Henricus aut̃ herit*



dominam Catherinam filiam ducis Clocestrie & Constantie filie Regis Petri . per quod matrimonium pax auctore deo sequuta est inter Hispanos & Anglicos . ut supra diximus : Hic Princeps pacificus fuit quietus & mansuetus . consilio & maturitate ac omni uirtute preclarus : Vacabat tamen plurimum quietudini regnoꝝ ex preteritis tumultuationibus non usquequaque sedatis . Cum igitur nonnulli eum hortarentur ut reformaret regnum . uolentias coherceret . quia ubi iustitia non uigebat . & unusquisque quod libebat non quod decebat ageret . Henricus quesuit que nam foret eius rei causa . Illi aiunt . quia in his tui regni incisiis . neminem punis flagitiosum : putans decori esse regibus a sanguine abstinere . Verumtamen ut sapientes uolunt pro salute corporis humani . cuius instar habet cuiusque regni res publica . plerumque modicus sed uolentus cruor extrahitur ne totius compagis corporis sanguis effundatur : Ad quos Henricus uerum inquit attulistis : sed uidete si a uobis ipsis incipiendum sit . Videte iterum an uos ipsi uiueretis . si illico peccatorum uos censura plecteret : Nam ut noster Seneca ait seuissime aduersus peccates erigimur & ipsi eadem committimus . decet igitur ut putamus lenitiuis remediis corpus depurgare ante quam igne & ferro ulcera cauterientur : Quare equanimiter a Regibus subditorum errata pro loco & tempore toleranda sunt : qui meminisse debent quod fortasse ipse aut sibi propinqui & dilecti habeant in quo tolerari desiderent : quod pulchre Augustinus non negauit . inquit quia contra omnia uicia humana uel caueda ne existat uel sananda cum extiterint nihil utilius putandum quam aliquando seueritati detrahere : Accedit quia ut sapientes uolunt . pulchrum est principi eos plerumque tolerare quos amat : Verum si ut dicatis plurimum inualuit hominum malicia . non parum discriminis & periculi est repente atque districte punire : Imitatus est

Augustinus

Henricus Antoninum Pium quem Iulius Capitolinus refert . cui cum in simili euentu a suis suaderetur de reformando rei publice statu . uideo inquit hoc tempore parum de iusto parum de honesto hominibus inesse . Adeo ut nec uos ipsi insontes sitis : Verumtamen ad id agendum multis opus est gladiis : multis securibus ut in antiquum statum publica forma redigatur : quippe plurimis carorum <sup>nostroꝝ</sup> modorum lamentis atque mortibus ad eum statum quem cupitis perueniendum est . si tamen deus uitam donauerit . cum tempore iniqua purgabimus tempora : Quibus sapientissimis uerbis . ad quos loquebatur admonuit . & insontes ad reformationis spem usque perduxit : Hic igitur Henricus de quo sermo est . ex predicta Catherina Anglica . duas primo filias uidelicet Mariam & Catherinam genuit : de ulteriori enim progenie desperatus . quia ualde infirmus Vxor uero pinguiissima erat . tandem quodam modo miraculose . diuina sic disponente clementia . idem Henricus preter omnem suam & cunctorum de regno spem . genuit Iohannem . ii . patrem istius moderni Henrici regis . de qua re tota Hispania nimium exultauit . Fernandus uero infans frater Henrici minor natus . continuo cum eo erat . habens in regno Castellae amplum patrimonium castroꝝ & uillarum quod Iohannes pater & idem Henricus frater ei concesserunt : Sortitus est igitur Fernandus infra regnum uxorem nobilissimam quidem & ditissimam dominam Comitissam de Alburqueque eius consanguineam filiam Comitis Sancti ex recta linea regia descendente : Ex qua dum moram in Castella trahere . & longe ante quam regnum Aragonie obtineret . genuit amplam & gloriosam prolem : uidelicet Alfonso postea Aragonum & Sicilie Regem : Item Iohannem modernum Aragonum Regem . Tertio infantem Henricum magistrum sancti Iacobi : Quarto infantem Petrum qui apud Neapoli machina interfectus est . Quinto infantem



Sancium . qui magister de Alcantara postea effectus & in iuuenili etate obiit : Sexto Mariam . Septimo Iohānā clarissimas filias . quę altera Castellę altera Portugalię reginę felicissimę fuerunt . & matres modernorum Regum Castellę & Portugalię . Itaq; ex prædictis duobus fratribus Henrico uidelicet & Fernādo . progenies admodū gloriosa processit . sed uerum est quia omni glorię atq; felicitati proximū est periculum atq; permixtū discrimen ut inde meror plerūq; cōtingat . unde procedit & gaudiū Euenit enim ut Hispania eodem fonte dissidia sentiret : quo quietem quo gloriam putauit suscepisse : Nam tante nobilitatis & uirtutis prolem Hispanię capere nō poterunt : quo effectum est ut ea ipsa tam excellens & magnifica proles Hispanias omnes plurimū tumultuantes redderet . ut patebit illico . quę res non modo in Hispaniis singularis sepe cōspicitur . sed ubiq; cōmunis : Quocūq; enim in regno plurimi cuiq; regi filii nascuntur . totidem regno futura parantur discrimina : hinc in libris regum scribitur melior est unus q̄ mille filii impii . & Iob ait si multiplicati fuerint filii . erunt in gladio . Rursus scriptū est propter peccata terre multi principes eius : Rursus ubi multi potentes multi sunt & oppressi ; fertur quendā regem Francoꝝ plures genuisse filios : & cum magnates regni in natuitate cuiuslibet filii : ut moris est publica festa agerent : Primogenitus regis non satis ob eam rem letus : interrogatus de causa mestitię : multos inquit uos ipsi festiuatis letantes . quos aliquando paciēmini deuorantes : Ego etiam doleo futura dissidia quia hii omnes non tam fratres . q̄ mihi hostes nascuntur : eruntq; multi bellantes aduersum me ut non mentiatur propheta filius matris meę pugnat contra me : Subdens unus filius Regis . unitas est regno : plures uero plures discordias generant : quia scriptum est . effusa est contentio inter

nota

Principes : Hic Fernandus infans obedientissimus fuit fratri Henrico Regi nec unq̄ ei loquebatur nisi flexis genibus .

Capitulum . xxiii . de præclaris uirtutibus huius Henrici . iii . Demū de filiabus eius & quibus nupserunt & de tempestina morte dicti Henrici & de occurrentibus suo tempore .

**A D EVNDEM** Igitur henricum . iii . redeuntes pauca quedam ut ex multis eius uirtutibus cōmemorari libet . Fuit siquidē hic Princeps deuotissimus & deum timens . orationi ualde assiduus . ecclesiam & eius ministros uenerans . mansuetus . humilis . iustus . & rectus . paruis & magnis iustitiam ministrabat : Raro quempiam puniebat . non utiq; ut delicta impunita relinqueret : Sed ut de gente Bragmanoy Polieratus ait tā iustus erat : ut opus punitione aut uindicta non esset . ubi nulla fiebat iniuria . ob eius igitur ingentes uirtutes nō modo a subditis : sed ab extraneis & forensibus plurimum amabatur . Adeo ut tantum auctoritatis famę & nominis . apud exteras gentes nemo habuit . nulla aut rara tributa siue tallias indixit . licet militibus & Baronibus integra stipendia persolueret : ac munifica beneficia conferret . tam liberalis fuit : ut quos non posset officiis & honoribus præponere . locupletes teneret . salaria multa auxit benemeritis . Sed & plura illis subtraxit quos aut inhabiles aut male uersatos uidebat accipere . dicens ut alter Antoninus Pius . quem Iulius Capitolinus refert . nihil esse sordidius . ymo dānosius q̄ q̄ res publica grauetur ab his qui nihil in ea suo ingenio aut uirtute conferrent : quia iuxta Aristotelis in politicis sententiam improprie cuius dicitur : qui parum aut nihil



civilitatis aut utilitatis rei publice potest afferre: Cuius modi sunt sordidi aut iutiles homines quos philosophus ipse banaufos uocat: plurimas denique Henricus expensas fudit. tam in hedificando quam desolata castra reparando presertim in fronteria Sarracenorum & regnorum suorum limitibus. Nam fortalicium & arcem Murcie. palacium denique de Miraflores prope ciuitatem Burgesem & latissimum campum siue parcum murari fecit ubi postea Iohannes. ii. filius eius. deuotissimum cenobium Cartusienyum construi fecit. & ibi sepeliri uoluit: Rursus hic Henricus munificus atque magnificus fuit. presertim in recipiendis & honorandis oratoribus ad illum uenientibus. quos liberalissime donabat: Adeo ut nullus in largitione efusior esset: nec in cunctis hominum officiis moderator. se enim ipsum quo uolebat uersabat. Nam cum tristibus seuerus: cum remissis iocunde cum senibus grauius. cum iuuenibus exemplariter & comiter. Ceterum hic prudentissimus Princeps uiros doctos atque consilio & experientia tritos plurimum dilexit atque euexit: Dicebat enim longe plus rei publice conferre sapientum consilia quam arma fortissima. maiora illustrioraque intellectu quam gladio confici. Unde sapiens & rex Salomō id ipsum expertus ait. melior est sapientia quam uires & uir prudens magis quam fortis: Demum idem Henricus illud Ciceronis in officiis. semper in ore gerebat. quia Solonis erudita consilia. non minus Atheniensibus profuere. quam Themistodis armata uictoria: Nam ille triumphus semel ciuitati profuit. sed illa sapientia & consilium semper proderit. maioris enim uirtutis esse dicebat. consilio prouidere. nequid aduersum ciuitati accidat. quam armis prohibere ne ueniat. qui enim armis hostes superant a fortune uarietate ducuntur. quinimo ut ait Seneca. similes sunt nauigantibus. qui fortune flatibus agitati non eunt. sed feruntur

Quare idem Cicero subdit. qui sapientia & consilio rem publicam dirigunt. plus agunt quam qui corpora iaculis hostium exponunt: Similes enim sunt gubernantibus nauem. qui longe plus agunt in pupi sedendo quiescendo: sed dirigendo: quam laborando remigando aut bellando: Denique Henricus curiosus plurimum fuit scire cunctorum principum etiam paganorum gesta. ad quos diuersos oratores mittebat: Nam ad Taborlanum Soldanum. Moratum & cunctos utriusque Asiae. Sed & Indiarum principes oratores & dona misit: & a quibusdam eorum recepit: in quibus rebus non paruas fecit impensas: & quod non parum admirationi fuit. paruo tempore amplissimum aggregauit thesaurum. non sibi sed bello contra Arabes diffundendum: quamquam ad fisci sui comoda. non ad modum esset affectus: dicens illud Constantini Imperatoris. longe melius publicas oppes a priuatis possideri: quam intra unum claustrum reseruari: Addens ditissimi regni regem. inopere esse non posse: Cum enim miles quidam ab Henrico iocandi gratia quereret: qua nam causa diues euasisset respondit nulla re errarium cuius uis principis cumulatius augeri. quam si iustitiae sit cupidus: non pecuniae: Cuius rei Salomon testis erit: de quo scriptura ait quia pro eo quod in sapientia & iustitia populos gubernabat. precessit omnes qui ante eum fuerunt reges diuiciis & potentia: usque adeo ut tanta in domo eius argenti habundantia fuerit: quanta & lapidum: nec aurum in precio erat: Denique Henricus tanta caritate subditorum facta gerebat ut & omnia & omnes quasi sua essent curaret. sub eo omnes prouinciae & ciuitates floruerunt. bonos iudices & rectores non mutauit. dicebat enim duplicem irrogare iniuriam Si bonis uiuentibus gubernatoribus. alios sustituisset primam ciuitati quam optimo & noto priuabat rectore alteram iudici. qui non nisi ob eius probitatem remoueri

nota gogo puer h



uideretur: nihilominus sicut prouinciis bonos presides  
 & rectores preponebat: eadem animi uirtute & seueri-  
 tate in eos acerrime animaduertebat. Quos in gerendis  
 magistratibus & officiis nedum delinquentes, sed ditatos  
 conspexit: dicebat enim eos iudices non indigere alio iur-  
 dicatu, aut alia pessimi regiminis probatione, nisi quod pau-  
 peres magistratum accepissent, sed locupletes inde eua-  
 sissent: Imitatus est Henricus Antoninum pium Impera-  
 torem ut Capitolinus ait, qui quendam pretorem desig-  
 nans, paruo tempore in officio ditatum, ad Senatum  
 ait, audistis pretoris nostri filios inductos purpura que  
 antequam pretor fieret, mendicum & pauperem nouimus,  
 sed subito diuitem factum, & subdit, Vnde queso nisi  
 de uisceribus reipublice & pauperum sanguine: quare  
 similes in officiis locupletatos, non iudices aut rectores  
 sed spiliatores dixerim, qui creditas sibi ciuitates arbitra-  
 tur ut luxurentur, & diuites fiant, ut alios pauperes  
 efficiant: Non sic de Valento Valerius Maximus narrat  
 qui post tres consulatus Romano populo acceptissimos  
 tam pauper mortuus est ut patrimoniū eius ad expledas  
 exequias non sufficeret: sic & de Marcho ueneo, qui post  
 plurima officia immaculate gesta: ob paupertatem, sepul-  
 tura caruit nisi ex colecta publica, funus honorabile ha-  
 buisset, sic rursus & Scipio, post res felicissime gestas in  
 Hispania, in summa paupertate decessit: Nec tanta pe-  
 cunia ab eo relicta est, que maritandis filiabus sufficeret:  
 Quales autem debeant esse iudices rectores & presides, qui  
 ad regendas prouincias & urbes a quouis principe uel rep,  
 deputantur & de illorum laude, Si bene presunt aut uituperio  
 si iniqui, lacius egimus in eo libro quem nuper edidimus  
 dictum speculum uite humane ad S. D. Paulum Papam, ii,  
 dedicatum: Ceterum de huius gloriosi Regis prole breui  
 aliquid disserendum est, de Iohanne igitur eius filio post eum

nota contra iudices qui pau-  
 peres officia in gressu, diuites  
 in de euasi sunt

ad propositum libet dicere de  
 Iohanne d. cardinali sancti Augustini  
 Iohanne de Carualis, qui post  
 legatus in bohemia et impa-  
 ria gestas et contraturchos  
 p. fidei defensione famosissima  
 bella p. acta in quibus maximas  
 strages arabes susceperunt  
 tandem ipse obitus sui, eius  
 suppellectile ad exequis funeris  
 no sufficit

regnante statim latior erit sermo: De filiabus tamen hoc  
 loco aliquid dicere libet: Maria itaque prima Henrico fuit  
 filia quam sortitus est uxorem inclitus atque perexcellens  
 Alfonso Rex Aragonum eiusdem matris frater consanguineus  
 filius Fernandi, huius Henrici fratris. Hec do-  
 mina Maria non tam patris effigiem quam uirtutum pa-  
 ternarum congeriem imitata est, & quoniam ut uolunt  
 sapientes magistratus & potentia uirum ostendunt: qualis  
 hec domina fuit: illius regimen & administratio patefecit.  
 Cum enim Alfonso uir eius assiduus guerris extra His-  
 panias occuparetur: presertim in Italia circa acquisitionem  
 regni Siciliae: Dicta Maria constituta est gubernatrix,  
 regni Aragonie. In qua administratione tanta iustitia  
 & moderatione usa est, ut prouinciam sibi decretam in  
 summa pace & iustitia teneret. Certis enim in ebdomada  
 assignatis diebus, Viduas solum: orphanos: pupillos:  
 & oppressos audiebat quibus iustitiam simul & alimoniam  
 ministrabat. Tanta denique castitate pudicia & honestate  
 flagrauit, ut totius mundicie speculum uocaretur: faustus  
 & ornatus, sed & coniunctus nobilium simul & domi-  
 cellarum suarum strictissima censura per eam castigatus  
 est, & licet Alfonso, xxv, fere annis ab ea diuertisset,  
 Illa tamen paciens & obsequens fuit: Hec denique precla-  
 ra regna, pacem inter Iohannem fratrem suum & Iohannem  
 tunc nauarre regem & fratres eius sepe composuit: Exi-  
 geret rursus ordo pollicitus, ut de altera filia huius Hen-  
 ricæ Catherina uidelicet sermo fieret. Verum sub Iohanne  
 secundo eius fratre, statim de ea aliquid tangemus: Sed iam  
 libet reddere ad eundem Henricum: Cum igitur ut diximus  
 bellum contra Sarracenos animo suo plurimum fixum esset  
 & iter uersus granatam ageret in ualescibus infirmitatibus  
 quibus licet iuuenis assiduo affligebatur relicto filio Iohanne  
 herede & regnorum successore, cui simul & sororibus ut

L. de regibus



diximus tutores locupletissimos dederat. susceptis denique sacramentis ecclesie. apud Toletum obiit: ipse quidem feliciter: infelicissime tamen eo Hispani populi caruerunt: Raptus enim est ne subditorum malicia mutaret intellectum eius: aut emulorum fictio deciperet animum eius: Cuius mors non minus damnosa Hispanis fuit quam thebanis regis Epaminunde obitus: Ex quo tanta glorie & honoris regno perditio sequuta est ut non iam perdidisse Regem sed ipsi perisse cum eo uiderentur: Erat autem Henricus xxvii. annorum cum deo beatum spiritum reddidit: die uidelicet sanctissime natiuitatis redemptoris nostri: & in breui uite spatio. tempora uirtutum multa compleuit: & ut cum Hieronimo loquar de alio principe agente. Utinam gloriosi huius iuuenis Regis preconia: ceterorum principum rugosa senectus imitaretur: Hic princeps parui corporis. sed magni animi fuit: grandia cogitabat. Si prematura mors eum non rapuisset: adeo ut illud sibi conuenire uideatur quod quedam ex militibus Alexandro dixisse ferunt: si dii inquit corpus tuum exiguum auaritati & desiderio animi tui fecissent par: orbis totus te capere non posset: Hic gloriosus Henricus non tam filio quam patri prouidentis idoneus & omni exceptione maiores tutores reliquit. uidelicet dominam Katherinam Reginam consortem suam & Fernandum infantem. ut statim lacus dicemus Eidem uero Iohanni filio suo nutricium & persone sue directorem deputauit nobilem & fidelem Baronem Iohannem aluari de Osorto: Cum igitur ob pupillarem. Iohannem. etatem non parum. turbii timeretur: Fertur Henrico in extremis laboranti quosdam fidissimos Barones. cum lacrimis commemorasse. non mediocre imminere periculum circa regni successionem. pro eo quod Henricus ipse. Iohannem filium in cunabulis uagientem relinqueret: Fernandus uero infans Henrici frater maior natus erat eodem Iohanne:

Sed & ab omnibus regni statibus admodum amabatur non ergo abre formidandum erat ne ad regnum aspiraret ueluti quem nimia proles: Item regnicolarum fauor. sed & ipsa regnandi auaritas que non imbecilia. sed fortissima pectora temptat. ad eam rem facile impellere poterant. addebant rursus illud Aristofanis preclarum uerbum dicentis aut potius fingentis Periclem principem Atheniensium ab inferis remissum & publice uaticinantem atque clamantem non oportere in urbe nutriri leonem. qui cum se filium leonis conspicit sibi coronam a natura largitam: Ad quos Henricus moribundus. Sed animo fortis. finite inquit timere. scio enim neminem esse Regis filium. qui non se regem decies in nocte somniet: nec desunt qui id ipsum adaugeant dicentes. aut potius blandientes. quia si filius. ergo heres nihilque ut auit Regis filio ut Rex fit. at deesse. nisi regnandi animum. Ea tamen aliena sunt a Fernandi integritate: Nosco enim illius ignoscentissimam naturam: Cuius fidem ac ingentem probitatem expertam habeo: Sum quidem certo certior Fernandum fratrem degenerare minime posse a parentum nobilitate. sicut nec a se ipso. quod uero dicitur eum a populo dilectum. id ipsum liquido demonstrat. quate sit fidei & probitatis. nihil enim magis ad amicum trahit quam explorata fidelitas. quia scriptum est fideles in dilectione acquiescent ei: difficile enim foret Fernandum ab omnibus diligere. nisi quedam naturalis sibi bonitas & innata fides adesset: Illa enim est antorum renuum eius: quare non est in Fernando timenda improbitas sed admiranda atque imitanda fidelitas qua constanti fiducia Henricus omnem formidulosam cunctationem a suorum mentibus euulsit: Huius Henrici iii. tempore sedit in Cathedra Petri scismate durante prefatus Clemens septimus & Benedictus. xiii. natione Hispanus Apud Romam uero prefuere predicti Bonifacius. ix.



& Innocentius sextus . In Imperto uero sederunt Caro-  
lus antedictus . & eo uiuente Vladislaus preuati Regis  
Bohemie filius . electus fuit . quem electores ut dilapi-  
datorem deposuerunt . eligentes . Robertum ducem Ba-  
uarie Comitem palatinum . hic Vladislaus Imperio pri-  
uatus : peruersam heresim usitarum in regno Bohemie  
fouit . atq; defendit . prefatus uero Robertus sic ut pre-  
missimus electus per Bonifacium . ix . confirmatus & co-  
ronatus est ; Fuit autem iustus & bonus qui Italiam est  
ingressus . contra Iohannem Galeatum ducē Mediola-  
ni : a cuius gentibus fugatus est & inglorius in Alema-  
niam rediit .

Capitulum . xxv . de Iohanne . ii . Henrici filio  
Rege castelle & Legionis . xliiii . post cladē His-  
panie & de Katherina matre & Fernādo patruo  
tutoribus eius . & de preclaris uictoriis Fernādi  
tempore infantie . Io . & qualiter recuperauit an-  
tiqueram & de singulari fide & ingentibus uirtu-  
tibus Fernandi .

**I**OHANNES . ii . filius Henrici predicti . Incepit  
regnare āno domini . M.CCCCvii . hic ab Atha-  
natico primo Rege Gothorum . lxxxii . Rex fuit Ape-  
lagio uero primo Rege post cladem Hispanie . xliiii . hic  
princeps ex omni parte nobilissimus fuit nec solum ex  
clarissimo Gothorum genere originem traxit . Sed ex il-  
lustri prosapia Imperatorum Romanorum & Grecorum  
ac nobilissima & sacra domo Francie . Inter cetera quidē  
matrimonia que inter has inclitas domus sepe celebra-  
ta fuere illud unum non parum utramq; familiā lustra-  
uit . Fernandus enim dictus dela cerda Alfonsi . x . Regis  
Castelle primogenitus uxorem duxit filiā sancti Ludouici

Regis Francorum quem Bonifacius . viii . Canonizauit  
ex qua genuit Alfonsum dela cerda qui auus fuit Regie  
Iohanne consortis Henrici secundi que proauia fuit huius  
Iohannis secundi quo fit ut Iohannes ipse per rectā stirpē  
descendens . vii . gradu distet a sancto Ludouico . Rursus  
hic Iohannes trahit originem a Regibus Anglie ut enim  
supra actum est . Iohannes ipse nepos est Iohannis ducis  
Alencastri filii Eduardi ultimi huius nois Regis An-  
glorum . A ceteris uero Hispaniarum Regibus nedum  
descendit sed ipsi ab eius stirpe descendunt . ex dignitate  
itaq; & excellentia progenitorum & eorum antiquitate ut  
ait Aristoteles in Rethoricorum libro Cognoscatur sum-  
ma nobilitas cuiusuis principantis . Accepit autem regni  
sceptum cum esset in cunabulis non dum . xx . menses ex-  
pleuerat : & die natalis domini qua pater obiit in Regē  
eueatus est . Regnauit autem annis . xlvii . ex dispositi-  
one paterna duos idoneos quidem ac solertissimos tutores  
sortitus est . Katherinam uidelicet matrem . & infantem  
Fernandum patruum suum quo postea in Regem Ara-  
gonie assumpto tutela ad Katherinam matrem insolidū  
rediit : In qua tutela Olimpiadem Pyrrhi Regis Epiro-  
tarum filiam imitata est que post mortem mariti Alexā-  
dri filios . Pyrrhum & Ptolomeū literarum studiis instrui  
fecit quibus & regnum conseruauit Sic & genobia ode-  
nati uxor defuncto marito . regnum Syrie gubernauit .  
dum filii laudatis studiis & moribus uacarent : Nec mo-  
do regnum seruauit sed auxit : Nec solum Regina ipsa  
Katherina prudentissima sedula in filio alendo atq; erudi-  
endo erat . Sed in regni gubernatione uigilantissima : cū-  
ta enim nobilium Baronum regni ac prelatorum cōsilio  
agebat . sed presertim duorum fidelium clarissimorū ui-  
rorum . nedum fide . sed etate prudentia & experientia  
probatissimorum . quos Henricus Rex eorū ingentibus



uirtutibus dilexit. uidelicet. Io. de Velasco & didacū lupi de Astuniga quorū hodie nobilissima proles parentū nobilitatem imitatur: quinimo qua fide. qua integritate qua obseruantia patres & aui eorum eadem & nepotes. rempublicam tutati sunt: Nec aliter egerunt ceteri potētes & regni magnates. Tandem Katherina ut deo placuit paulopost uita functa est: Iohānes igitur. xiiii. etatis suę anno constitutus. sine tutoribus agens de assēsu prelatorum & omnium statuum regni gubernacula suscepit: Duxit autem uxorem illustrissimam Mariam cōsanguineam suam filiam Fernandi patris predicti: Ex qua genuit duas filias in infancia defunctas: genuit rursus excellentissimum Henricum. iiii. Nunc feliciter regnantem: Post obitum uero Martę duxit secūdā uxore Helisabeth filiam Iohannis infantis filii Iohannis Regis Portugalię: Ex qua genuit inclitos Alonsum & Helisabeth: nunc superstites quos altissimus conseruare dignetur. Huius Iohannis tempore dum iocūda infantia gauderet. Fernandus patruus eius atq; fidelissimus tutor & solertissimus militie dux: guerram contra Sarracenos a patre & fratre premortuis inceptam feliciter continuauit & in propria persona proficiscens multis Hispanię nobilibus sociatus. regnum granate potenter ingreditur ubi fructuose admodum & cum summa eius laude pugnatū est: multasq; Sarracenis clades intulit: Cui & si a Mauris magna auri pondera oblata fuissent. Ille respuit. dicens quia sanguinem illorum non aurum sciebat: & ut alter Scipio Emilianus. non quantū auri pondus afferre potuisset cogitauit: Sed quantum glorię & amplitudinis. si tantum aurum contempsisset: turpe enim dicebat si qd eorūq; fidei & uirtuti debetur pecunia ematur. quo euenit ut crudeliorem contra eos postea guerram gereret. Tādē urbem dictam Antequera de nobilioribus regni granate

per annum fere obsedit: Cūq; ex Affrica innumera Arabum multitudo transfretasset. ut urbem ab obsidione liberaret. persuadentibus militibus ne uitę sue atq; illoꝝ ea die finem inponeret respondit se ideo uenisse non ut saluti suę. sed ut Cristiane religioni longiores terminos faceret: nec modo illi cura erat de uita. dū ciuitas esset uicta. Addens quia nec urbis obfese altissima menia. nec terribilis classis copię eum terrebāt. quippe qui uel urbem ingredi uel prope urbem sepelli spiritu firmo delegerat honestam mortem extimans turpi miticulosq; uitę preferendam. Illico igitur urbem expugnata qua cū Sarraceni non paruo numero egredientes castra īpeterēt Fernandi tamen uirtute & industria captiuantur. suadebant igitur multi eos omnes occidendos ut inclusorum uires frangerentur. Fernandus uero ut alter Lucus papius quem Plinius cōmemorat. omnes dimittendos fore aseruit ut ipsi beneficio ceteri. humanitate & exemplo obligarentur. tandem armorum ui. eandem adeptus est urbem multis Arabum milibus in expugnatione cęsis ipsamq; urbem Iohannis nepotis sui regno adiecit: Cui uniuersam uictoriam fidelissime attribuit: uelut alter Iobab princeps militie Dauid. qui ut ait scriptura sacra cū instaret capcio ciuitatis Raba. quam diu Iobab ipse obsederat: misit ad Dauid ut ueniret capere urbem & Regi non sibi honor uictorię deferretur: Eadem deniq; die Sarratenorum copias qui de Affrica ad succursum urbis uenerant: gloriose deuicit. rediitq; felix ad Iohannem Regem: qui nō paulo post tante fidei & probitati premiū contulit. presertim in assecutione Regni Aragonię. ut statim tangemus: Iohannes igitur Rex sicut etate sic uirtutibus crescebat: deū timuit. ecclesiā & uiros ecclesiasticos & religiosos & doctos plurimum amauit & decorauit: diuina officia frequentabat. ut statī dicemus. hic Iohānes



natura mitis & clemens erat: Verumtamen seditionibus & magnatum ambitionibus prouidens. Fredericū ducē benauenti in uinculis trudit Alfonsum etiam eiusdem Frederici fratrem exulem fecit a regno: postea uero in ualescentibus seditionibus nonnullos Comites & Barones tumultuantes trussit in carceribus: quos postea benigne liberauit. Verum quia huius Iohannis tempore uacatio regni Aragonum occurrit, dignum duxi cōtentiones super regno ipso occurrentes breui inferere.

Capitulum .xxvi. de uacatione regni Aragonie tempore dicti Iohānis Regis Castelle & de competitoribus in dicto regno, & qualiter Fernādus idē regnū obtinuit captuato Comite Vrgeleni.

**I**OHANNE igitur predicto regnāte sub tutoribus prefatis agente uacauit regnū Aragonie per Regis Martini obitum sine filiis decedentis. Super regno igitur magna admodum contentio & grauissima altercatio orta est. Fueruntque plures cōpetitores, uidelicet hic Iohannes secundus de quo agimus & eius nomine Katharina, eius mater & nutrix: Item Fernandus infans patruus Iohannis, dux etiam Andegabie, Comes denique Vrgelii hii omnes ad regnum predictum Aragonie aspirabant, & unusquisque successionis iure sibi regnum deberi asseribat, omnes tamen ut aiunt ex materna femineaque stirpe ius pretendebant: Alius successiones antiquas alius propinquiores adducebat, que omnia in presentiarum adducere historie seriem de qua intendimus rationem excederet: Ea tamen contentio que inter infantē Fernandum & Iohannem Regem Castelle eius nepotem magis domestica uidebatur cum omni honestate summaque uirtute & prudentia acta est, & modestissime gesta, adeo

ut nulla exterior disputatio aut cōtenciosa altercatio sentita est: & ut paucis agamus, facile fuit uincere uolentes. Tanta enim erat uirtus tanta Fernandi probitas & fides & tam ingens ad illū erat caritas Regine matris Iohannis exuberansque cunctorum nobilium regni Castelle ad eum amor, quod nedum Fernandus nullum in adipiscendo regnum impedimentum sensit: Sed opimatissima atque grauissima presidia adeptus est: quibus pacifice regnū adeptus est: Scriptum est enim Mansueto & fideli da honorem iuxta meritum suum. Fatemur non parum rebus Fernandi adiumento fuisse: Iohannem nepotem eius infantia gaudere. Si enim perfecte fuisset etatis, forte res ipsa alios habuisset successus: Conclufum est ergo per reginam & magnates regni Castelle inclitum Fernandum futurum debere & oportere esse Regē Aragonum, quippe potentia thesaurus uires omnia denique presidia fieri sibi pollicita & publice proclamata, ut illud Athaxerxis Regis Persarum quod apud Hester legimus de Fernando dictum uideatur, cognoscant inquit omnes qui fideliter Regi obediunt, dignam pro fide recipere mercedis coronam, fretus igitur idem Fernandus his potentiis facile fuit regnum Aragonie nactus, quia ut aiunt cedunt regna uictricibus armis adde quia Fernandi ingētia merita longe plusquam arma pugnabant. Teste enim Seneca Certius uirtutibus quam uiribus uictoria comparatur. Resistebant tamen Valentini plurimum & Aragonenses, simul & Cathalani: quorum plurimi Comiti de Vrgel fauebant, ueluti intra regnum nato & dilecto. Tandē post multa prelia hic inde commissa, quod necessario armis futurum erat, Summa cum uirtute per uiam compromissi & iuris sopitum est. Fuere igitur iudices, olim Papa Benedictus, sic in sua obedientia nominatus, ac frater Vincencus Ferrarii postea per Calixtum .ii. canonizatus



sanctus & nonnulli alii: hii uero summa cum sapientia & prudentia. cuncta libantes statum rerum ac pericula prompta. iura denique Fernandi Castelle infantis predicti considerantes. eiusque potentiam progenie uirtutes denique innumeras. & humanitatem intuentes. eidem Fernando pro quodam necessario expediendi regnum adiudicarunt. qui regni sceptrum nactus. Comitem Vrgellensem predictum intra regnum existentem & magnas habentem seque las ui cepit atque carcerauit: Hic Comes Vrgelli auus fuit ex filia Petri de Portugalia & fratris eius Jacobi Cardinalis sancti Eustachi. proxime defuncti: hunc Comitem Vrgellensem Fernandus sub compedibus ligatum misit in Castellam ad fortalicium de Huruenna prope Paleniam Sic itaque pacifice & feliciter deinceps regnum Aragonie cum adiacentibus partibus obtinuit: & ad dictum regnum se transtulit: uxorem filiumque Alonsum primogenitum & filias dumtaxat secum ducens. ceteros uero filios uidelicet Iohannem. nunc modernum Aragonie Regem. & Henricum magistrum sancti Jacobi. ac Petrum intra regnum Castelle nepoti suo Regi Castelle recommissos dimittens suumque & uxoris patrimonium eis diuisit.

**Capitulum .xxvii. de singulari religione Iohannis Regis Castelle & Fernandi Regis Aragonum circa extirpationem scismatis in dei ecclesia & de congregatione concilii Constanciensis.**

**R**EGNANTE eodem Iohanne secundo in Castella & Legione inualuit plurimum scisma illud pestiferum & inueteratum de quo hactenus diximus. erant enim in ecclesia tres Romani pontifices intitulati. Benedictus uidelicet Aragonensis de domo lune. & Iohannes necnon Gregorius sic in suis obedienciis nuncupati: ad cuius

scismatis extirpationem: prefati Iohannes Castelle: Fernandus Aragonie Reges. summa uigilantia & solertia studuerunt: & licet predictum Benedictum. olim Petrum de luna uocatum. intra Hispaniam natum & ibi manentem carissimum haberent: & rursus Benedictus ipse: Gallie & omnium Hispaniarum preter Portugalam obediencia potiteretur. Unionem tamen ipsam cunctis possibilibus remediis prosecuti sunt: quinimo unionem & pacem ecclesie affectibus suis preferentes cum predicto diuo Sigismundo cesare tractatus inire & actum est ut predictus Sigismundus Hispaniam bis peteret. qui sese mutuo intelligentes: assistente denique Cristianissimo Rege France nonnulla apud Narbonam concordata capitula concludere Ex quibus congregatio concilii Constanciensis secuta est: pro quo adunando Sigismundus Alamaniam rediit: predicti uero Reges. Iohannes & Fernandus iuxta eadem capitula. Benedictum summopere rogant. monent. atque contestantur unitati ecclesie consuleret. & ad resignandum titulo Papatus animum daret. uel se Constantiam personaliter conferret. pollicebantur enim sibi omnimodam securitatem: quinimo Alonsum filium eiusdem Regis Fernandi primogenitum cum eo mittere promittebant: Sed Benedictus ipse. piis eorumdem Regum precibus durior effectus: utramque uiam renuit. Sed resignandi presertim quam impatientissime audiebat. huius duricie etiam flectere omnes Hispanie prelati. & clerus plurimum studuerunt: Idque per suos repetitos oratores postularunt sed neque profuerunt: quinimo quod subtractionem obtinente eidem cominati essent: nullo pacto animus eius flecti potuit: considerantes igitur prefati gloriosi principes. quia teste Augustino: Melius est ut pereat unus. quam ut pereat unitas: & iuxta Ambrosium In corpore Christi nulla habet societate. qui uniuersum corpus diuidere conatur



Quippe nec ad eternam potest peruenire requiem . qui se ab ecclesia seperat per contentionem . deliberarunt ab uno a cefalo disiungi ut uniuerso iungerentur : Cōcordarunt igitur idem deuotissimi Hispanie principes eūdem Benedictum potius deserere q̄ unitatem ecclesie impedire que in promptu erat / ne per eorum adherentiam quouis modo unitas differretur : Quare decreuerunt ambo Reges publice eidem Benedicto obedientias subtrahere : q̄ hec persciciens per mare furtim ex perpiniano peniscolā peciit : in regno Valentie oppidum intra mare situm : quod ordinis est sancti Iohannis quod per quendā suū nepotem tenebatur . ibiq̄ paucis eum sequentibus . ne dum uitam sed fidem simul & famam amisit . Interim uero congregatur Constantie synodus ycomenica super eodem extirpādo scismate / ad quod solemnes oratores predicti Reges transmisere post quorum accessum & adhesionem concilium plenum robur & firmitatem obtinuit & factis rite & recte processibus eundem Benedictū sepius monitum & citatum damnauit . aliis antipapis libere cedentibus : quo facto patres in eodem synodo cōgregati post plurimas saluberrimasq̄ constitutiones . reformatiōnem ecclesie uniuersalis in capite & membris cōcernētes . mature atq̄ digeste editas : ad electionem Romani Pontificis procedentes . dominum Martinum Papam quintum Romanum de domo Columne . unanimiter elegerūt . Sic igitur unitas ecclesie dei feliciter reddita est .

Capitulum . xxviii . de inclita Maria uxore prima Iohannis Regis Castelle & de grauibus dissidiis inter eum & Iohannem Regem Nauarre & infantem Henricum & de causis eorum & de Alvaro de luna & miro affectu Iohannis ad eū .

**J**OHANNES igitur Rex Castelle & Fernandus eius patrius ultra naturalem & propinquissimum sanguinis uinculum . quo erant copulati per matrimonia ut diximus longe magis prefatam necessitudinē adauxerunt . Nam Iohannes ipse duxit uxorem Mariam filiam Fernandi : Rursus Alfonso primogenitus Fernandi . duxit uxorem Mariam Iohannis Regis Castelle sororem . & sic erant omnes fratres consanguinei . Hiis igitur cōpositis Fernandus Rex Aragonum prope Barcinonam in oppido Equalada morte cōmuni obiit : relicto filio Alfonso in regno Aragonie successore qui ex Maria uxore nullum filium genuit : sed ex quadam domesticella Valentina procreauit filium Fernandum nūc Regem Sicilie . Iohannes uero Rex Castelle ex Maria uxore ut diximus genuit Henricum quartū nunc regnātē . restabat Iohanni Regi Castelle maritanda Iulia soror Katherina speciosissima quidem . Alfonso deniq̄ Regi Aragonum . etiam restabant duo fratres . Iohannes & Henricus & soror Iohanna . Iohannes igitur & Henricus fratres Alfōsi Regis . Residebant in Castella apud curiā Regis Iohannis : Contendebant igitur ad inuicem quis Katherinam uxorem sortiretur utriusq̄ consanguineam Tandem obtinuit eam Henricus infans . tamen ut paulo post compertum est . p̄ter mentem Iohannis Regis Castelle Katherine fratris . que res in cētūū fuit multoꝝ malorum ut infra patebit sepe tamen graues seditiones in republica ortuntur ex causis similibus . Narrat itaq̄ Aristoteles Politicoꝝ quinto q̄ duobus uiris potentibus propter quandam speciosam & locupletem mulierem in quadam gretie ciuitate dissidentibus dum quilibet illā obtinere conaretur . omnes ciues diuersi sunt quibusdam unialis alteri fauentibus . quo euenit ut pollicita ciuitatis mutaretur de aristocracia in oligarchiam . simile narrat



accidisse apud Delphos & iterum apud Mitilenos. Rur-  
sus non paruas seditiones pariunt contracta inuictis pa-  
rentibus conubia & longe matora dissidia oriuntur si in-  
iustis patribus aut fratribus rapiuntur quemadmodum ac-  
cidit Regi Sichen filiam Iacob iniustis fratribus rapietur:  
Nam & apud Machabeos legitur de quibusdam qui clandestinas  
nuptias celebrarent. preter mentem domini. nuptie  
eorum uerse sunt in luctum. Et uox musicorum in lamen-  
tum: Iohannes infans frater Alfonsi predictus sortitus  
est uxorem dominam Blancam Reginam Nauarre relictam  
Regis Martini factusque est Iohannes Rex Nauarre. cor-  
ruscavit enim titulo Regio ex Regina uxore sua: Ex qua  
genuit unum filium masculum Carolum principem Na-  
uarre: & duas filias. Blancam uidelicet. que data fuit  
nuptui Henrico Regi Castelle moderno & alteram que  
nupsit Comiti de Fuco: Iohanna uero soror utriusque Re-  
gis Aragonum & Nauarre. data est uxor Eduardo Regi  
Portugalię: Ex qua genuit Alfonso Regem modernum  
Iohannes uero predictus Rex Castelle ex Maria sorore  
dictorum Regum Aragonum & Nauarre. postquam diximus  
genuit Henricum modernum Regem Castelle. Duas  
postea filias habuit que in cunabulis obierunt: Hic itaque  
Iohannes secundus Rex Castelle cum esset adolescens car-  
rissimum habuit Aluarum de luna secum nutritum ex no-  
bili genere & antiqua familia de luna regni Aragonie quor-  
dam Pape Benedicti. alias Petri de luna nepotem: qui  
adeo fuit ei dilectus gratus & acceptus. ut longissimo  
tempore Regem & regna libere gubernaret. ut laus statim  
dicemus. Fecitque primo eum Comitem sancti Steffani deinde  
plura dominia & terras illi donauit: & tandem procu-  
rauit ut magister fieret sancti Iacobi. Hic regni magnates  
& nobiles non satis ut aiunt honorabat. Rursus preter  
paucos sibi aut coniunctos aut fidos non permittebat apud

No. de Aluarum de luna  
principio. et de illius  
motibus etc.  
Aluarus de Luna

Regem alios familiariter comorari. Verum cum inter ceteros  
conspiceret nobiles uiros Petrum de acunna nunc Co-  
mitem de Buendia ac Gomecum Carillo fratres domini  
Alfonsi Carillo Archiepiscopi Tolletani a Rege non pa-  
rum diligit. eos a regio conspectu simul & fauore honeste  
abegit. alios inferioris sed probe fortunę uiros Regis  
obsequiis substituens. Et ut paucis agamus idem Alua-  
rus prudens sagax & astutus plurimum fuit. quia ut Re-  
demptor ait Filii huius seculi prudentiores sunt filii lu-  
cis: fuit denique simulans ea uelle que nollet. His uero  
quos oderat afabilis & quasi beniuolus apparens: balbu-  
ciens sed facetus eloquio erat: repentinis responsionibus  
aut consiliis melior quam meditati. ut alter Tiberius. Verum  
fuit in bellis strenuus insuper & animosus: Nec defuerunt  
qui dicerent eum magis felicem quam strenuum aut fortem  
Denique plurimas uirtutes participabat. si eas cum magis  
expediebat non deseruisset aut illis recte uti uoluisset. Fauit  
ei fortuna longo tempore. & tamdiu cuncta ei prospere  
obuenerunt. quamdiu regio honori & bono publico ani-  
mum dedit: quo tempore plurima tam bello quam pace preclara  
quidem eius consilio. & animi magnitudine acta sunt:  
Demum uero cum status sui incrementa ut aiunt supra  
modum quereret: & ut paucis agam cuncta suo arbitrio  
uelleret. uirtutes pristinas sua dominandi cupidine ob-  
brauit: Nam iuxta. Iero. philosophorum sententia est.  
moderatas esse uirtutes excessus uero ultra modum atque me-  
suram inter uicia computari Et teste Bernardo Cuiusque  
uiri illa summa prudentia est. non supra se extolli. non eua-  
dere in longius. non extendi in lauius. tenere medium. si  
non uult perdere finem: Huius Aluari causa multa tu-  
multuosa & misera in dictis regnis acciderunt. Iohannes enim  
Rex Nauarre. & fratres illum a Rege Castelle expellere  
conatur. illeque id ipsum contra eos temptabat: Accedit quia



animus Iohannis Regis lesus erat: pro eo quod infans Henricus cū tumultu & eo inscio Katherinā sororē suā in uxorem ut predictū est acceperat. quare creuit dissidiū ueluti scriptura sacra testāte occasione Dine filie Iacob: quā contra mentem patris Sichen rapuit. facta est magna discordia in terra. Alfonso uero Rex Aragonū & Iohānes Rex Nauarre. ac Hērricus fratres predicti. etiā implacabiliter stomachati erāt q̄ Aluarus eorū emulus. ita acceptus esset Regi Castelle. & eorū incomoda procuraret. conabaturq̄ expulsionē Aluari a Regis Iohānis curia & prefeta.

Capitulum. xxix. de intestinis dissidijs inter Iohānem Regem Castelle & Alfonso & Iohānem Reges Aragonū & Nauarre & fratres suos. & quomodo infas Henricus fuit bis captiuatus & de cōcordia iter eos facta per mediū Legati Apostolici & inclitarū Reginarū Castelle & Aragonie.

**V**ERVM quia sanguis naturaliter sicut cū turbatur leuiter. trāsit facile in contrariā speciē cruoris ita inter sanguine iunctos cum parū leditur. ipsa tenertudo amoris: facile trāsit in graue odiū rancoris: Vt enim quidā sapiens ait sicut nullus amor equior fraterno: Sic nullū ubi cēperit iniquius odiū. nulla acrior inuidia: nullū deniq̄ periculosius bellū: Nā teste Valerio. M. Propter priuatas dissensiones cuiuslibet reip. status ruine exponitur: Frustra enim bellū foris queritur cū domi & intra menia geritur. Quare idē Valerius subdit. quia ubi pertinax inter coniunctos intercidit odiū. plus alter alteri. q̄ uterq̄ contrariis castris certior hostis efficitur Ex his itaq̄ quas supra enarrauimus & aliis nō leuibis dissidii causis. animus Iohannis Regis Castelle nō mediocriter ulceratus erat. quippe de quibusdā infas Hērrici

simulatibus commotus. illum diris carceribus captiuari iussit. creuerunt itaq̄ dissidia nedum ciuilia & intestina que inter ciues esse solent. sed plusq̄ ciuilia que inter sanguine deuinctos exoruntur: tale quippe bellū. raro sopitur nisi altera occūbēte parte ut Romę accidit in graciana seditione & demum in cęsaris ac Pompei dissidio: in quibus funestis bellis. sepe parentes in filios seuiunt. filii in patres & fratres in sibi uterinos & Germanos: sed inter hos p̄icipes eo magis se alebat cōrencia. quo Hērricus infans strictus carceris uinculis tenebatur. & quo Aluarus a Iohanne Rege arcus amabatur. Quare Alfonso & Iohannes Reges Aragonum & Nauarre instāmonentq̄ Iohannem Regem Castelle pro liberatione Henrici fratris & expulsionē Aluari ortantes ut Iohānem Regem Nauarre & Henricum consanguineos suos. secum ferre uellet. eosq̄ tractaret ut iura sanguinis poscebant. Iohannes uero Rex Castelle eundem Henricum liberauit & consanguineos predictos complexus est. eos exortans ut a tumultibus cessarent nec Aluarum persequeretur. Henricus igitur liberatus a uinculis. eo fortius Aluarum persequeretur & gentium copias agregauit. tam implacabile quidem inter Henricum & Aluarum erat odium. ut alter eorum illud Ciceronis in Katelinā diceret. Cum enim a quibusdam cuius ciceroni dictū foret a Katelina incendium sibi paratum fore ait si aqua non potero. ruina urbis extingam. Execrabile certe uerbum. quo priuata eorum odia reipublice grauia perperisse exordia liquido annalia Romana ostendunt. longe aliter duos Atheniensium duces de Imperio altercantes egisse Orosius narrat. qui dum ob illorum domesticam discordiam regni periculum imminere conspicerent. cōmuni utriusq̄ uoto ad Senatum populi rem transferunt: depositis priuatis odiis. Iohannes Rex animo prospiciēs <sup>itaq̄</sup>



Hēricū nullo pacto auerti posse quī Aluarū insequeretur.  
etiā cū suo & regni discrimine, eū iterū captuare iubet.  
Sed iteratis precibus & monitionibus Alfōsi & Iohānis  
rursus liberatur: fertur Hēricū sic relaxatū adductū fuisse  
ad Iohānis regis Castelle presētā. quē ut uidit oblitus iu-  
riarū. sic alloquitur precor te cōsāg uinee carissime nō sit iter  
nos ciuilibus discordia. quos natura cōiūgit: noli rursus ius-  
te perseq eū q te iuste plectere posset ueniā iterū tibi optiā  
dono. tu aut mibi bonā exhibe mētē. Ama idulgētē tibi.  
nō itumescas crebra ueia mea quā assidua tua. insolētia ī ul-  
cionē ducere posses nō te īq d cōturbet q Aluarū de luna  
diligā. amor enī nō odiēdo sed obsequēdo queritur. nec a  
persequēte sed obediēte iuenitur. nemo iui. tus amat. raro  
qs lācessitus diligitur sed & ut. Q. curcius ait nullus fide-  
liter diligit quē sepe fastidit aluarus nō propinquus amat  
tu cōiunctus odis. fac oro ut te amē. Ego uero agā ne me  
odias: lōgeplus te q Aluarū diligā si plus tu q aluarus di-  
liges: Verba certe optiō p̄cipe digna In q̄ re. lo. imitatus  
est Alteū poetā q ut ait Laercius in uita. philosophorū cū  
multas iniurias Pithaco philosopho itulisset Pithacus ad-  
eptus p̄cipatū ad alteū tremebūdū ait mibi pro uidiēta.  
tibi uero pro pena illud solū sufficiat. q tibi auxilii uel fuge  
presidio deficiēt ueniā do: cū tamē iniuriarū q̄s mibi sepe  
itulistī premia posses reportare. Me igitur parcētē perseq  
desine: quē iuste pati posses habere ultorē. q̄bus uerbis  
finitis Hēricus suplex gratias agit de clemēti ueniā oēm  
obediētiam pollicetur: nihilominus paulopost Iohānes  
Rex Nauarre & Hēricus. egre ferētes q Aluarus in dies  
magis ac magis exaltaretur & Iohānes rex castelle in eorū  
cōtumeliā & despectum illum totis uiribus defendere  
conabatur. itra regnū gētes coadunabāt. et populos como-  
uebāt cōtra Aluarū. que res fieri nō poterat quī scādālū  
generaretur in regno. Comotus Rex Iohannes maxime

quia aliquas gentes de regno Aragoniē in suū auxilium  
ducebant: Ea de re cuncta loca castra & dominia p̄dic-  
toꝝ Iohannis & Henrici ad manus suscepit. Igitur Io-  
hannes & Henricus ad fratrem Alfonsum regē Aragonū  
recurrerūt: qui adiunctis secum populis Aragonensibus  
& paucis Castellę magnatibus cū magno exercitu & po-  
tentatu Castellam ingredi deliberat. obtēturus patrimo-  
nia fratrum & expulsurus Aluarū p̄dictū. Confidebat  
enī in nonnullis regni Castellę nobilibus. qui tandem ei  
minime auxilia p̄stiterūt: Imo regē suū Castellę secuti  
sunt. Iohannes uero rex Castellę cū dicto Aluaro & tota  
Castellę potētia occurrit eidē Alfonso regi. quod intuens  
Alfonso aliquantulum retrocessit. & quia Alfonso regnū  
Castellę manu potenti ingressus fuerat. Rex Iohānes eū  
insequens regnū Aragoniē ingreditur. Nam apud op-  
pidum Harica uterq̄ insedit exercitus magnus ualde:  
qualis a centū annis non fuit in Hispaniis congregatus  
Reginę itaq̄ Castellę & Aragoniē uxores & sorores  
permixtum utriusq̄ Regis dolebant interno dolore. quia  
utroq̄ euentu non nisi miserum exitum timebant: ne-  
cesse enim erat unamquāq̄ de uictoria dolere. cum aut  
maritum aut fratrem uinci oportebat: & ut de Sabinis  
fēminis Augustinus cōmemorat: quarū patres & fra-  
tres simul cum maritis bellabant: sic calamitose: sed in-  
clitę Reginę ordinatis aciebus: triste spectaculum mes-  
tissimamq̄ palestram cernere uerebantur: Nec aliud  
superesse uidebatur: q̄ uel sanguine fratrum dotarentur:  
uel maritorum cede uiduarentur: & qui uinceret mise-  
rabiles a sororibus amplexus extorqueret: timebant  
quoq̄ misere ipse Reginę ne auderent flere fratres de-  
uictos: ne offenderent maritos uictos: quare pro se-  
dandis tam funestis dissidiis summopere laborant: an-  
tiquos illos Romanos imitate. qui teste Valerio maximo



conuentum instituebant & caristia appellarunt: ut si aliqua inter cognatos & affines querela esset orta: adhibitis pacis fautoribus tolleretur. Ad pacandum igitur dissidentes maritos simul & fratres preclarissime Regine omnem adhibent conatum: Iuliam Cesaris filiam & . G. Pompei uxorem imitate: cuius summa uirtute & prudentia patris ac mariti intestina dissidia: quamdiu illa uixit quieuerunt. Ea uero mortua orbis & urbis tranquillitas perturbata est. Assistebat tandem eisdem nobilibus Reginis dominus Cardinalis de Fuxo legatus a bonae memoriae domino Martino . V. super hac re ad Hispanias missus: Post multa igitur placuit pacis auctori quod inter eos treugas positae sunt & deputati fuerunt sex iudices ex utraque parte qui eas omnes differentias sua sententia complanarent inter quos pro parte Alfonsi Regis Aragonum: alter ex deputatis fuit beatae memoriae Sanctissimus dominus Papa Calistus secundus tunc Episcopus Valentinus qui per quinque continuos annos in una dieta apud Agredam cum aliis mansit deputatis: tandem auctore deo conclusa atque firmata est pax perpetua inter eos: Et Iohannes Rex Nauarre & Henricus redierunt in Castellam. Demum uero eo tempore Eduardus Rex Portugaliae moritur relicto paruulo filio Alfonso & tribus filiabus: Alfonso regnum obtinet: sed super tutela oritur discordia inter Regnam & infantem Petrum fratrem Eduardi Regis: Post multa uero infans Petrus: licet de facto puerum ad se recepit: atque ut tutor gubernat. Regina recedit a Portugalia in Castellam & Regnam sororem & fratres adiit. Interim crescit Alfonso & ut aiunt de consilio aliorum patruorum qui Petro fratri inuidebant iniuriam matris uendicans in . xv. etatis suae anno Petrum tutorem a se expellit qui cum resistere conaretur per Regem & patruos in bello campestri occiditur: expulsis filiis a

regno inter quos fuit nobilis dominus Iacobus postea Cardinalis Portugalis:

Capitulum . xxx. de clarissima uictoria Iohannis Regis Castellae contra Sarracenos Granate & de iterata discordia inter Iohannem Regem Castellae & Iohannem Regem Nauarre & infantem Henricum & de hiis quae acciderunt in oppido de medina & de fuga Aluari de luna.

**F**ACTA ITAQUE HAC FOELICI PACE INTER Iohannem Regem Castellae: & Alfonsum Regem Aragonum & fratres suos: Alfonso Rex Aragonum Italiam petit & in conquesta regni Siciliae: Cuius progressum infortuna deinde prospera gesta tam promiscua secundarum ac aduersarum rerum uicissitudine fortuna rotauit: ut quemadmodum de Cesare Augusto Valerius ait . non sit facile discernere calamitosior an beator fuerit . Verum quia Alfonso aduersa infatigabili labore sustinuit: quinimo fortunam ipsam sepe in eum seuientem cum pudore superatam in sui auxilium summa prudentia & perseverantia conuertit merito ut putamus inter felicissimos computandus est: Cuius latius gesta enarrare modo propositi non est qui solum de Hispanicis rebus agere decreui: eo maxime quia apud Italos tam recens tam clara tamque illustris est eius memoria ut non secus de diuo Alfonso quam de quodam huius seculi sydereo splendore loquantur . Iohannes uero Rex Castellae cum accepisset perfidos Sarracenos: non parua intulisse damna terris suis ut erat catholicus & deuotus in propria sacrum templum beatae Mariae de Guadalupe uisitauit ubi oblatis deo muneribus ac diuo auxilio confortatus patriam Sarracenorum ualida manu ingreditur, Imitatus Samuelē



qui dum offerret olocausta : filistei castrametati sunt cuius  
tates Israhel. Sed ueniēte Samuele ad bellū illico intonuit  
dominus fragore magno super Philistim & exterruit eos  
& cęsti sunt a filiis Israhel : Nec aliter Iohānes eosdē Sar  
racenos magna clade percutit & plurima castra & oppida  
ab eis ui & armis obtinuit : inter cętera Huestā : Ximenā  
& Vellēm & plurima alia deinde urbē Granatā popula  
tissimā obsedit licet non facile obsidionē patitur : Sarra  
ceni uero ingrādi & incredibili numero sese diuidētes alii  
intra muros urbis : alii extra inter ortus difficiles aditus  
habentes sese receperūt . Cumq; exercitus catholici ad  
mēnia urbis Granate accederēt Sarracenosq; impeterent.  
Illi freti comoditate loci in multitudine cōfidentes diuer  
sis partibus pręlium cum nostris cōseruerūt durissimum  
quidē . tandē diuino pręsidio opem ferente occubuerunt  
ex Sarracenis fere decem milia . Cęteri uero terga nostris  
ostendētes intra urbē sese muniūt : quia igitur tēpus hye  
male appropinquabat uariisq; aliis causis Iohānes Rex  
Castellę exercitū suū dissoluit & in Castellā cum fęlici &  
gloriosa uictoria rediit . Post hęc quia inuidia hostis hu  
mani generis teste Augustino . Semper optima & sancta  
opera intercipere conatur ueluti qui de fidei incrementis  
dolet : inuidēs unitati fideliū in terris quā ipse uulnerauit  
in cęlis nouas intestinasq; iterum inter Iohannē Regem  
Castellę & Iohannē Regē Nauarre & infantē Henricū  
cōplicesq; suos discordias seminat . Illi enim ut prius co  
nabātur Aluay expellere & regni gubernationi intēdere  
quibus etiā pręsidio erat inclitissima nobilis Maria Re  
gina Castellę & filius eius excellētissimus Henricus pri  
mogenitus tūc Princeps Castellę cū nōnullis eiusdē regni  
nobilibus . Congregarūt igitur exercitū prope Metinā .  
Rex uero Castellę intra oppidū prędictū cū Aluaro &  
paucis se recepit illi ergo non nisi libertatē Regis prosequi

acclamabant : quam miro modo oppressam Aluari artu  
bus & potentia asserebāt . Tandē ad nonnulla capitula  
cōcordię deuenitur . Signāter circa expulsionē Aluari nō  
modo personā sed Regis animū ut diximus opprimētis  
dum itaq; tractatus ipse penderet . quadā intēpesta nocte  
nescitur quo pacto datus est aditus oppidū obsidētibus  
Regina igitur Castellę & Princeps filius suus ac Iohānes  
Rex Nauarre & infans Henricus & cęteri magnates :  
Rege & Aluaro ignorātibus manu armata sed animis  
mitissimis absq; alicuius offensione oppidū ingressi Regē  
humiliter adēūt quē cū magna salutates reuerētia & corā  
eo genua flectētes supplicāt moleste ne ferret q; Alua  
rus qui tot dissidiis nō modo causam dabat sed eius re  
giā personā oppressam tenebat caperetur . Io . uero Rex  
tumultū pręsentiens : paulo ante Aluay auisat : ut illico  
solus uitā seruet qui fratre suo Archiepiscopo Tolerano  
comitatus equoy uelocitate fretus euasit : & pro aliquo  
tēpore Maria regina ac Rex prędictus Nauarre & infans  
Henricus Regē comitati sunt iūq; ut libere gubernet cū  
summa moderatione effecere : quo effectū ut inter ipsos  
tumultus dissidiū cessaret & ut in simili Augustinus de  
Gracoy tumultu refert : Eo ipso loco ubi Princeps aut  
uictus aut captus putabatur ibi uictor libertorq; euade  
ret & qua die Rex atrocus potuit irritari eadē māsuertior  
fęliciorq; quo uellet pergeret .

**C**apitulū . xxxi . de reditu Aluari ad Regē & de  
bello apud oppidū de Olmedo in quo Iohannes  
Rex Nauarre & Henricus & sibi adherētes fusi  
fuerūt & tandē de cōcordia sequuta & de fęlici exi  
tu illoy qui cōtra Regem arma mouēt .

**S**ED NEC quieuerūt penitus dissidia : paulo enī  
post inclita domina Blanca regina Nauarre : uita



Alfonso Henricus

functus est | quare Iohānes rex Nauarre uxore duxit nobile  
ac plurimis uirtutibus præditā Iohānā filiā domini Fri-  
derici admirādi Castellę ex regio orto genere descendens  
cunctoꝝ Hispaniaꝝ Regum cōsanguinei ex qua genuit  
Fernandū ac Iohānā nūc superstites & alios qui in teneri  
etate uita functi sunt | Fernāduſ itaqꝫ per obitū Caroli eius  
fratris primogenitus : Aragonię Princeps effectus est .  
Verū idē Io . longe ante genuit plures filios naturales tā-  
tum | inter quos Alfonsum | deinde Io . nūc Cesaragustanū  
Archiepiscopū procreauit | Interim uero Iohānes rex Cas-  
tellę angebatur absentia Aluari . anima enī eiusdē Regis  
colligata erat Aluaro | fiebātqꝫ multi tractatus secreti inter  
Regē Castellę & Aluarū & alios Barones regni : ut Al-  
uarus rediret | qui tandē assentiētibꝫ Regina & fratribꝫ  
suis ad Regē uenit . Rex itaqꝫ Nauarre & Henricus &  
cōplices hoc ferre nō ualētes | nouis deniqꝫ succrescētibꝫ  
dissidii causis | iteꝝ exercitū cōgregāt | idqꝫ & Iohānes Rex  
Castellę agit | adunati sunt igitur utriqꝫ exercitus prope  
oppidū de Olmedo : Rex uero Nauarre Henricus infās  
& cōplices prædicti | nō cōtra Castellę regē : sed cōtra Al-  
uarū pugnare uelle dicebāt | tandē præter spem bellādi | nō  
nulli iuuenes nobiles utriqꝫ se impetere leui bello incipiūt  
quod moderni Scaramuḡam uocant | paulatīqꝫ sese aluit  
preliū Henrico id ipsum desiderāre | in quo rex Nauarre  
infās Henricus & sibi adherētes fracti & uicti sunt : &  
aliqui ceciderūt | inter quos infās ipse Henricus nobilissi-  
mus letaliter percussus est | ex quo post paucos dies obiit  
in regno Aragonię uno superstite filio legitimo ex nobili  
filia Ludouici Pimentel Comit̄ Benauēt̄ : Nec potuit  
Henricus aduersa fata fugere | & qui ad bellandū ardētior  
omniū fuit | primus omniū occubuit : Fertur Iohānē Na-  
uarre plurimosqꝫ Barones infanti Henrico suasisse | ne ea  
die confluerent | ad quos spiritu forti . illud Epamynunde

Grecię Imperatoris dixisse aiunt : si principari uultis hiis  
ludis uobis utendū est | nō palestris armis | nō minātibus  
uerbis | quodqꝫ si hodie nō pugnatis ut hosti seruiatis ne-  
cesse uideo | longe deniqꝫ melius fore asserēs animas in acie  
uiriliter effundere | q̄ in cathenis satis ab eo expertis tur-  
piter cōsumere . Eo igitur expleto cōgressu | Rex Nauarre  
ac nōnulli Comites & Barones Castellę ei adherētes Ara-  
goniā satis celeri gressu petierūt : Non legimus prosperos  
illoꝝ exitus | qui cōtra Principē cui fidē dederūt | seditiōes  
aut bella mouēt . Scriptū est enī Noli stare cōtra faciē re-  
gis | & nō coneris cōtra itū fluuii | & iteꝝ ne dicas quid fa-  
ciet nobis Rex : Sicut & rugitus leonis | sic & terror regis .  
Iusta est enī Regis indignatio in eos qui Regē inquietāt  
q̄qꝫ enī Ieroboā filius Ioas | rex Israhel : prauus & idolatra  
foret | displicuit tamē deo rebellio cōtra eū facta | quinimo  
acriter punita est : Rursus teste Iosepho | cū alter ex Re-  
gibus Egipti | postqꝫ Senatui fidē præstasset : arma contra  
Gneū Pompeiū sumeret | prelio interceptus | arma nō cō-  
tra Senatū sumpsisse asserēbat | nec ut aliena caperet | sed sua  
tueretur | cui a Pompeio responsum est | nihil sua interesse  
an Rex Egipti iuste uel iniuste periret | dummodo periret  
nec satis fidē seruasset | qui bellare tēptasset | sed de fide &  
obediētia Baronū & militū ad Principes suos latus tan-  
gimus in libro speculi uite humanę in prima parte ubi  
etiā agimus | quales erga nobiles Prīcipes ipsi esse debeāt  
Scriptimus deniqꝫ in commento super bullā depositionis  
Regis Bohemię . Igitur post prædictā uictoriā Iohannes  
patrimoniis omniū prædictoꝝ | qui uicti & fugati fuerāt  
cōfiscatis | nōnulla Aluaro prædicto ceterisqꝫ regni mag-  
natibus donat | aliqua sibi retinēs . Tandem per obitum  
Henrici : Magistratus sancti Iacobi uacans : Aluaro  
cōfertur . Iohānes uero Rex Nauarre | ex eo tēpore Cas-  
tellam nō est deinceps ingressus | sed in Aragonia mansit



fratris Alfonsi nomine regnum Aragonie gubernatur. Postea uero per bonorum uiroꝝ meditationes facta est concordia inter Iohānē Regē Castellę & Regē Nauarrę predictū ut dimisso patrimonio in regno Castellę certā annuā florenorū pensionē a Rege Castellę perciperet. Eo tempore nobilissima Maria regina Castellę felicem deo spiritū reddidit: De cuius sanctimonia honestate & humilitate & imensis uirtutibus ac sempiternis laudibus plurima a me dici possent quippe & deberēt nisi pro eo suspectus iudicaretur quia eiusdē dominę & Henrici filii obsequētissimus extitit familiaris quippe qui matris scriptibus litterarū rudimēta filii quoq; fauoribus & p̄sidiis honorū ultra condignū incrementa suscepit.

Capitulū xxxii. de ingenti affectu Iohānis Regis Castellę ad Aluarū de Luna & quomodo ob Aluari insolentiā amor in odiū mutatus est & de mobilitate regalis animi & de p̄claris exemplis ad eam rem.

**A**UGEBA TVR indies Iohānis regis ad Aluarū de Luna ingens dilectio & incredibilis caritas: nec est facile dictū q̄ tener pariter & tenax ad eū fuerit regis amor. Nam iuxta sapientū sententiā necessitas amorem indicat & infās periculū caritatis ardorē ostēdit. Iohānes uero Rex ut Aluarū protegeret atq; efferret nullū persone regie periculū nullū amittendi regnū discrimen pertinuit quippe quē nulla necessitas nulla quoq; uxoris filii & coniunctorū instātia ab illius dilectione retrahere poterūt. Ut de eo sapiēs dicere uisus sit quia qui diligit oī tēpore diligit: usq; adeo eū carissimum habuit: ut ipsum mentis eius arbitriū quod libery deus uocat quia liberū hominibus nullius uidelicet mortalis uoluntati subiectū concessit: Iohannes ipse in Aluari uoluntate reponeret:

*de ijs qui Regum fauorib; et amicitia confidunt.*

*instans*

ex qua una re cuncti plurimum mirabantur: quid sibi uellet aut unde procederet tam ingēs ad hominē caritas coniectabātq; nō tam fore uirtutis dilectionē q̄ maleficā fascinationē quia ut sapiētes aiunt eadē odisse eadē cupere eadē metuere incertū est: an amicitia sit uel factio? Arbitrati sunt itaq; non ab re. animū Regis fascinatū: aut prauis artibus ab Aluaro diu fuisse oppressum. Noui ergo uiros quidē religiosissimos atq; doctissimos qui nō sine mortis metu sepe suaserāt Iohāni Regi ut suo honori consulere: Addentes quia cum Aluarus ipse pristinos mores & modū mutasset nō obsequēdo ipse rex mutaret animū saltē moderate diligēdo p̄sertī quia ut dicebāt nōnulla illius scelera manifesta uidebātur quare Augustino teste: si talibus hominibus amicitia iungeretur: necesse foret eorū culpis ligaretur: Ad quos Iohānes ipse ut erat doctus dicebat sapientū fore sentētiā si eos quos diligimus in uicia ruere cōspicimus non cōfestum dissoluedā fore amicitia quippe & si incorrigibiles reddāt nō esse rumpēda amoris fēdera sed paulatim dissuēda ne ut pulchre inquit Tullius nō solū amor depositus sed odiū susceptū uideatur quare secundū Ciceronē ipsum utilius esse dicebat sensum diluere q̄ repente p̄sindere quā sententiā summa prudētia Rex ipse sequutus est: spectabat enī ut Aluarus ad se rediret cerneretq; animo q̄ certis q̄q; assiduis periculis sint proximi qui regibus assuntur quis enī Regi Dauit acceptior quis pro meritis amator Iob Principe militię suę quē tamē testimonio cedi iussit dicēs ad Salomonē filiū suū: Nosti quid fecerit mihi Iob & quid fecerit duobus ducibus scilicet Abner & Amassen quorū sanguinē fudit in pace quare non deduces canices eius pacifice ad inferos: sed ut sacra liquamus exempla quis acceptior apud Alexandrum q̄ Lisimachus: quis apud Tiberium q̄ Seranus: utriusq; tamen amplitudo

testamento



nota est & ruina: quis Neroni cesari carior fuit / Seneca nostro / ac nepote Lucano: mox tamen ab eo morti coacti sunt: Gallus Augusto admodum gratus acceptusque fuit / cui paulo post capitali odio extitit: Pisonem quoque iussit occidi Otto quo cum antea mira familiaritate coniunctus erat: Bellifarius denique ut Cesary analia tradit / tam carus Iustiniano merito fuit / ut Romam simul & Italiam a Vandalis & Gothicis occupatam: Iustiniano cum ingenti gloria restituit: Africam sibi subegit: eum denique Cesarum mille periculis & seditio- nibus liberavit / qua re cesar ipse Bellifarium ad Constanti- nopolim accedentem singulari triumpho lustravit. Tandem non secus eum quam perfidissimum hostem insequutus est. Sed quod hec recolimus / annalia plena sunt his periculis qui- bus uersantur / regum amicitias confidentes: Nec sapientum sententia fallit / que ait: quia multis periculosior fuit regis amicitia quam odium. Illam tamen homines sumopere querunt: quo fit teste Petrarca / ut periculum ematur periculo: Non enim credunt mortales / cum amantur odiri posse. Sed utinam illud Aristotilis animo gereret / quia facilius amor dissol- uitur quam nascatur: nec enim amor nisi uirtutibus nobis utique raris comparatur / sed uicis que facile sequimur dissoluitur quo utique longe promptiores mortales sunt ad concipienda odia quam figendas amicitias: Adde quia teste sapiente corda mortaliu licet inscrutabilia sint / Regum tamen plus quam cetero- rum hominum occultis nobis diuinis iudiciis uariabilia atque uertibilia sunt dicente scriptura sacra: Sicut diuisiones aquarum / sic cor Regis: Hinc unus ex sapientibus ait / quia ut fortuna / sic uoluntas Regum uaria & inconstans ac semper incerta: ueluti que semper a multis concutitur: sed tandem a deo dirigitur: Nec enim miserto uacat / quia scriptura sacra testante / cor Regis in manu dei est / licet enim iuxta sapientem corda omnium mortaliu intueatur deus: ipseque uisitet & dirigat cogitationes hominum: peculiariter tamen

fit ut

diuina prouidentia iuxta eius beneplacita corda Regum dirigit / & singulariter quo uult uertit: illa nonnunquam ut per Regum ministerium bonorum / hic merces augeatur aliter quando ut hominum scelera per eos in hoc seculo uindictur: quemadmodum conuertit cor Regis Nabucodonosor in iram contra iudeos: ut illos propter eorum scelera perderet: sed hec pauca de hiis qui Regum fauoribus & amicitias confidentes dicta sufficiunt: de qua re latius agimus in eodem libro quem nuper edidimus dicto speculum uite humane.

Capitulum xxxiii. Qualiter Aluarus de Luna pre-dixit ruinam suam: quem tandem Iohannes Rex Castellę apud ciuitatem Burgem. incarcerauit & decollari publice iussit.

**UT** IGITUR ad Aluarum redeamus: in se ille expertus est quod fertur sepe aliis dixisse. Cum enim felicem cuncti eum predicarent: quod Regem pariter & regnum regeret: improvide inquit iudicatis / cum edificium ante finem operis laudatis. Nostis quia maledictus qui confidit in principibus. Sic itaque quodam presagio infelicem futurum eius euentum pre-dixit: quem uenturum non credebat: quod & si ioco dixerit / sermo in se expletus est: ut de numero illorum esset: de quibus in euangelio dicitur / uidentes non uideant & intelligentes non intelligant. Paulo enim post iusto iudicio: diuina iustitia animum Regis Aluaro deditissimum conuertit in iram: iustum enim uidebatur ut qui fauore & gratia principis abutitur: eandem gratiam idem princeps uertat in odium: Veluti in libro Ester scripturę sacre interpretes / Asuero & Athaxerse & Aman quasi pro hoc casu scribere uisi sunt: quorum summa ad Aman dilectio uersa est in summum odium: ait enim scriptura



nota Verba sacre scriptu  
ra

in hęc uerba : multi bonitate principum & honore qui in  
eos collatus est abusi sunt in superbia & non solum sub  
iectos Regibus nituntur opprimere : sed datā sibi gloriā  
non ferentes in ipsos qui dederunt moliuntur insidias :  
nec contenti sunt gratias non agere de beneficiis & hu  
manitate in se collata : sed dei cūcta cernentis arbitrātur  
se euadere posse sententiā in tantam uesaniā prorūpentes  
ut eos qui credita sibi officia diligenter obseruant : & ita  
cūcta agunt ut omni laude digni sint : falsis suggestio  
nibus conentur subuertēdum aures Principum callida  
fraude decipiūt : ut eorum prauis consiliis Regū studia  
deprauentur & sequitur : Vnde prouidendū est paci om  
niū prouintiarū regni : quod de Aman dictū intelligatis  
qui pietatē nostrā sua ambitione conmaculās peregrinus  
a nobis susceptus est : & tantam expertus est humanitatē  
ut pater noster uocaretur & adoraretur ab omnibus post  
Regem . ii . quare recepit non a nobis : sed deo reddente  
quod meruit : hęc sunt ad litteram uerba sacre scripturę :  
quę omnia Iohannes Rex quasi pro se & Aluaro scripta  
reputauit : Conspiciēs deniq; Iohānes Rex simul & dolēs  
q; Aluarus ipse nullū sibi moderationis frenū poneret  
sed cūcta suo arbitrio regeret : subditos opprimeret .  
Quippe qui in ipsis sacris Crīsti passionis diebus qui  
bus homines culpas donare non exigere nec punire solēt  
Alfonsum Petri de Biuero Regis maiorem compotorū  
officialem & dilectū Consiliarū : insolito mortis genere  
uidelicet pncipio mori iusserat : & ut aiunt Regi a quo  
sublimatus est : debitam & consuetam p̄einentiam &  
reuerentiā non seruaret : Regisq; familia & honor decre  
ceret : & suę domus faustus aueretur : fremētibusq; atq;  
instigantibus plurimis regni nobilibus & clamantibus  
etiam populis decreuit post maturam deliberationem  
bonum regnorum suorum | uni homini & quidē insolēt

fore preferendum . Quare assistentibus quorundā mag  
natū & potentum secretis cōsiliis : & p̄sidiis p̄cipue  
nobilis uiri Petri de Astuniga Comitis Placentini &  
Aluari de Astuniga eius primogeniti arcem Burgensis  
cuius obtinentium p̄fatum Aluarum eius rei inscū  
sagaciter & sine aliquo tumultu apud eandem ciuitatem  
Burgēsem incarcerationi : & tandē factō legitimo processu  
in oppido Valisoleti publice iugulatur : caputq; eius in  
foro per triduum mansit : Nouimus nos uirum uita &  
sapientia integerrimū : qui Aluarū in foro ad supplicū  
adductū cōsolabatur : Inter cętera dicens ea lege humanā  
prosperitatem atq; uitam ipsam q̄ illico dimissurus esset  
suscepisset ut aliquādo ab eo auferri deberet quia nostro  
Seneca teste . Nihil fortuna eripit nisi quod dedit ymo  
ut Iullius celsus ait . Quos fortuna beneficiis lustrat ad  
duriore casum referuat ; Cui Aluarus recolo inquit q;  
mibi alias dixeris : quia hęc terrena & humana prospera  
uelotius atq; celerius amittuntur q̄ acquiruntur . Quare  
ego & si aduersitatē post tantā felicitàte aliquādo timuerim  
non tamē omnimodā ruinā : & si secundarū rerū iacturā  
non simul & uite exterminū : quę una res incōsolabiliter  
me angit atq; conturbat : Adeo ut non putem aliquem  
mortale unq; fuisse aut esse posse miseriore & tam repente  
simile casum perpeffum : Ad quem uir ille religiosissimus  
Falleris inquit Aluare : ideo ita credis quia omnia  
tibi in hanc usq; diem ad uotum uenere : Nihil aduersi  
unq; passus es : adeo ut nunq; liceret teipsum experiri sed  
uerum est quod sapiētes sapiēter aiunt : nam eum omniū  
miserimū uocant : qui uitam transegit sine aduersario :  
pro eo quia nimia felicitàte torpescit . Tu ergo felicitàte  
quam sine morfu in prospera ac longa uita tua habere  
non potuisti : hac breui uite orula quę tibi restat facile  
comparabis : Si peccata tua meminertis & corde contrito

1785 Aluarus de Luna



te deum offendisse dolueris: & mens tua ad eterna sus-  
piret: quā tantopere fallacia terrena deceperūt. Rursus  
uolo cogites plurimos dignitate gradu atq; potētia tempore  
fortunatiores: Longe maiora fortunę iacula repēte fuisse  
perpeffos: Duos inter innumeros tibi adducam. Nam  
quidam saniorum potentissimus Rex ut Policratus ait  
A deo fortunatus extitit: ut aliquid aduersi aliquādo ex-  
periri optaret: die enim quodam anulum preciosum sibi  
admodum carum: uoluntarie in mari proiecit: ut qui in-  
uitus nihil aduersi pati poterat: quid tamē foret aduer-  
sitas: libēs agnosceret: sed illico anulū ipsum capto pisce  
qui illum deglutuerat recuperauit: & ut alii aiunt piscis  
ipse in mari existens eundē anulū in ore gestans Regi q;  
arridēs ostēdit: ipse tamē Rex nō multū post miserabiliter  
ab orante p̄fecto Darti in captiuitatē ac miserā serui-  
tutē redigitur: liberis corā eo occisis: ipse q; in altissimo  
monte cruci affigitur: a uibus & feris deuorandus. Huic  
addamus Alexandrū uirū supra omnē humanā naturā  
magnanime animi p̄ditū: ac ultra cunctos mortales  
fauēte fortuna felicissimū: cui tantū eadē fortuna cōcessit: ut  
nullius hostis arma etiam ipse inermis timeret. Cum  
nullo hoste congressus est: quem non uinceret: nullā urbē  
obsedit quā non expugnaret: nullā gentē adiit quam non  
calcaret: In dimidio tamen dierum suorum: ipsa flante  
prosperitate ad extremum uictus non uirtute hostili: sed  
insidiis suorū & tumultu ciuili ut refert Quintus Curtius  
quibus uerbis auditis: Aluarus in domino confortatus  
ac puro corde compunctus ore q; deuotissime confessus  
ceruicem plusq; uirili animo litoribus parat: se q; impau-  
dēs ac omnium iudicio libens morti offert quā cuncti  
formidāt mortales: nec uultu mutatus nec uerbo. Apud  
quem uiluit prioris uitę prosperitas ut preciosa illi foret  
imminentis mortis aduersitas. Astantes itaq; ut pro eo

// magnitudme //

p̄ces ad deum funderent enixe p̄catus est manens  
deniq; ne fallacibus fortunę fauoribus credant: sed nec  
Regum mortaliū amicitias confidant: sed Regi superno  
se dedant apud quem non est transmutatio: nec in illo  
aliquis fallitur: nisi seipsum fallat. Sic igitur spiritum ex-  
alauit securam ac beatam mortem adeptus: qui dubiā  
periculosamq; uitam sectatus fuerat: quo euenit ut cum  
eo longe clementius ageret diuina bonitas: q; si summo  
fauoris & maiestatis fastigio obisset. Namq; a pena &  
misera sorte huius seculi liberatus est: quē mūdus punisse  
credidit quinimo felix migravit ad cēlū: quē calamitosum  
infelicemq; uulgus appellabat. Quantę igitur prudētę  
Aluarus fuerit dum uiueret: ex eo considerare libet quia  
tam sapienter morti scuit: Vt enim beatus inquit Au-  
gustinus: quemadmodum uiuere non nouit qui bene  
mori ignorauit: sic prudenter uiuisse censendus est: quē  
mori in domino certum est: Nec putandum est illum dū  
uiueret quibusdam meritis caruisse: qui tam beate mori  
meruit: Dimisit igitur nobilem prolem uidelicet Io. de  
Luna Comitem sancti Stephani & filiam speciosam: quā  
duxit uxorem nobilis uir Enecus de Mendega Comes  
de Saldāna filius clarissimi uiri Didaci Furtado de mē-  
doça Marchionis sanctę Iullianę. Aluaro igitur uita  
functo Rex Iohannes p̄dictus: partem dominiorum  
suorum filiis p̄dictis reliquit: partem uero sibi retinuit  
thesaurū uero & iocalium tres sibi partes retinēs: quartā  
uxori Aluari filię Comitis Benauētani & filiis liberaliter  
& clementer concessit: Ceterū cum Aluarus uiueret ca-  
pellam & sepulchrū insigne in sanctissimo templo Tole-  
tano mirifice construi fecerat: quod ab infante Henrico  
petre diruptum fuerat Iohannes tamen Rex ex huma-  
nitate & pietate fretus restaurari permisit: licet plurimi  
id maxime dissuadebant: ne tam superba statua in eo

// pene //



emineret templo in quo Hispaniarum Reges humiliter  
tumulantur: Addentes indignū uideri ne capite trunca-  
tus inter regio diademate coronatos tam elato sepulchro  
fungeretur: eo presertim quia sepulchri intitutatio rerum  
maximarum iactantiam preserebat. Ad quos Iohānes  
uera inquit aut falsa sint: quę de se Aluarus scribere iussit  
intacta maneant: quia dignum putamus ut morientes  
cum aliud non possint: quę uolunt de se scribāt. Adde  
quia uolo ut eius non deleatur memoria: qui tam facile  
a me deletus est: cunctiq; agnoscant sagacem atq; po-  
tentem Aluarum a me cedi potuisse: sit deniq; posteris  
exemplū insigne: hominem tam maxime Regi acceptū  
ab illo ob eius insolentias uita fuisse interceptū: Imitatus  
est Iohannes Seuerum Imperatorē de quo Helius Spar-  
cianus ait: quia cum iussu Postennii dicti Antonini  
nigri epigramma Gręcum in eius sepulchro Romę apud  
campum Iouis descriptū esset: potentia preclarasq; illius  
res complectens: Seuerus eius successor eradi prohibuit  
quāq; preserti & officiorum magistrū id suaderēt: addēs  
si talis Postennius fuit: sciant omnes qualem sepe deui-  
cimus: si talis non fuit: putent omnes nos talem uicisse  
effecisseq; ne mansuetissimo presideret imperio: qui ar-  
rogatissima de se, quę humilis est descripta,

*in morte.*

**C**apitulum xxxiiii. de uirtutibus Regis Iohānis  
& de eius felici obitu & de erectione Henrici iiii.  
filii eius in Regem & de obitu Alfonsi Regis  
Aragonum apud Neapolim.

**P**OSTREMO Iohannes Rex Castellę predictus:  
cum omnia prospere egisset ut deo placuit postq;  
regnauit fere quinquaginta annis: diem suum clausit:  
parum tamen bonis regnauit: Qui certe nunq; tam diu  
regni sceptro potius esset: aut tam carus suis regnicolis

fuiisset: nisi magnis nature & uirtutis donis habundasset  
& deo placita foret uita & conuersatio illius: Reliquitq;  
heredem & dominum regnorum suorum serenissimum  
atq; excellentissimum Principem Henricum iiii. primo-  
genitum suum: quem Iohannes ipse anteq; moreretur in  
Regem assumi & leuari precepit: & ei thesauros proprios  
& quos ab Aluaro habuerat ad manus dedit: Fuit hic  
Iohannes. ii. religiosissimus Princeps catholicus: ac offi-  
tiis diuinis & contemplationi plurimū deditus: orationi  
assiduus: predicationis uerbi dei auidus: gaudebat plu-  
rimū sacris ecclesię ceremoniis. Demum diuinis litteris  
& moralibus disciplinis operā dabat: cū doctis uiris sepe  
cōferebat: disputationibus letabatur: quibus me sepe sua  
benignitate interuēire iussit. Vex inter disputantes: alteri  
opinionī quę magis sibi placebat: tenaciter adhebat  
quo fiebat ut docti uiri sepe contra opinionem propriam  
cum Rege adulando sentrēt: quemadmodum de Fauo-  
rino gramatice: Vicelius Spartanus recolat in uita Adri-  
ani. Nam cum Adrianus Imperator acriter reprehen-  
disset quoddam gramatice documentū: illiq; Fauorinus  
cessisset: arguentibus amicis Fauorinū non recte Cę-  
saris opinionī fauisse: contra gramatice auctores. Ille ri-  
sum iocundissimum mouens ait: Non recte uos amici  
suadetis: qui non patimini me Adrianum doctiorem  
omnibus credere: qui omnibus plus potest: uultisq; ut  
eum errare dicam: qui habet triginta paratas legiones  
fame celebris: Demum Iohannes historis instructus fuit  
ealēs ingenio scripturis sacris delectabiliter uacabat: adeo  
ut plerumq; nocumento foret q; plusq; Regi expediret  
lectioni operā daret: doctos uiros dilexit atq; promouit  
Nam & simplicita ingenia commendabat: erudita uero  
mirabatur: execrabatur cum legebat superbiā dominā-  
tium: Regiam tamen maiestatem nedum seruauit: sed



*mathe*  
auxit: quietis ac pacis amator fuit: cui tanto uigilantius inherebat: quanto maioris est laudis paccatā tenere suā rem publicam: Modestius regnum rexit q̄ felicius ampliauerit: sed nec parum est parta tueri: Cessabat in rapacitas: procul erat auaricia: illa opes uastat: hec gloriā dicebat semper male subiectos habundare q̄ fiscū. Quia potentissimi regni Princeps pauper esse non poterat: raro trascebatur: Tandem seuebat: Demum pauperibus & miseris pius fuit & compaciens: Nec facile coram eo cuiusq̄ Principis: uel maior legitur liberalitas uel pietas iustior: plurimis deniq̄ uirtutibus fulsit: quibusdam tamen uicis non caruit: Credulius enim nimium fuit & suspectissimus: obrectatores non tam alto animo despiciebat q̄ auide audiret: Nec desunt qui glorię eius uulnera inferunt: dicentes minus diligentem fore q̄ principem expedit: aut tantę rei publicę decuit: quę res illum non latuit: dicebat tamen in tanta tempestate nescire se quid sit diligentia: cum scriptum sit: Qui nimis emūgit elicit sanguinem: Postremo prodigalitem non penitus cohercuit: imensis enim donationibus regnum affixit: tantoq̄ sibi ymo regno dāpnosior: q̄to quibusdā pręter condignum effusior in qua una res tanto magis detraxit regie maiestati: q̄to minus prouidit subditorum egestati. Rursus paulo post mortem eiusdem Regis Iohannis: Alfonsus Rex Aragonum & Sicilię consobrinnus eius etatis suę anno. Lviii. apud Neapolim uitam finiuit: nō gloriā: relicto regno Aragonię & partium adiacentiū fratri suo inclitissimo Iohanni prędicto moderno: tunc Nauarre Regi: In regno uero Sicilię instituto herede successore Fernando eius filio naturali: sed legitimato nunc feliciter regnante.

Capitulū xxxv. de scismate in ecclesia dei extirpato apud constanciam tempore huius Regis

Iohannis & de infelici exitu cōgregationis Basiliensis & cęteris occurrentibus suo tempore.

**C**IRCA huius Iohannis .ii. tempora & pręsertim ab inicio regiminis sui fuerunt in cathedra Petri diuersi & aduersi intitulati Romani Pontifices: uidelicet prędictus Benedictus .xiii. scismate durante & in Italia sedebant prędicti: Innocencius .vi. Gregorius .x. & Alexander .v. & Iohannes xxiii. tandem in Constāciē concilio electus est dominus Martinus .v. natione Romanus ut statim dicemus: fuit autem electus anno domini .M. cccc. xvii. pręfuit Romanę ecclesię annis xiii. quo diem suum claudente: electus est in summa concordia dominus Eugenius iiii. natione Venetus uir iustus & religiosissimus: qui passus est in Papatu plurimas persecutiones. Nam tempore suo congregatum est conciliū apud Basileā in Germania principaliter pro extirpatione heresum hūitarum & reformatione morum & pace in populo Cūstano componenda. Ad eandē igitur synodū Iohannes Rex prędictus ut deuotissimus Princeps misit solēnes oratores suos uidelicet Aluarum Conchēn Episcopum: Alfonsum Burgēn spectabilem uirum Iohannē de Silua postea Comitem de Cifuentes: & quosdam alios insignes & doctos uiros qui pro ecclesię unitate indefesse laborarunt. Tandem pręter eorum & omniū Principū assensum: nōnulli nomine concilii defacto deposuerunt eundem dominum Eugenium Papam .iiii. & elegerunt Amedeum ducem Subaudie felicem appellantes: quam erectionem catholici Reges & Principes non receperunt pręsertim idem Iohannes Rex Castellę qui pro ueritate & honore & auctortate Romanę ecclesię & eiusdē Eugenii iustitia & innocentia misit me Rodericū Episcopū Palentinum: tunc in minoribus agentem oratorē suum



ad Imperatorem Fredericum & plurimos Reges & Principes ubi magne disputationes & altercationes interuenerunt: & ibidem manens librum edidit uidelicet dialogum de auctoritate Ro. Pontificis & iterum aliū librum intitulatum de remedio scismatis: de quibus materiis latius tango in libro defensorii ecclesie nuper a nobis edito iussu Sanctissimi domini Pauli .ii. Pontificis maximi: Præfuit autem idem Eugenius annis .xvi. quo mortuo fuit assumptus Nicolaus .v. natione Ianuēn qui ānis viii. præfuit: obiit autem eo anno quo dictus Iohannes Rex Castellę: In Imperio autē tunc sedit Sigismundus filius memorati Caroli de Lucenburgo Rex Vngarię & frater ducis Vladislai alias Vencelai quo superstitē: suasu & instantia Papę Iohannis .xxiii. Post obitū fratris Ruberti Imperator est electus & per eūdē Iohannē Papam postea cōfirmatus: Hic Sigismundus ut prædiximus præcipuus fuit in congregando conciliū Constanciē. Nam triplicē funiculum contendentium de Papatu: diuino auxilio & summa subtilitate dissoluit mediante eodem concilio. Nā colligationes impietatis quibus tanq̄ funibus peccatorū circūplexi fuerant: elisit & cū propter durā & inueteratū scisma: cetera ecclesie membra egritudine laboraret: hic deuotissimus Imperator sua singulari deuotione & uehementi religione: nullis infortuniis siue periculis: nullis laboribus peregrinationibusq̄ pepercit sed propriis cōmoditatibus Crisiane religionis bonum præponens: ut in unam animorum sententiam in unū uotū tota uniuersalis ecclesia deueniret efficaciter laborauit. assistentibus & eandem unionē promouentibus Carolo cristianissimo Rege Francie & prædictis Iohanne Rege Castellę: & Alfonso Aragonie. Defuncto autē eodē Sigismundo: tēpore huius Iohannis Regis Castellę electus est Rex Romanorum Albertus dux Austrie gener Sigismundi: qui

mira felicitate subito eleuatus: intra sex menses Vngarię & Bohemię regna & deinde imperium consecutus est. Fugauitq̄ ex Vngaria Turchos & in regno Bohemię Husitas cohercuit Polonosq̄ inde abegit: sed qua celeritate creuit eadem defect: peponibus enim in Vngaria delectatus dissentiam incidit: Ex qua secundo imperii anno mortuus est relicta uxore pregnante: ex qua Ladislaus Rex Vngarię & Bohemię genitus est qui hiis proximis diebus: non sine suspitione ueneni interit. Tempore rursus huius Iohannis .ii. Regis Castellę defuncto prædicto Alberto Rege Romanorū electus est Fredericus dux Austrie nepos Alberti: qui a Nicolao .v. Romę est coronatus de quo statim dicemus.

Capitulum xxxvi. de Henrico iiii. filio Iohānis .xlv. Rege post cladem Hispanie & quomodo in initio regni sui quietauit oēs differētas cum Iohanne Rege Nauarre & demum quomodo post præstitam reuerentiā Calisto Pape .ii. suo tēpore assumpto regnum Granate ingreditur.

**H**ENRRICVS huius nominis iiii. successit Iohāni secundo patri suo in regnis Castellę & legionis. hic ab Athanarico primo Rege Gothorū .lxxxiii. Rex est & a Pelagio primo Rege post cladem Hispanie .xlv. Incepit autem regnare de mense Iulii. M. cccc liiii. quē pater uiuens erigi & sublimari in Regem fecit: qui regnat de presentē: cui altissimus diu & felicitate regnare permittat. Erat autem etatis xxxi. annoꝝ cum regnare incepit: hic ante acceptum regnum Princeps erat Asturiarū & plurimas ciuitates castra & oppida a patre obtinebat: quę omnia cum summa subditorū beniuolētia gubernauit: deinde in principio regiminis. Vertēs animo illud sapiētū



Atheniensium qui malis præteritis satis docti dixerunt :  
summopere elaborandum esse ne tenerum principatum  
domestica dissidia inuoluât : quæ si se alant difficile sedâ/  
tur/decreuit paci & regni sui quieti uacare . Imitatus Da/  
uid Regem : qui in initio regni sui fecit amicitiam cum  
Abner & ex eo tempore tranquillum tenuit regnum : Sic  
& Rex Alexander : in principio regni pepigit fœdus cū  
Ionatha pro stabilimento regni sui . Igitur Henricus rex  
non sine singulari quadam prudentia & moderatione :  
quietauit maximas dissidii causas & differētias quæ hactē/  
nus inceperant : inter Iohannem patrem & Iohannem  
Regem Nauarræ auunculū suū/præsertim super patrimo/  
nio & bonis eiusdē Iohannis Regis Nauarræ/quæ hactē/  
nus in regno Castellæ obtinuerat : inter cetera enim fuit  
concordatū ut eidem Iohanni Regi Nauarræ certa assig/  
naretur pecuniarū summa/in Regis Castellæ redditibus :  
quosdam deniq; nobiles & Barones qui Iohānis Regis  
Nauarræ partes sequuti fuerūt & extra regnū uagabātur  
sibi humanissime reconcilauit/eisq; bona restituit : inter  
quos fuerunt nobiles uiri Almirandus ac Gomecius de  
Sandoual Comes de castro & eius filii : Vex quia interi/  
uinculis tenebatur nobilis uir Fernādus Aluari de To/  
leto Comes de Alua . Pro eius relaxatione nobilis Garsias  
eius filius primogenitus . plusq; humanis conatibus insu/  
dabat/plurima quidē ut patrem liberaret nedū sagacitate  
sed uiribus & armis mirabili audacia aggressus est atq;  
parua militum manu confecit : fateor publicarū legum  
rigiditate damnata/sed summa caritate & paterna pietate  
lustrata : tandē quia facile fuit superare uolentē Henricus  
rex inatata ei humanitate fretus & Garsie strēuitate placatus  
patrē liberauit patriamq; restituit : In ea igitur magnatuū  
& nobiliū recōciliatione & liberatione plurimū profuit  
prudentia & sagacitas domini Io . Pacheco Marchionis

Vilene qui pro eisdem componendis rebus/se ad oppidū  
de Agreda personaliter cōtulit/Iubi & Iohānes Rex Na/  
uarre cōuenit : Henricus igitur his rebus pactatus cum  
bellū cōtra Sarracenos institueret/sequutus sapiētis cōsiliū  
qui in ecclesiastico ait/ante iudiciū para iustitiā : Decreuit  
ante bellū ipsum quod uideretur esse quoddā iudiciū dubii  
euentus/parare iustitiā uidelicet deo & sanctę matris eccle/  
się debitā : Vnde Nicolao v . Ro . Pontifice uita functo  
& illico felicissime recordationis Calisto . ii . ad Pōtificatū  
electo decreuit sanctę Romanę ecclesię debitā impēdere  
reuerentiā/& me Rodericū Episcopū Palentinū eius cōs/  
liariū tūc decanū Hispalē suū oratorē Romā misit/eidē  
summo Pontifici Cristi uicario obediētā exhibuit/imita/  
tus Samuelē qui primo obtulit deo sacrificiū oblationis  
& obediētę uictimas/& securus perrexit ad bellū cōtra  
Philisteos : Sic & Rex Arad primo uota sua deo obtulit  
misitq; tura subiectionis & reuerētę summo dei sacerdoti  
deinde castra hostiū deleuit : Machabeus quoq; oblati  
deo uictimis obediētę hostes deuicit : Imitatus deniq;  
Metellū & Postuniū illos præclarissimos uiros quos Li/  
uius cōmemorat/qui cōtra hostes exercitū egredi nō sunt  
passi/nisi primo religioni morē gererēt dicētes quia ita maio/  
res sui orbis regimen se habituros existimaruēt si diuinę  
potētę bene atq; cōstanter fuissent famulati : Quare non  
satis tute bellicoso certamini se cōmisisse uidebātur cer/  
monijs dei martis desertis . Henricus igitur auidus cō/  
tra infideles belli gerendi exercitū parat cōtra Sarracenos  
& in propria persona regnū Mauroꝝ ingreditur pluri/  
mis Baronibus & regni nobilibus comitatus : fruges  
messes ac oliueta/necnō uineas/Granate & malice & loco  
rū adiacentiū deuastauit . Demū aliqua castra suę dictioni  
subiecit : Cuncta deniq; strenue & magnifice egit : quæ  
deuotissimum & religiosissimum Principem in augendo



fidem decet|qua igitur fide qua deuotione & industria  
catholici Principes bellū gerere debeāt cōtra infideles &  
an ad id teneātur & cōpelli possint per. Ro. Pontificem  
tangimus in libro cōmentū super bulla cruciate indicte  
per Sactissimū. do. Pium Papā .ii. Post prædicta Henr-  
ricus Hispalim rediit|duxitq; uxore dominā Iohānā filiā  
Eduardi Regis Portugalię: facto tamen primo diuortio  
apostolica auctoritate a domina Blanca filia Iohannis  
regis Aragonū cōsanguinea sua|quā prius duxerat uxore  
expleuit autē solēnia nupcialia dominus Archiepiscopus  
Turonē orator missus per dominū Carolū. vi. Regem  
Francię ad eundē regē Henricū. Deinde Henricus ex  
eadē Iohāna regina genuit inclitā filiā Elisabeth: quam  
cūcti regni status in primogenitā iurarūt simul & rece-  
perūt. Rursus Henricus cui animo fixū erat bellū cōtra  
Mauros: Itē maioribus copiis regnū Granate magna  
nobiliū comitū & Baronū copia munitus potēter aggre-  
ditur: Inter quos fuerūt nobiles & incliti uiri Iohānes de  
Guçman dux Metine: Iohānes Pacheco Marchio de  
Villena: Petrus Girō eius frater magister Calatrauę & re-  
dericus admirādus Enecus lupi de Mendoga Marchio  
& Comes strēnuis filiis suis sociatus: Aluarus de Stun-  
niga comes Placētus|Iohānes Pimentel Comes Bena-  
uenti|Fernādus Aluari de Toledo Comes de Alua. Io.  
manricq; Comes de Castanēda|Rodericus manricq; comes  
de Paredes|Gabriel manricq; Comes de Osorno nec de-  
fuerūt nobiles uiri Petrus de Velasco primogenitus Co-  
mitis de Haro necnō Fernādus de Velasco & Alfonsus  
etā de Velasco|freres germani eiusdē Comitit de Haro  
sciētia & moribus clari|& plurimū alii comites & Barōes  
quos nominare operosum esset. Manserūt interim regis  
& regni ordinatione gubernatores dominus Alfonsus  
Carrillo Archiepiscopus Toletanus & Petrus Fernandi

*elisabeth. impisit ferdinan-  
do regi aragonum. qui rex  
aragonum simul et portu-  
galie fuit. et regnum  
granate et  
hispanie ab athanacio  
xxxviij. apud vico  
xlvij.*

*habuerunt filiam iohannā  
unicam que successit in regno  
castelle et aragonum. et  
impisit philippo. qui exca-  
cepit duos filios. cum  
primo genitum qui  
successit in regnis et fuit  
romanus imperator in dy-  
stetia & moribus clari  
et ferdinandum. qui fuit  
et nunc est rex vngarie  
faciunt autem ab athanacio*

*xxxv. apud vico xlvij.*

*causam autem duxit uxorem elisabeth*

*filiam regis portugalię. natus fuit die sancti mathie .a. m. d. i. obiit die  
sancti mathie .a. m. d. lviij. fuit. ab athanacio lxxxviij. apud vico xlvij  
habuit plures filias. iohannā q. impisit maximiano filio ferdinandi patris sui  
et mariam q. impisit principi portugalię qui suscepto filio posthumo obiit statim  
habuit etiam eodem carolo filium philippum. qui viuo patre atq; volente. q. petente  
lxxxviii. apud vico xlvij. ab athanacio lxxxviij. apud vico xlvij.*

de Velasco Comes de Faro: uiri nobilitate sapiētia & oī  
uirtutum genere præstātes|qui singulari prudētia & mo-  
deratione creditū gubernationis officiū|cū sūma laude &  
cōmendatione expleuerūt. Henricus igitur tāta nobiliū  
societate munitus per totū regnū Granate libere trāsūt  
Sarraceni sese intra muros urbiū recipiētes multasq; cla-  
des & uastatiōes eis intulit ac nonnulla castra & loca sibi  
subiecit.

**Capitulum .xxxvii. de dissidio inter Iohannem  
regē Nauarre & Carolū filiū suū|cui Henricus  
fauebat|& quomodo Henricus regnū Nauarre  
potēter ingreditur & multa loca expugnauit.  
Deinde qualiter principatū Cathalonie .Io. regi  
Aragonū rebellantē|Henricus rex Castellę non  
acceptauit & de causis huius rei & quomodo rex  
Francie & idē Rex Henricus mutuo se uiderūt  
& de inutili effectu illius diete.**

**C**ETERVM exigentibus: populi Crīstiani culpis  
ac instigante humani generis hoste interceptum est  
bellū cōtra Mauros & quedā similtates domestice &  
belloy. noue opinionēs insurrexerūt: suborta siquidem  
fuit quedā intestina dissensio inter eos quos natura ipsa  
unā personā reputat|uidelicet inter Iohānē regē Arago-  
nū|& Carolū filiū suū Principē Nauarre: patre dicente  
dum uiueret: Nauarre regē intitulari ac libere gubernare  
debere|filio Carolo asserēte ex dispositione matris|pactus  
etā super ea re inītis|proprietatē & dominiū regni eiusq;  
administrationē post pubertatis annos ad eum spectare|  
Henricus uero rex Castellę|Carolo fauebat: tandē post  
plurima & uaria|que in ea re interuenerūt|Carolus apud  
Barchinonā uita fūctus est: Sed & paulo post soror eius



domina Blanca eandē uia uniuersę carnis ingressa est. Ex quo tempore aduēta est super regno Nauarrę discordia. Rex enī Henricus ex certis causis ius ad illud pręterdebat. Iohānes uero rex id ipsum ex filioꝝ successione asserbat: Comes etiā de Fuxo Iohānis Regis Nauarrę gener: filii sui nomine regnū tuebatur. Henricus tandē ualida manu Nauarrā in propria aggressus. Ex pugnauit nō paruā Nauare partē uidelicet Vianam los Archos Sanctū Vincenciū la guardia: Ierin & plura alia castra quoz aliqua nunc suę dittoni subdūt. Dum hęc agerētur Cathalani rebellāt cōtra Io. regē Aragonū elegerūtq; in regē & dominū eūdē Henricū Regē Castelle: cuius uexilla apud Barchinonā erexerūt: monetāq; suo nomine cuderūt eundē Henricū exorātes ut eos in subditos acceptaret gentesq; armatas ad de bellandū Iohāne Regē cōcederet. Ad quos Henricū dixisse fertur illud Alexandri ad Dariū aduersus magnas uires & magnos hostes nō aduersus calamitosos uelle pugnare. Ad eos rursus uerba agēs: bonū inquit Principē habetis auunculū meū quo sermone ut alter Spartanus quē Valerius cōmemorat principadi repulsam sumo honori ad equauit & propinquā sanguinis necessitudinē regnādi cupidini prętulit. Vex Henricus ipse cōspiciēs Cathalanos sibi deditos plurimū affligi a Iohāne rege Aragonū & gentibus Ludouici Regis France qui eūdē Io. coligatus & federatus erat eorūde Barchinonē & plurimoz Baronū regni Castellę assiduis pręcibus instigatus nōnullas gētes armoz ad tuitionē eoz in Cathaloniā trāsmisit pugnabatur itaq; per totā Cathaloniā: fiebātq; misere cędes depredationes & calamitosę clades. Tandē actum est ut pro his cōponēdis rebus pręfati illustrissimi reges Frācie & Castellę se simul uiderēt & mutuo loquerētur. Venit ergo rex France ad suā Baponēn ciuitatē. Henricus uero

cum maximo apparatu & fastu plurimis Baronibus & prelatis sociatus apud oppidū suū fontis rabide se cōtulit. In finibus itaq; utriusq; regni ambo Potētissimi Principes cōuenerūt: utinā sic animis sicut corporibus: & aliquādo inuicē sunt locuti. Fuit autē prima eoz cōfabulatio circa dimidiū aprilis huius pręsentis āni domini. M. cccc. lxxiii. Vex quia facile fuit suadere uolenti acquieuit Henricus ut Rex France arbitraretur in factis Cathalonię cuius arbitriū Henricus acceptauit. Ferunt tamen nōnulli dietā illā nō paucas dissidii occasiones inter eosdē Reges parturisse ut rex exitus cōprobauit: adeo ut qui pro unitate cōuenerāt diuisi discederēt & qui licet inuisi & incogniti unanimes accesserūt cogniti ulceratis tamen animis disiuncti sunt & qui aliis pacē cōponere uenerant: inter se dissidia seminarūt & dū alienas lites extinxerunt: suas suscitārūt & quanq; uex sit ut ait Cicero quia amicorū pręsentia cōiunctus & cōsilia amorē augēt plerūq; tamen ex ipsa magnoz Principū mutua contractone & cōfabulatione odia nascuntur pręsertim cum erga ea & propter illa adunātur quę adipisci uterq; nō potest ut enī pulchre Sappio dicebat cū de honore & gloria agitur infida est regū amicitia quippe inimicitias maximas inter amicissimos extitisse sepe cōperimus. Sed & ut idē Cicero subdit raro atq; perdifficile amicitia in illis cōseruatur qui in maximis honoribus & principatibus tumescūt. Hinc Plautus noctura asserit sepe inter potētes & glorię auidos similia colloquia: ait enī cōuentus debachatioes & cōiunctus nō quero ut amorē pariāt utinā nihil odioꝝ darent. subdit igitur quia tener ac mollis est Principū animus & ad querelas procliuior & uelut rosa uel liliū si negligētus tēgatur diutius perdurāt: si uero tenacius manibus cōtractatur cito liquecūt atq; marcescūt sic est de Principum amicitia. Verūtamen eorundem Regum summa

No. de minus fida amicitia  
inter principes & magnates



omnis p[er]finitia. & inquit  
in p[er]finitia multa m[od]o. c.

uirtute paulo post omnis dissidii causa sopita est & pristinam utriusque regni fraternitas renouata. Sed iam redeamus ad Regem Henricum & eius ingentem moderationem: quam enim ut diximus Cathalani & nonnulli Aragonenses ei subiiciuellerent: Nihilominus uertens animo excelsa merita quodam Fernandi regis Aragonum patris Iohannis sed & attendens quia magni animi est magna continere ipsam regnandi facultatem a cunctis mortalibus tantopere exoptatam. Ille summa & plusquam humana uirtute non admisit: quippe collata ipsam dulcissimam regnandi cupidinem singulari temperantia & incredibili moderatione correxit. non utique uirtuti & potentie sue diffidens: Sed quia preclarum magnificum & magni animi iudicium dicebat. regnandi auiditatem modum adhibere. Nam teste uno ex sapientibus. Eatauta est potentia: que uiribus suis frenum imponit. asserens illam laudatissimam fore potentiam. ipsam potentiam nonnunquam temperare: Addebat quia ultra humanitatis & uirtutis premia. illa maxima est potentia. nolle regnare cum posset: Sepe illud nostri Seneca recensens. quia nulla in Principe preclarior splendet uirtus. quam ipsa moderatio. que nil aliud est. quam cum summa prudentia. secundas res non statim. nec effuso gaudio apprehendere. Vertebat enim animo modestissimus Princeps. quam inuidiosa ne dixerim periculosa sit regnorum cumulatio: dicente redemptore per Prophetam. Ve uobis qui aggregatis agrum ad agrum. domum ad domum. usque ad terminos terre. nunquid soli uos estis in terra! Abimelech enim filius Gedeonis. ut sacre scripture testatur historia cum ad accumulanda regna aspirasset & per Anthiocos ex matre eum atuentes id iure posse impelleretur: tamen ea regnandi ambitio infelicem ei exitum prebuit. de quo sapiens dicere uisus est. eleuatus ad modicum & non subsistet: Quare Henricus oblatam regnandi

promptitudinem cohercuit. Imitatus Publicolam Valerium sempiterna laude & commendatione dignum. qui cum cerneret Imperii insignia populi uoce ad se translata inuidiosum tanti principatus fastigium ingenti moderatione despexit. Imitatus rursus Cæsarem Tiberium qui plurimos sibi delatos summos honores recusauit coronamque deposuit. Imitatus denique Diuum Vespasianum qui cum apud Ierosolimam obsidiones seruaret ad imperium post Galbam & Neronem occisos eleuatus est. qui adeo restitit. quousque gladijs uibrantibus atque minantibus compulsus est id inuitus assequi. quod libens respuerat. in qua re ut aiunt magis periculo cessit quam uoluntarius accessit: Recolebat quidem Henricus oportere eum offendere quem natura impellebat defendere: fratrem siquidem matris a regno expellendum cogitabat: quo nil scelestius nihilque inhumanius putabat Imitatus Africanum Scipionem qui oblatum ei a Senatu regnum. supplex rogauit ne ea prouincie fors fratri suo eriperetur ut ad eum transiret: laudamus superiorem Africanum quem tantum laboris habuerit. in honoribus principatibus recusandis quantum egerat in merendis. Illi tamen Henricum anteponamus qui recusauit regna oblata cum mereretur accepta: quo effectum est ut quanto in ea re fuerit moderator tanto euasit gloria superior: Verum de Regum & Principum moderatione & temperantia ac reprimenda libidine diximus latius in predicto libro speculi uite humane & in libro de remedijs afflictę ecclesie militantis & in tractatu de confutatione secte & superstitionis & illius erroribus.

Capitulum xxxviii. qualiter tempore huius Henrici. iiii. famosa oppida de Gibraltar & archidona & plura alia loca recuperata sunt Mauris



expulsis & de uirtutibus huius Henrici & piis  
eius operibus. presertim qualiter fuit magnificus  
& liberalis. Demum agitur qualis liberalitas est  
laudanda & qualis improbanda in principibus.

**T**EMPORE huius Henrici .iiii. sua uigilantia  
& prope singulari prouidentia inter cetera castra  
& oppida que a Sarracenis euicerat & sue dittoni subiecit  
famosum oppidum de Gibraltar cum arce inexpugna-  
bili lucro fidei catholice cessit: Maurisque expulsis cristi-  
anis populauit quos plurimis beneficis & priuilegiis  
donauit: in cuius obsidione & felice recuperatione in-  
clitus Iohannes de Guzman dux Metine strenue atque  
precipue militauit. tantoque auidius quanto tenacius ani-  
mo gerebat. genitorem suum in eiusdem oppidi obsi-  
dione uita fuisse priuatum. Rursus eiusdem Henrici  
temporibus castrum de Estipona prope Malicam non  
sine graui discrimine & periculo clarissimi uiri Iohannis  
Pacheco Marchionis de Villena & suorum e manibus  
Arabum ereptum est. Deinde oppidum de Archido-  
na post longam obsidionem plurimis Arabibus cessis  
strenue cum precipua laude obtinuit nobilis Petrus Gi-  
ron magister de Calatraua: Hic Henricus maximos  
thesauros congregauit. licet longe minores quam patris tem-  
pore talias & tributa subditis imponeret. sed quid hec  
huius Principis laudes tacere cogor ne familiaritas nec  
non ingens ad eundem Principem deuotio fides & ob-  
sequendi desiderium suspitionem ingerat. Adde quia  
sapientis est consilium. ante mortem ne laudes quenquam  
sed laudandus est quis post labores magnificandus post  
consumationem. Nam scriptum est Septies in die cadit  
iustus & resurget. & rursus nescit homo an odio uel  
gratia dignus sit. que res agit ut non sine timore ac

tremore laudetur qui tot ruinis proximus est: ut latus  
retigimus in capitulo .v. huius quartę partis. Verum  
quia ut ait Plato in re publica bene instituta Principes  
alendi sunt laudibus. & iuxta Poetam crescit laudata  
uirtus. sed & Salomon in prouerbiis ait: Vir fidelis  
multum laudabitur. & iterum qui graditur sapienter  
ipse laudabitur: non indigne ut putamus Princeps uir-  
tute preditus laudandus est ut sese uirtutibus alat & sus-  
tentet. ut si a uia ueritatis & uirtutis corruat. sciat tam-  
tute ob gesta obscura posse deturpari quam ob clara laudari  
ibi que molestus accedet uituperator ubi gratus accessit lau-  
dator. Ne tamen penitus tacendo ueritatem offendam  
pauca ex multis breui disseram: In primis hic excellen-  
tissimus Rex: ut optimum decet Principem litteris in-  
structus est. diuinisque officiis plurimum delectatur. ec-  
clesiasticum statum ac religiosorum ordines diligit ueneratur  
& colit: ecclesias: monasteria & pia loca construit & ha-  
bundanter dotat: Inter cetera monasterium de Mira-  
flores prope ciuitatem Burgensem Cartusien ordinis. in quo  
Iohannes pater sepulturam elegit mirifice construxit: &  
habundanter dotauit. Taceo miram structuram a primo  
lapide deuotissimorum cenobiorum del Partal & reliquam  
sancti Antonii prope Segobiam & aliud sancti Ieronimi  
prope Maiortum: plurimis denique aliis monasteriis &  
piis locis regnorum suorum. non paruos redditus per-  
petuos contulit. Denique magnus est hedificator regaliu  
edium castrorum & arcium in diuersis regni partibus in  
quibus noua construxit edificia. uel uetera restaurat. nec  
puduit in eis magnum fuisse thesaurum. liberalis denique  
admodum est. multos publice priuatimque ditans & ho-  
noribus augens. quos uel mediocri familiaritate cognouit  
Testes sunt non pauci quos plurimum exaltauit: Semper  
illud ore gerit a sapientibus dictum: nullam maiorem



Principis esse felicitatem. q̄ multos fecisse felices : Quę una res & si multorum inuidiam habere potuit. gloria tamen carere non potuit. fatemur tamen non fore commendandum Principem. qui patrimonium regni incōsulte largitur. p̄sertim ubi nulla impellit necessitas. nec reipublice suadet utilitas : Nam ut inquit Cicero. quid tam leuius q̄ id agere quod diutius agere non possis : Vnde subdit non est commendanda effusa largitas. si quod alteri largiris. alteri extorqueas illi dare isti nocere Adde quia iuxta sapientum sententiam qui ultra modū fundit. quę sunt rei publice cito ueniet ad litora paupertatis. quinimo ei assimilatur. qui hostibus contra se dat uictoriam : ut enim pulchre Philippus dicebat ad Alexandrum & Cicero refert. quid tibi ista profusa largitas confert. per quam Macedones non te Regem suum sed ministrum & p̄bitorem putent. quod sordidum esse Regi non ambigis. & subdit largitiones immoderatas. rapine extorsionesq̄ sequuntur. Cum enim in dando egere ceperis. alienis bonis manus cogaris inferre : non ergo putes laudabile nec magnificum ut beniuolentię comparande gratia. prodigus existas : Non enim tantum amoris assequeris eorum quibus dederis. quantū illorum odia quibus ademeris. Ea de re Principibus non est ita claudenda res familiaris. ut eam benignitas aperire non possit. tunc enim laudata est liberalitas. cum pro dignitate & uirtute cuiq̄ tribuitur quod est fundamentū iusticię : quia teste Cicerone nihil est liberale si non sit iustum : Donent ergo Principes ratione & honestate preuia. atq̄ imprimis ita largiantur ut nec aliis nec sibi noceant. nec enim liberales aut magnifici sunt. qui cupiditate glorię aliis eripiunt. quod aliis largiuntur : nedum quosdam ymmo multos ledunt ut in paucos profusi existant : Tanta ergo sit in principe

liberalitas. quę teste Didimo ad Alexandrū. in largientis incommoda non redundet : Sed & tanta existat ut nescia sit pati dispendium. Ne paulo post idem sit egens qui fuit largiens : ridetq̄ qui accepit. Rigeat qui donauit. sed ea moderatione pensentur beneficia ut quod transfunditur non minuat. sed augeat donantis maiestatem. ut in fasce ex qua quanto plura succendis tanto magis facultatem recipit plus lucendi.

Capitulum. xxxviii. de strenuitate huius Henrici. iiii. & de eius humanitate pietate & mansuetudine & de ceteris illius uirtutibus p̄sertim de rēperātia & sobrietate & quomodo fugiebat ornatū regiū & queuis molia delicamenta. Deinde quomodo plurimos nobiles exaltauit. Rursum qualiter delectabatur uenationibus & de incommodis huius exercitiū si nemiū frequetatur.

**H**ENRICVS igitur nequaq̄ hiis uirtutibus contentus animosus est atq̄ strenuus. in bellicis deniq̄ exercitiis plurimum tritus & fortunatus. in congressibus ac bellicis periculis primus : Imitatus alterum ex Cęsaribus de quo annalia ferunt. nunq̄ militibus dixisse ite. sed uenite : Rursum bellicorum laborum patientissimus est & longissimas uias sepe incredibili celeritate confecit : armorum & equitandi peritissimis. sepe inclinantem aciem solus restituit. obsistens fugientibus singulos nedum retinens : sed in hostes conuertēs : Deinde humanus mansuetus ac humilis longe plusq̄ temporis malicia exigit. Deniq̄ clementissimus ac seuię detestator. Errori facile ueniā dat : Pius quoq̄ & plurimum miseris compatiens. nam ut alter Adrianus imperator. seruitores etiam paruę conditionis infimos



sepe uisitabat . atq; de sua mensa cibos ministrabat :  
medicis prouidebat oia deniq; pietatis officia ad cuiusq;  
optimi priuati hominis officium pertinentia agit . obli-  
tus regii fastigii : Imitatus deniq; Antonium pium im-  
peratorem de quo ait Iulius Capitolinus . qui cum mi-  
litem secum educatū egrotū sepe uisitasset . atq; uilia ob-  
sequia sed pia prestasset . & propterea multis displicuisset  
quasi Regi hoc non decuisset . ille ridens ait . quia nec  
dignitas nec imperium tollit affectus : nec pietatis opera  
dignitatis fastigio derogant . sed & ultra pietatis opera  
tantę est mansuetudinis . atq; tam placide est lenitatis .  
ut quos maiestatis quoq; contra se reos conspexerit . non  
facile punit & aduersus se insurgentes diuino quodam  
animo dimittit . in eadem familiaritate quam ante ha-  
buerit . & ut paucis agamus . cunctis benignus & cō-  
munis est : adeo ut quemadmodum de Traiano legitur  
non pauci nec parue auctoritatis uiri eum quia cōmunis  
plurimum foret sepe inculpabant dicentes illud Valeri  
maximi . Reges suis subditis familiarissimos ac com-  
munes esse non oportere . quia quicquid in excello fasti-  
gio positum est ut sit uenerabilius humili & familiari  
consuetudine uacuum esse conuenit . Ad quę Henricus  
respondit . talem debere esse Principem priuatis . quales  
esse sibi Principes priuatis optasset : Nec putabat hu-  
manitate . ipsam quoq; regiam dignitatem perdi . sed  
augeri : illis non assentiens qui credunt auctoritatem  
Principis emoliri . si familiarem se suis reddit . cum per  
eam modestam quidem subditis carior fit : Ceterū cum  
sepe a multis lepide argueretur qd non regio sed cōmuni  
uteretur habitu . respondit quia regalis dignitatis . alius  
debet esse testis q̄ purpurea aut preciosa uestis : addens  
quia satis turpe uidebatur Principi non rex aut uirtutis  
excellencia . sed solo habitu . uelle a priuatis differre .

notat

Rursus Henricus omnibus equus . ad iram tardus ad  
misericordiam pronus : Vane glorię contemptor rarus  
in sermone . & loquendo patiens auditor . nullius im-  
prudenciam despicit . prudentiam in quouis homine .  
etiam humilis conditionis plurimum commendat : Hic  
Henricus suos secumq; connutritos uehementer dilexit  
sed inter ceteros dum puerilibus & teneris annis ageret  
duos secū nutriuit nobiles iuuenes de antiqua & clara  
familia ortos . Videlicet Iohannem Pacheco & Petrum  
Giron . quos suis uirtutibus carissimos habuit . natura-  
liter enim ut inquit Aristoteles : Nobiscum connutritos  
& conuersatos diligimus nostra eis cōmunicantes : illos  
itaq; plurimum sublimauit . Nam alteri marchionatum  
de Villena . deinde magistratum sancti Iacobi de Spata  
alteri magistratū de Calatraua conferri obtinuit ac plura  
alia dominia contulit : Nec predictis regia liberalitas &  
munificentia contenta est . sed & plurimos alios nobiles  
ut uirtuti deditos uiros exaltauit . inter quos plurimum  
dilexit Michaelē Lucas & Beltrandum de la Cueva  
hunc ducem de Alburquerque alterum comestabilem cre-  
auit : Imitatus magnū Alexandrę : qui ut ait Iosephus :  
& apud Machabeos legimus . licet uxorem pregnantē  
& cognatos reliqueret . eos tamē nobiles qui secū nutriti  
fuerant in iuuetute sua . intantum dilexit ut eos ad huc  
uiuens plurimum exaltauerit : quibus & regna diuisit  
Sed & Augustum imitatus . de quo aiunt annalia . quia  
suos tantum dilexit . ut eos tam magnificis euexerit ho-  
noribus ut pene suo equaret fastigio . Deniq; hic Hen-  
ricus elegit sibi consiliarios excellentes uiros in utroq;  
statu . Inter ecclesiasticos dilexit . plurimum etiā anteq;  
esset assumptus . D. Alonsum de Fonseca . primo Epil-  
copum Abulē . demum archiepiscopum Hispalē . D. *postea Isletanum*  
Ludouicum de Acūna Episcopum Burgē & successiue



regnum adeptus acceptum habuit. D. Petrum Gun-  
disalui de Mendoga Episcopum Calagurritan. postea  
Saguntin. uiros eximie nobilitatis doctrine & prudentie  
& plurimos alios nobiles prestantes uiros. Rursus ut  
ceteras Henrici uirtutes omittamus. temperatus admodum  
& sobrius est. blandimentorum & balneorum insecus  
eos plurimum deridens qui capillorum tantam curam  
gerunt ut pigmentis & assiduis lotionibus licet non sine  
capitis discrimine tam crebro terguntur. quousque flauos  
crines aut calamistratos conficiant: & quos natura nigros  
effectit arte aureos reddere conantur: Damnans Aurelii  
comodi imperatoris clementiam qui ut ait Iulius Capi-  
tolinus tam diligens ut capillos coloris aurei faceret.  
fuisse fertur. ut capiti aurum respergeret. quo magis co-  
ma illuminata flauesceret: sed nec minus uituperat co-  
modum Antoninum etiam imperatorem. qui eodem Iulio  
teste septies & octies caput in die lauabat atque in ipsis  
balneis edebat. quibus delicamentis nihil corporibus  
humanis funestius atque crudelius esse potest: ueluti que  
corpus debilitant: animosque effeminant atque ad res bel-  
licas imbecilles & fragiles homines reddunt. Nam ut  
pulchre Seneca ait quia blandimentis balneorum ceterisque  
corporis delicamentis permademus: cuncta dura & diffi-  
cilia iudicamus. agunt enim ut quod non diu possumus  
breui frui desinamus: Demum in sobrietate ciborum &  
potus Henricus tanta parsimonia utitur: ut imitetur  
Augustum Cæsarem. qui uulgarem panem & caseum  
bubalinum manu pressum & cetera lactinia appetebat:  
uini potum Henricus abhorret: Memor quia dei uoce  
uini usus Regibus prohibetur: eo dicente O Samuel  
noli uinum dare Regibus ne forte obliuiscatur iudiciorum  
dei. Idque agit non repugnante natura. sed suadente uir-  
tute: Interrogatus sepe cur uino non uteretur cum posset

Postea <sup>sem</sup> Isletary

nota circa moderantiam  
cibi et potus

ait nihil pulchrius suauiusque in homine quam illud summere  
quod delectat: imitatus Romulum uini parassimum qui  
cum in conuiuio parum biberet. ei amici dicerent o Romule  
Si omnes sic biberent uilius esset uinum. Imo inquit ca-  
rius. si quantum & quale quis uellet biberet. Aiunt  
denique eundem Henricum facetum. sed eterna comen-  
datione dignum dixisse uerbum. Cum enim in ualle  
Granate ubi intesi sunt calores in eius exercitu uinum defu-  
ceret. querela ad eum delata. satis inquit a nobis prouisum  
est de optimis aquis ne homines sciant. Simile Augusti  
dixisse legimus: Rursus Henricus post bellica ex-  
ercitia armoniis ac concentibus musicalibus admodum  
delectatur. uenationi plurimum deditus. cuius exercitio  
& pro eius incolumitate ac sue rei publice utilitate utina  
parcus insudaret. Nam ut ait ethicus id unumquemque  
debet maxime quod est cuiusque maxime. non enim ad  
siluas aut percurandas aut incolendas. sed urbes uisendas  
atque regendas Princeps assumitur. quia ut de Esau Po-  
licratus ait ad res politicas uix conuersabilis esse potest  
actu: qui siluestris est in collatu. Fateor non semper ue-  
natio in culpa est. Plerumque enim otii inertiam fugiunt  
qui laboribus membra assuescunt. quare ipsa uenatio ex  
persona loco & tempore pensanda est. illa profecto in  
Rege laudanda atque lustranda est uenatio. non que aprum  
calidoneum ut meleager aut apum taurum ut Cambises  
aut ceruas ut Euripides uenabulo percutit. sed que ut  
alter Augustus uastatores & hominum oppressores uena-  
tur atque insequitur. Refert enim Polibius Traianum  
Augustum dicere solitum illam congruam principibus  
uenationem non bestiis aut feras certamen sed hominibus  
terrorem indicere nec cum innocuis animantibus dimi-  
care sed cum nocentibus & scelestis hominibus colligere  
illa enim siluas ornant. hii regna & urbes depopulant



Illa fruges uastant. hii uitam moresq; hominũ dissoluũt  
preclare igitur Themistodem dixisse Policratus ait a fre-  
quentibus uenationibus & leuioribus ludis Principes  
fore arcendos. ne res publica ludere uideatur detrimen-  
tumq; relicta grauitate patiatur.

**C**apitulum . xxx . de hiiis que acciderunt in  
ecclesia tempore huius Henrici & de Romanis  
Pontificibus qui eo regnante preſuerunt / presertim  
de Calixto . Pio ac Paulo . ii . & de eorũ laudibus  
preclarisq; gestis & de opusculis auctoris hanc his-  
toriam compilantis sub eisdem Pontificibus &  
eorum iussu editis . Tandẽ agitur de Frederico  
iii . imperatore & de duplici eius aduentu ad  
urbem Romanam .

**P**OSTREMO adducenda sunt breui stilo : que  
huius Henrici . iiii . Regis Castellę & legionis  
temporibus in ecclesia dei & in imperio acciderunt &  
de Romanis Pontificibus . qui tunc ecclesię Romanę  
preſuerunt . Eiusdem igitur Henrici tempore obiit Ni-  
colaus Papa . v . & successit Calixtus . iii . natione Hispa-  
nus de regno Valentię . Hic Pontifex genere nobilis de  
domo dicta de Boria . doctissimus iurista fuit feruidus  
admodum in expeditione contra Turcum & plurima  
compleuisset si dies non defecissent : Sedit autem quatuor  
fere annis : eo itaq; in bona senectute uita functo / assup-  
tus est Pius . ii . die . xxx . mensis augusti anno domini  
M . cccc . lviii . hic Pontifex natione Senensis natus in  
oppido Corsignano . Quod paulo post idem Pontifex  
cuius titulo iustrauit & Pientiam a Pio nomine suo  
appellari iussit . ubi ecclesiam cathedralem erexit : con-  
struxit atq; dotauit : palaciumq; insigne atq; superbum

edificauit : Fuit hic Pontifex orator disertissimus & in  
aula Alberti demũ Frederici . iii . imperatoris moderni nu-  
tritus atq; acceptus : tandem Cardinalis effectus est &  
parum post ad summum Pontificatum assumptus : huic  
Pontifici Henrici Castellę regis predicti iussu & regnoꝝ  
suorum nomine : Ego ipse tunc Episcopus Oueten purã  
debitam ac solitam reuerentiam & obedientiam preſtitit :  
Hic Pontifex dum esset in Papatu inter ingentem nego-  
riorum molem studio aliqua orula uaccabat : historiãq;  
refertissimam & aliqua opuscula preclare ingentiq; ele-  
gantia descripsit : eaq; mihi suo referendario anteq; edita  
foret comunicare dignatus est : Rursus fuit Pontifex ipse  
gelatissimus belli & expeditionis contra perfidos Turcos  
& aduersus eorundem impietatem generalẽ & famosam  
indixit cruciatam & passagium cui se debilem uiribus  
sed animo fortem personaliter exhibuit : Verum peccatis  
cristiani populi sed & ignauia atq; dissidia infeliciter res  
acte sunt : Nam cum apud Anthonam urbẽ maritimã  
transfretandi animo moram traheret . expectans adue-  
tum quorundam Principum & magnatũ qui personaliter  
uenire aut preſidia ferre polliciti erant : conspiciens nullã  
superesse spem de illorum aduentu atq; succursu : Con-  
sternatus animo & agrauato morbo corporali / ex huius-  
modi mestis animi accidentibus : tandem ut deo placuit  
spiritum exalauit : me tunc in eadem ciuitate manente &  
ad transfretandum cum eodem Pontifice parato : Obiit  
aut . xiiii . die augusti anno Cristi incarnationis . M .  
cccc . lxxiii . preſuit annis . vi . Illico itaq; domini Cardi-  
nales cum tota curia Romam se cõferunt super electione  
futuri Pontificis : qui conclaue ingredientes . Sic dispo-  
nente diuina clementia unanimiter & concorditer per uia  
spiritus sancti elegerunt Sanctissimũ . D.N . dominum  
Paulum secundum natione Venetum . qui nunc feliciter



deo auctore præsidet. hic Pontifex genere nobilis atq̃  
patricius. sed uita & moribus illustrior. nepos quidem  
fuit beate memorię Eugenii Pape. iiii. & ita ex una no-  
bili gloriosaq̃ domo duplex pontificatus egressa est dig-  
nitas & dum in illo meror uniuersos tenuit q̃ raptus sit  
in isto gaudium successit. q̃ assumptus est. quo fit ut  
utriusq̃ Pontificis laudum. gloria uniuersa populorum  
ora cõpleat. Est igitur huic Pontifici uirtus animi ingēs  
sed & forma corporis uenustissima. illa prestat ut eum  
opporteret Pontificem maximum fieri: hæc ut deceret in  
principio pontificatus sui Romanam curiam omni si-  
monię & extortionis labe seuerissime purgauit: cunctosq̃  
officiales ac curiales reformauit: domumq̃ habitumun-  
dissimis atq̃ honestissimis uiris refertam: Ceterum cõtra  
perfidios Turcos Vngarię regi ac pluribus Principibus  
& communitatibus assidua nec parua præsidia elargitur  
In ecclesię uero gubernatione nedum fortunatissimus est  
sed summa experientia prudentia & uirtute præstantissi-  
mus: deniq̃ clementissimus & omnium indulgētissimus  
ad pacē deniq̃ pronus: Nam italiam dissidiis plurimis  
incensam: summa cum industria bis pacauit: Demū  
quibusdam tyrannis a terris ecclesię expulsis non paucas  
nec paruas urbes & terras ditioni ecclesię Romane ad-  
iecit: Hic felicissimus Pontifex qua die apicem summi  
Pontificatus assumpsit. de sacri collegii assensu non sine  
singulari confidentia me indignum sed fidum præfectū  
Castellanum castri sancti angeli de urbe instituit. quippe  
qui localia & ecclesię Romanę thesauros fidei meę cõ-  
misit: deinde pro sua animi nobilitate & munificētissima  
liberalitate meipsum indignum primo ad camorēn eccle-  
siam: deinde ad Calagurritanam. tandem ad Palenti-  
nam transtulit: Verū cum iussu suę Sanctitatis pluribus  
annis Castri præfati sancti angeli curā & administrationē

gererem: ubi satis octi supererat de eiusdem suę Beatitudi-  
nis mandato ad gloriam omnipotentis dei & ecclesię  
dei exaltationem & decorem ac ueritatis dilucidationem  
nonnulla opuscula inculto rudiq̃ eloquio edidi. Primo  
librum magni uoluminis dictum defensorium status  
ecclesiastici cõtra querulos emulos & detractores Prælato-  
rum & clericorum diuisum in decem tractatus: Item  
librum de paupertate Cris̃ti & apostolorum & an Cris̃-  
tus & apostoli mendicarunt & quo sensu dici potest eos  
mendicasse. Ibi deniq̃ deducitur Prælatos & clericos  
modernos non deuiare a uita apostolica. licet obtineant  
propria: possessiones: & prebendas distinctas & q̃q̃ se-  
gregatim in domibus propriis habitent. nihilominus  
eos uitam communem a sanctis patribus institutam  
ducere censendos fore: Rursus iussu eiusdem Pontificis  
edidi librum. Vbi agitur an sine peccato fideles licite fu-  
giant a locis. ubi seuit pestis: Item librum de monar-  
chia orbis in quo ostenditur apud Romanū Pontificem  
residere ueram orbis monarchiam: Demum in eodem  
libro in secunda parte deducitur: Reges Hispanię &  
Francię non fore Imperatori subditos: Agitur etiam per  
quē quādo & quomodo Reges delinquētes puniri possūt:  
Item librum defensorium istius libri monarchię contra  
quosdam detractores super eisdem & aliis utilibus ma-  
teris: Item librum apparatus siue commentū super bulla  
cruciate indictę per Papam Pium contra perfidos Tur-  
cos: Item librum super commento bullę depositionis  
Regis Bohemię per Sanctissimum dominum Paulum  
secundum publicate: Item librum de remediis afflictę  
ecclesię militantis: in quo adhibentur remedia contra  
omnes persecutiones quas ecclesia ab exteris & domesti-  
cis patitur. Item librum dictum speculum uitę humanę  
de prosperis & aduersis dulcibus & amaris omnium



statuum uitę mortalis . tam in statu spiritali q̄ temporali  
Item librum de regno diuidendo & quando primoge-  
natura sit licita : Item librum de pace & bello & de neces-  
sitate & utilitate bellorum : Item librum de eruditione  
puerorum : Item librum confutatorium sectę & supersti-  
tionis machometi & quorundam errorum contentorum  
in quibusdam epistolis per quendam eloquentem ora-  
torem missis perfido Turco : Item librum dialogi de  
auctoritate Romani Pontificis & generalium concilio-  
rum & de pena subtrahentium obedientiam a sede apos-  
tolica & de remediis scismatum : Item plurimos alios  
tractatus & epistolas . quę siquidem opuscula eidem  
Sanctissimo Pontifici pro maiore parte dedicata sunt :  
& sub illius glorioso & eterno nomine potius q̄ studio  
& ingenio meo conquiescunt : Nec me solum sed ut alter  
Esdras uel Rex Ptolomeus : plures doctissimos & stu-  
diosos uiros ad scribendum inuitat quippe allicit atq̄  
remunerat : Sed de huius Pontificis gloriosis gestis lau-  
dibus & preconiis : alibi dicimus : huius itaq̄ Pontificis  
ac Regis Henrici preſati tempore sedit in imperio Fre-  
dericus . iii . Austrię dux : hic ante susceptum imperi-  
um Ierosolimam deuote uisitauit Alberto fratre & co-  
mitibus Cilię sociatus : Adeptus autem imperium cum  
germanos quadam neutralitate quę potius subtractio  
obediętię uidebatur frui cōspiceret : & diuisam ecclesiam  
reperisset . conuenticulū apud Basileā congregatū abire  
iussit : Vnde secuta est totaliter desiderata unio eccle-  
się : cum Vngaris aliquo tempore bellauit : & aliqua  
castella obtinuit sed & non parua ab eis damna conse-  
quutus est . uxorem duxit sororem Regis Portugalię  
nomine Leonoram sanguine & moribus inclitam : Hic  
ut diximus Romam uenit & diadema a Nicolao . v .  
suscepit . Deinde uisitauit Alfonso regem Aragonum

& Sicilię uxoris auunculum a quo honorifice apud Ne-  
apolim receptus : tandem Alemaniam feliciter rediit :  
Demum anno domini . M . cccc . lxxix . deuotionis &  
peregrinationis gratia Romam & apostolorum sacra li-  
mina uisitauit qui ab eodem Sanctissimo Paulo . ii . summo  
Pontifice solēnissime receptus est : Illūq̄ in suo apostoli-  
co palatio humanissime & curialissime locauit : & quādiu  
Romę fuit sibi & gentibus suis lautissime expensas mi-  
nistrauit : & in recessu spiritalibus & temporalibus mu-  
neribus eum magnifice donauit : Agimus iam huius  
historię finem sub eodem Henrico . iiii . Verum quia  
septies in die cadit homo : Exorandus est altissimus per  
quem Reges regnant ut hunc Henricum . iiii . custodiat  
protegat & defendat . ut quę feliciter incepit feliciter  
expleat . illiq̄ intellectum uires & conatum tribuat . qua-  
tenus se & subditos in uiā pacis & salutis eterne dirigat  
eo prestante . Qui est benedictus in secula amen .

De mandato . R . P . D . Roderici Episcopi  
Palentini auctoris huius libri . Ego Vdalri-  
cus Gallus sine calamo aut pennis eundem  
librum impressi .

*Segun Nicolás Antonio en la Biblioteca de Vetus,  
biografía del autor, esta edición es de Roma,  
segun parece, año de 1470.*



Incipit tabula materiarum & rererum contentarū in hac historia Hispanica in qua non solum de situ & ubertate eiusdem prouincie ac inicio principatus necnon regum successione & claris successibus agitur. sed de priscorum romanorum : grecorum & aliorum antiquorum clarissimis gestis dictis & documentis ad cuiuslibet mortalis instructionem.

Incipiunt Capitula & materie : prime partis historie hispanice.

Capitulum primum de laudibus & preconiiis prouincie & terre hispanie quo ad aeris & patrie salubritatem.

Capitulum secundum de Hispanie laudibus quo ad terre feracitatem & aliarum rerum ubertatem que naturales efficiunt diuitias.

Capitulum tertium de Hispanie preconiiis quo ad aurum argentum & aliorum metallorum ceterarumque rerum copiam que industriales opes comparant.

Capitulum quartum de Hispanie laudibus quo ad gentis religionem : fidem : amicitiam : humanitatem : strenuitatem & ceteras uirtutes.

Capitulum Quintum de Hispanie situ & descriptione respectu ceterorum climatum & regionum orbis.

Capitulum Sextum de eiusdem Hispanie situ & descriptione respectu particularum prouinciarum in ea sitarum seu diuersorum regnorum in ea creatorum.

Capitulum .vii. de iniciis antiqui principatus & monarchie Hispanie quanto tempore per unum regem aut per plures Hispania fuit gubernata.

Capitulum .viii. de ingressu regum Gothorum in Hispania & quomodo Vandalos & alias gentes ab Hispania expulerunt & de preclaris uirtutibus & gestis gentis Gothorum & de laudibus eorum.



- Capitulum .ix. de origine gentis Gothorum & illorum principatu . & de illorum clavis gestis .
- Capitulum .x. de origine Vandalorum & Hugnorum & de illorum principatu & clavis gestis .
- Capitulum .xi. de origine regnorum & regum Hispanie post miseram eius cladem & a quo tempore & quomodo diuersa regna in eadem Hispania erecta sunt & de ortu & initio uniuscuiusque regni & a quo incepit . & primo de origine regni & regum Legionis & Castelle .
- Capitulum .xii. de origine regni & regum Nauarre & quomodo & a quo inceperunt .
- Capitulum .xiii. de origine regni & regum Aragonie Valentie & Cathalonie & a quibus & quomodo initium habuerunt & de unione eorum .
- Capitulum .xiiii. de ortu & initio regni & regum Portugalie & quando & quomodo & a quibus inceperunt .
- Capitulum .xv. de ortu & initio regni & regum Granate . & quando & quomodo inceperunt .
- Capitulum .xvi. quomodo omnes reges regnorum Hispanie ducunt originem ex trunco & stirpe regum Castelle & Legionis .
- Capitulum .xvii. quomodo in regno quod hodie appellatur Castelle & Legionis residet titulus & nominatio regum Hispanie .

Incipit Secunda pars in qua adducuntur successiones & successus regum Gothorum qui regnarunt in Hispania usque ad irruptionem eius & iterum usque ad Pelagium & de his que eorum temporibus occurrerunt .

Capitula & materie Secunde partis .

De Athanarico primo rege Gothorum & quomodo

- Honorius Imperator concessit Galias & Hispanias ut eum ab Italia pelleret & de sedente in cathedra Petri & in imperio
- De Alarico .ii. rege Gothorum & quomodo Romam cepit atque vastauit prohibens ne ecclesiam inuaderent : & de eius deuotione .
- De Athanarico .iii. rege Gothorum qui primus ex gente Gothica Hispanias arcessiuit & quomodo Vandalos persequitur & de sedentibus in Romana cathedra & imperio
- De Sigerico .iiii. rege Gothorum .
- De Vualia .v. rege Gothorum & quomodo Africam afflixit & obsedit yponam sub quo beatus Augustinus feliciter obiit .
- De Tederedo .vi. rege Gothorum & quomodo ab Athilla rege Hugnorum fuit interfectus in famoso bello circa campos Cathalnicos & tandem quomodo Athilla fuit uictus & fugatus & de morte eius .
- De Turismundo .vii. rege Gothorum in Hispania regnante .
- De Theoderico .viii. rege Gothorum in Hispania regnante & quomodo apud Astoricam in Hispania prostrauit Rethiarum regem sueuorum & quomodo iste Theodericus effectualiter primus inter Gothos in Hispania regnauit & de sedentibus Rome & in imperio .
- De Henrico .ix. rege Gothorum qui primus leges Gothicas scriptis redegit .
- De Alarico .ii. decimo rege Gothorum in Hispania regnante & quomodo fuit uictus a quodam principe Galliarum apud Pictauim & de sedentibus Rome & in imperio
- De Geselario .xi. rege Gothorum in Hispania regnante .
- De Theodorico .xii. rege Gothorum in Hispania regnante durante puericia Amalarici nepotis sui cui postea regnum Hispanie restituit : & quomodo fuit Arrianus & regnauit simul in Italia & Hispania & Boetium senatorem iussit interfici & de sedentibus in cathedra Petri & imperio .



- De Amalario .xiii.** rege Gothorum in Hispania regnante & quomodo occiditur a Giliberto rege Francorum & de sedentibus Rome & in imperio .
- De Theudio .xiiii.** rege Gothorum in Hispania regnante & quomodo fuit ingratus Amalafenti consanguinee sue quam interfici iussit & quomodo Iustinianus imperator per Belisarium eius mortem uindicauit .
- De Theudifela .xv.** rege Gothorum in Hispania regnante & quomodo fuit nequissimus & apud Hispalim suorum cōiuratione occiditur & de pulchris uerbis ad eius uxorem prolatis .
- De Agilla .xvi.** rege Gothorum in Hispania regnante & quomodo fuit extinctus in bello apud Cordubā propter irreuerentiam ad sacra templa & de sedentibus Rome & in imperio .
- De Athenagildo .xvii.** rege Gothorum in Hispania regnante & de prodigiis suo tempore occurrentibus & de causa eorum & de sedentibus Rome & in imperio .
- De Linba .xviii.** rege Gothorum in Hispania regnante & quomodo fratrem suum consortem fecit in regno .
- De Leonogildo .xix.** rege Gothorum in Hispania regnante & quomodo suis uictoriis regnum ampliauit cuius tempore regnum sueuorum deletum est & quomodo Romanos prostrauit apud Legionem quā sic appellauit ex suo nomine & cum esset heresi Arriana resperfus filium suū Hermegildum cristi martirem fecit & de eius filii in fide cristi constancia & de sedentibus Rome & in imperio .
- De Recaredo cristianissimo .xx.** rege Gothorum in Hispania regnante & quomodo suo tempore floruerunt gloriosi doctores Leander : ysidorus & Fulgentius quorum sapientia & fide heresis Arriana in concilio Tolletano extirpata est assistente eodem Recaredo : & de ingenti uictoria eius cōtra Gallos & de sedentibus Rome & in imperio .

- De Luiba .xxi.** rege Gothorum in Hispania regnante .
- De Viterico .xxii.** rege Gothorum in Hispania regnante & quomodo propter eius nequicias a suis interfectus est & de sedentibus in cathedra Petri & de Eraclio imperatore cuius tempore incepit secta Machometica .
- De Gundamiro .xxiii.** rege Gothorum in Hispania regnante & de gestis suo tempore .
- De Sissebuto .xxiiii.** rege Gothorum in Hispania regnante & de illius summa religione & de celo ad fidem catholicā & de conciliis Tolletanis suo tempore celebratis cuius tempore heresis Acefalorum presente beato ysidoro in concilio Hispalen extincta est & de uirtutibus huius regis & de sedentibus Rome & in imperio .
- De Recaredo secūdo .xxv.** rege Gothorum in Hispania regnante .
- De Suyntilla .xxvi.** rege Gothorum in Hispania regnante & quomodo exclusis uestigiis romanorum monarchiā Hispanie adeptus est & de illius uictoriis & uirtutibus & de sedentibus Rome & in imperio .
- De Sisenando .xxvii.** rege Gothorum in Hispania pertrannidem regnante .
- De Suyntilla .xxviii.** rege Gothorum in Hispania regnante cuius tempore concilia Tolletana fuerunt frequentata & de sedentibus Rome & in imperio .
- De Tulga .xxix.** rege Gothorum & de uirtutibus eius .
- De Windasuindo .xxx.** rege Gothorum in Hispania regnante & de uniuersalibus conciliis suo tempore congregatis contra Manicheos & alios hereticos : & de occurrentibus eius tempore & de sedentibus in cathedra Petri & imperio .
- De Recansuindo .xxxi.** rege Gothorum in Hispania regnante & quomodo suo tempore sub Eugenio Tolletano Archiepiscopo fuerunt celebrata aliqua concilia apud



**T**olletum & quomodo sanctus Illefonfus successit Eugenio in sede Tolletana & de huius presulis scientia & uirtutibus & de sedentibus Rome & in imperio .

**D**e Banba . xxxii . rege Gothorum in Hispania regnate & quomodo Paulum grecum ei rebellantem captiuaui apud Neumasum & quomodo inuidorum emulatione uenenatus fuit ; & tandem monachus effectus est . agitur etiam de mirabili eius assumptione & de his principibus qui sepe ex humili loco assumpti sunt .

**D**e Eringio . xxxiii . rege Gothorum in Hispania regnate quo tempore tria concilia Tolletana sub Iulliano Tolletano presule celebrata sunt & de sedentibus Rome & in imperio .

**D**e Egica . xxxiiii . rege Gothorum in Hispania regnate & de occurrentibus suo tempore .

**D**e Vitica . xxxv . rege Gothorum in Hispania regnate & de uictis & iniquitatibus eius & quomodo peremit quosdam ex genere nobili Gothorum descendentes & quomodo se dedit libidinibus & indulgit clericis ut quotquot mulieres uellent reciperent & de facenis & memorandis uerbis ad eum prolatis .

**D**e Costa . xxxvi . rege Gothorum in Hispania regnate & quomodo Viticam oculis & regno priuauit & de sedentibus Rome & in imperio .

**D**e Roderto . xxxvii . & ultimo Gothorum rege in Hispania regnante & de infelici diruptione & clade Hispanie tempore suo occurrenti & de causis dicte cladis & de uindicta & malis que ex ea sepe proueniunt & de lacrimosa lametatione prefate desolationis Hispanie & de inuestiua contra perfidum Iullianum comitem cepte ; & quare Rodericus dicitur ultimus rex Gothorum & de sarracenis qui post eum in Hispania regnarunt usque ad Pelagium & de pulchra astucia cuiusdam sarraceni regis Sibilie

& de sedentibus in cathedra Petri & imperio .

**I**ncipiunt Capitula & materie huius tertie partis historie Hispanie in qua adducuntur successiones & successus regum Hispanie post eius irruptionem incipiendo a Pelagio usque ad tempora Fernandi . iii . qui Berbicam a Mauris recuperauit .

**C**apitulum primum de Pelagio primo rege in Hispania post eius cladem & de desolatione a Mauris facta & de genealogia eiusdem Pelagii a regibus Gothorum & de preclaris gestis suo tempore .

**D**e exemplis romanorum & aliorum qui patriam a periculis liberarunt & de sedentibus in Romana sede & imperio .

**C**apitulum . ii . de Fasilla . ii . rege Hispanie post dictam cladem & quomodo ab urso extinctus est .

**D**e exemplis antiquorum qui cum feris imprudenter pugnarunt & de sedentibus in Romana sede & imperio .

**C**apitulum . iii . de Alfonso primo dicto catholico . iii . rege post cladem Hispanie & de eius genealogia & gestis .

**D**e zelo antiquorum romanorum & aliorum exterorum in restauratione patrie & de sedentibus in Romana sede & imperio .

**C**apitulum . iiii . de Froila primo qui quarto loco post cladem Hispanie regnauit & de eius genealogia & gestis .

**D**e seuita quorundam cesarum romanorum & aliorum priscorum quam in suos regnandi causa exercuerunt & de sedentibus in Romana sede & imperio .

**C**apitulum . v . de Aurelio Quinto rege Hispanie post cladem & qualiter cohercuit seruos rebellantes ; & de seuitate antiquorum erga insolentias seruorum .

**C**apitulum . vi . de Silo Sexto rege Hispanie post eius cladem .  
**D**e pena ignobilem pacem facientium & de exemplis antiquis ad hoc .



**Capitulum . vii . de Mauregato . vii . rege Hispanie post eius cladem & de indignis gestis suo tempore .**

**De boni & mali principis differentia & de exemplis antiquorum qui ignobiliter tributa dederunt hostibus & de sedentibus in Romana sede & imperio .**

**Capitulum . viii . de Veremundo primo qui . viii . loco in Hispania post cladē regnavit & nepoti regnū dimisit .**

**De exemplis antiquorum qui imperium & regna aliis renuntiarūt & de sedentibus in Romana sede & imperio .**

**Capitulum . ix . de Alfonso secundo cognominato Casto qui fuit . ix . rex post Hispanie desolationem & de gestis suo tempore & quomodo fuit magnus edificator tēploꝝ .**

**De exemplis antiquorum templa & sacra loca edificantium & de uirtute castitatis & de sedentibus in Romana sede & imperio .**

**Capitulum . x . de Ramiro primo qui fuit . x . rex post Hispanie cladem & de gestis suo tempore .**

**De auxilio diuino uisibiliter prestato his qui pro lege dei pugnant & de exemplis ad hoc & de sedentibus in Romana sede & imperio .**

**Capitulum . xi . de Ordonio primo qui in Hispania . xi . loco regnavit post eius cladem & de gestis suo tempore & de sedentibus in Romana sede & imperio .**

**Capitulum . xii . de Alfonso . iii . cognominato magno qui . xii . rex fuit in Hispania post illius cladem & gestis nobilis uiri Bernardi del carpio & de gestis suo tēpore .**

**De ingratitude principum erga fideles Vasallos & de inuidia quam paciuntur egregia facientes & de exemplis antiquorum ad hoc .**

**De fatuitate eorum qui mortem timent ut illecebris fruantur & de sedentibus in Romana sede & imperio .**

**Capitulum . xiii . de Garfia primo qui fuit in Hispania . xiii . rex post eius desolationem & de gestis suo tēpore .**

**De preclaris exemplis antiquorum qui spolia hostium deo consecrarunt & de religione principum & de sedentibus in Romana sede & imperio .**

**Capitulum . xiiii . de Ordonio . ii . qui . xiiii . loco in Hispania regnavit post cladem & de gestis suo tempore . De fide seruanda hostibus & de exemplis antiquorum qui fidem hostibus fregerunt & de sedentibus Rome & in imperio .**

**Capitulum . xv . de Froila . ii . qui fuit . xv . rex in Hispania post cladem & de sedentibus eo tēpore in Romana sede & imperio .**

**Capitulum . xvi . de Alfonso . iiii . qui in Hispania . xvi . loco post cladem regnavit & de gestis suo tempore & de sedentibus in Romana sede & imperio .**

**Capitulum . xvii . de Ramiro . ii . qui in Hispania . xvii . rex fuit post cladem & de gestis suo tempore & de innumera multitudine hostium ab eo cesorum .**

**Quando est utile hostes contra alios hostes conducere & de uitanda cupidine spoliolum hostium .**

**De clementia erga suos rebellantes & de exemplis antiquorum quomodo benignitētia conciliat suspectos & de sedentibus in Romana sede & imperio .**

**Capitulū . xviii . de Ordonio . iii . qui in Hispania . xviii . loco post cladem regnavit & de gestis suo tempore .**

**De fide uxoria & de exemplis antiquorum ad hoc & de sedentibus in Romana sede & imperio .**

**Capitulū . xix . de Ordonio . iiii . qui in Hispania . xix . loco per tyrannidem regnavit post cladem .**

**De misera condicione tyrannidis & de auuiditate regnādi & de sedentibus Rome & in imperio .**

**Capitulum . xx . de Sancto primo qui primus rex fuit Legionis & magne partis Hispanie & de excessiua pinguedine illius & quomodo fuit curatus & qualiter Castella**



fuit liberata a subiectione regni Legionis & de sedentibus in Romana sede & in imperio.

Capitulum .xxi. de Ramiro .iii. qui .xxi. loco regnavit in Legione & magna parte Hispanie post cladem & de gestis suo tempore.

De incomodis que principes paciuntur si non secuntur consilia prudentum.

De auspiciis & prodigiis in bellis non timendis & ex quibus causis proueniunt & de sedentibus Rome & in imperio.

Capitulum .xxii. de Veremundo .ii. rege Legionis & magne partis Hispanie qui post cladem .xxii. rex fuit & de uictoriis & gestis suo tempore.

De irreuerentia ad sacra templa acriter punita & de preclaris exemplis antiquorum ad hoc.

De seuera pena illorum qui manus ministris dei inferunt & de sedentibus Rome & in imperio.

Capitulum .xxiii. de Alfonso .v. qui .xxiii. rex fuit in regno Legionis & magne partis Hispanie & de gestis suo tempore.

De damnato connubio inter fidelem & infidelem & de exemplis Romanorum & antiquorum qui talia temptarunt & de sedentibus in Romana sede & imperio.

Capitulum .xxiiii. de Veremundo tercio qui in regno Legionis .xxiiii. loco regnavit & quomodo post istum Castella fuit in regnum erecta.

De mirabili potentia & prouidentia dei in regnis transferendis & diuidendis & de exemplis sacre scripture & antiquorum ad hoc & de sedentibus Rome & in imperio.

Capitulum .xxv. de Sancto dicto maiore qui .xxv. loco regnavit post cladem & quomodo fuit primus rex Castelle propter uxorem.

De punitione diuina illorum qui sacra uiolant & de preclaris

exemplis antiquorum ad hoc & de sedentibus Rome & in imperio.

Capitulum .xxvi. de Fernando primo qui .xxvi. loco post cladem regnavit & quomodo in eo regna Castelle & Legionis fuerunt unita & de gestis tempore suo.

Quomodo sancti uisibiliter auxiliantur fidelibus sibi deuotis in bellis.

De somniis & qualiter sepe multa reuelantur in somniis.

De inuidia inter fratres & coniunctos gratia regnandi & de exemplis antiquorum ad hoc.

Capitulum .xxvii. de nobilitate & strenuitate Rodertici de Biuar Cidi appellati & de uictoriis suis & quomodo a Mauris recuperauit Valentiam.

Et de multitudine hostium non timenda.

De remedijs ad tumorem expellendum a militibus & de exemplis antiquorum ad hoc & de sedentibus Rome & in imperio.

Capitulum .xxviii. de Sancto secundo qui .xxviii. loco post cladem Hispanie regnavit & de gestis suo tempore.

De moderanda uictoria & de documentis ad hoc.

De proditione cauenda & punienda & contra hostes commissa & de sedentibus in sede apostolica & imperio.

Capitulum .xxix. de Alfonso .vi. qui .xxviii. loco post cladem Hispanie regnavit & quomodo ab isto incepit regnum Portugalie & de gestis eius.

De iureiurando pernicioso in melius mutando.

De extirpandis & fugiendis blandimentis & balneis a uolentibus militare & de exemplis ad hoc. uide etiam sub Henrico .iiii. in quarta parte.

Capitulum .xxx. de Geloira & Hurraca filiabus Alfonsi .vi. & de prole earum & quomodo Alfonsus rex Aragonum eandem Vrracam duxit uxorem satis impudicam & qualiter uterque propter irreuerentiam ecclesie pessima



- morte obierunt & de Ramiro monacho electo in regem Aragonum .
- Item quomodo sepe ignoramus nostra incomoda omnibus nota & de exemplis ad hoc .
  - Item de his qui ex paruo statu repente assumuntur ad regnum & de exemplis ad hoc .
  - Item quomodo non est illudendum regibus & de exemplis ad hoc & de sedentibus Rome & in imperio .
  - **Capitulum . xxxi .** de Alfonso . vii . intitulado Imperatore qui . xxix . loco post cladem regnavit & de eius singulari iusticia ad pauperes & quomodo regna iterum diuisit .
  - Quomodo propter peccata populi regna diuiduntur & de documentis ad hoc & de sedentibus Rome & in imperio .
  - **Capitulum . xxxii .** de Sancto . iiii . Desiderato appellato qui post irruptionem Hispanie . xxx . loco regnavit & de uirtutibus & gestis suis .
  - Item de pietate & amore ad fratres & propinquos & de sedentibus Rome & in imperio .
  - **Capitulum . xxxiii .** de Fernando secundo qui post cladem Hispanie . xxxi . loco regnavit in Legione & frater eius Sanctus in Castella & quomodo fratre mortuo temptauit expellere Alfonso nepotem a regno .
  - De singulari memoranda fide Vassallorum ad principem suum & de exemplis antiquorum ad hoc & de sedentibus Rome & in imperio .
  - **Capitulum . xxxiiii .** de Alfonso . viii . qui post cladem Hispanie . xxxii . loco regnavit & de clarissima eius prole & bellis & uictoriis suo tempore occurrentibus .
  - Item de felicitate bonorum filiorum qui patres imitati sunt & de exemplis antiquorum ad hoc .
  - Item de cauenda arogantia & insolentia uerborum in magnis uiris & pulchra contra huiusmodi iactantiam .
  - **Capitulum . xxxv .** de gloriosa uictoria Alfonsi . viii .

- contra sarracenos in illo famoso bello de nauibus Tollose & quomodo crux cristi uisibiliter opem tulit & de multitudine cesorum in illo bello .
- Commemorantur etiam cedes famose & numerose antiquorum bellorum romanorum & aliorum .
  - **Capitulum . xxxvi .** de his que acciderunt regi Alfonso . viii . post bellum nauium Tollose & de ciuitatibus quas acquisiuit & de singulari facione circa arcem de çorita & de obitu eius .
  - Item de patientia principum in audiendis impugne conuiciis a suis & de exemplis ad hoc & de sedentibus in sede Romana & imperio .
  - **Capitulum . xxxvii .** de Alfonso . ix . qui post destructionem Hispanie . xxxiii . loco regnavit & quomodo in isto Alfonso regna iterum fuerunt unita .
  - Item de fide & constanti perseuerantia Castellanorum & arcum custodum & de preclaris exemplis & documentis ad hoc & de sedentibus Rome & in imperio .
  - **Capitulum . xxxviii .** de Henrico primo qui post cladem Hispanie . xxxiiii . loco regnavit & de intempestina eius morte .
  - Item de incomodis que plerumque proueniunt ex coniugiis inter sanguine coniunctos .
  - **Capitulum . xxxix .** de gloriosissimo rege Fernando qui post cladem Hispanie . xxxv . loco regnavit in Castella & Legione & quomodo utrumque regnum fuit in eius persona unitum & de claris eius filiis & qualiter Bethicam totam recuperauit & de uictoriis & clarissimis eius operibus .
  - Item quales debent esse reges erga diuinum cultum & quomodo debent bella gerere & de preclaris exemplis sacre scripture & antiquorum ad hoc .
  - Item de utilitate exercitii & usus armorum & de documentis ad hoc .



**C**apitulū . xl . de nonnullis incidentibus que huius Fernandi tēpore in diuersis partibus occurrerunt & de ortu pestifere parcialitatis in Italia uidelicet guelforum & gebellinorum & quomodo eo tēpore per Iacobū regē Aragonie Maiortca & cetere insule Baleares lucro fidei ac creuerunt & de felici obitu huius Fernādi & de diuisione in imperio & fuit electus Alfonsus . x . huius Fernandi filius .

Item quomodo optimi principes non egent statuis manu fabricatis & de exemplis ad hoc & de sedentibus in sede Petri & in imperio .

**I**ncipiūt Capitula & materie quarte partis historie Hispanie in qua adducuntur genealogie & successiones & gesta regū Hispanie post Fernandum . iii . qui Hispalim & totā Bethicam a Mauris recuperauit usq; ad tēpora Henrrici . iiii . nunc feliciter regnantis . agitur etiam de preclaris documentis & exemplis antiquorum romanorum & grecorum consimilibus ad gesta Hispanorum .

**C**apitulum primum de Alfonso . x . filio Fernandi . iii . & de Violanta eius uxore & quomodo temptauit aliam uxore recipere & de exitu eius rei & de eius nobili prole ac de uirtutibus illius presertim & de solertia in legibus condendis .

Qui fuerunt primi qui grecis & romanis leges dederūt & qua ratione Hispani leges romanas recipiunt .

**C**apitulū . ii . de liberalitate huius regis Alfonsi & mira ad calamitosos compassione & quomodo grandi pecunia redemit imperatorem Constantinopolitanum a Soldano Babilonie & de claris eius uictoriis contra Mauros .

Qualiter principes se habere debent in largiendo & in conuiuuis & de preclaris exemplis & documentis ad hoc .

+ De compassione ad redimendos captiuos .

- De constantia stupenda cuiusdam militis in custodienda arce & de exemplis ad hoc .

**C**apitulū . iii . quomodo Alfonsus . x . recuperauit oppida de Niebla & de Algarbe post longam obsidionem & singularem perseuerantiam & quomodo inconsulte liberauit regnum Portugalie ab eo tributo quo regibus Castelle tenebatur ut ad eius curias ueniret & de maximis scandalis propterea subortis .

+ Item quales debēt esse principes in augendo & non minuendo iura & honores regnorum suorum & de exemplis & documentis ad hoc .

**C**apitulum . iiii . quomodo hic Alfonsus . x . fuit electus Imperator Alamanie & de infelici exitu eius rei & de discordia inter sanctum Ludouicum regem Francie & eundem Alfonsum super iure regni & de causis discordie & quomodo fuit dissidium per matrimonium sedatum .

Item qualiter principes debent esse auidi glorie & magnarum rerum .

De multis inuidis qui doluerunt aliquid egregium ab alijs q̄ a se esse gestum & de exemplis ad hoc .

**C**apitulum . v . quare iste Alfonsus . x . dictus est astrologus & quomodo de sensu suo presumens opera dei dixit melius fieri posse & qualiter fuit diuinitus correctus & de infortuniis & incomodis que ex ea causa passus est .

Quomodo quis non est laudandus in uita & de exemplis & documentis ad hoc .

De arogantia uitanda in principibus . uide etiam sub Henrrico . iiii . penultimo capitulo .

De punitione eorum qui opera dei corrigunt & blasphemant & de exemplis ad hoc & de sedentibus suo tempore Rome & in imperio .

**C**apitulum Sextum de Sancto . iiii . filio Alfonsi & de



uirtutibus & uictoriis eius & quomodo recuperauit a Mauris Tartam & alia loca & combussit magnā classē sarracenorum & qualiter Alfonso patrem uenientem de imperto non admisit ad regnum.

Item de ambitione regnandi & de punitione eorum qui patribus insidiantur in regno & de exemplis & documētis ad hoc.

**Capitulum .vii.** de quibusdam crudelitibus Sancii & de bellis & scandalis ex ea causa secutis & de singulari fidelitate nobilis Alfonsi Petri de Gusman obsessi in Tarifa qui passus est filium interfici ne arcem assignaret & de morte Sancii.

Item de cauendo tumultu in castris.

De astucijs ad animandū milites etiā suspectos ad bellū.

De disciplina militari seuerē tenenda in bellis.

De perseuerantia in sufferenda obsidione.

De fugienda corruptione pecunie & quomodo parentes & filii sunt deserendi ne fides offendatur & de exemplis & documētis ad hoc & de sedētibz Rome & in imperto.

**Capitulum .viii.** de Fernando .iiii. rege Castelle & Legionis & de mirificis uirtutibus domine Marie matris eius & quomodo omnes reges Hispaniarum disfidarunt eundē Fernandū impuberem & contra omnes optinuit.

Item de pietate & cura materna ad filios & de documētis & exemplis antiquorum ad hoc.

**Capitulum .ix.** de uirtutibus Fernandi .iiii. presertim circa iusticiā ministrandā & de uictoriis eius & qualiter recuperauit a sarracenis Gibraltar & alia castra & de pulchra fabula quam quidam antiquus sarracenus sibi retulit & de subita eius morte ut creditur propter certas indeliberatas & festinas cedes nobilium.

Item de cauenda festinantia in sentencijs principum.

Item de consilijs sequendis per principes & de preclaris

De securitate seruanda a regibus his quos assecurant & de exemplis & documētis ad hoc.

**Capitulum .xvii.** quomodo Henricus & alii fratres regis Petri fugientes eius seuitiam regem Aragonum petierunt & de bellis inter dictum Petrum & regē Aragonū & fratres Petri & quomodo Henricus regni titulum assumpsit & regnum Castelle potēter ingreditur & de alijs occurrentibus.

**Capitulum .xviii.** quomodo rex Petrus & princeps de Gales cum copijs Anglicorum pugnauerunt cum Henrico qui pro ea uice uictus fuit & qualiter fugit in Franciam & relictis gentibus Petrum insequitur & tandē eum interfecit apud oppidum de Montiel & de alijs dignis rebus que pro tunc acciderunt inter eos.

Item quomodo princeps crudelis nunq̄ est tutus & clemens semper est bene sociatus & de exemplis ad hoc.

Qualiter crudelis crudeli morte sepe extinguitur.

Q̄ iniqua opera in caput perpetrantium uertuntur.

Item quomodo homicidia priuapum puniuntur in futuris generationes.

De preclaris uerbis cuiusdā bufonis ad Petrum iam percussum & de sedentibus Rome & in imperto.

**Capitulum .xix.** de Henrico .ii. rege Castelle & Legionis & de calamitatibus quas passus est post interfectionē fratris & qualiter predicta fratricidia Petri & sua in eis & eorum posteritate punita creduntur.

Item de obediencia coacta non refutanda & de exemplis ad hoc.

De ambitione punita eorum qui regnandi gratia in fratres seuiunt & de sacris & antiquis exemplis ad hoc.

**Capitulum .xx.** q̄ regum delicta pro rei publice quiete plerumq̄ aliqua tolleranda sunt non uindicanda & de malis que secūtur ex talibus homicidijs & uindictis quod



ostenditur plurimis auctoritatibus & exemplis sacre scripture & de ceteris incidentibus tempore huius Henrici: presertim quomodo imperator Constantinopolitanus Romam uenit & fecit unionem cum ecclesia occidentali & de sedentibus Rome & in imperio.

**Capitulum .xxi.** de Iohanne primo rege Castelle & Legionis dicti Henrici filio & de clarissimis uxoribus & filiis eius & de bello cum Portugalensibus & de causis eius & de infelici fine eiusdem belli.

Item de matrimoniis que plerumque prestant causam turbationibus regnorum.

Item quomodo superbia & insolentia facit hostes uictores.

Item non est gloriandum de potentia & fortitudine & de exemplis & documentis ad hoc.

**Capitulum .xxii.** de secundo bello inter Iohannem regem & ducem Alencastre filium regis Anglie & de causis eiusdem belli & de cladibus & malis & tandem de felici concordia per matrimonium Henrici filii Iohannis regis cum Catharina filia dicti ducis & de inopinata & festina morte eiusdem regis Iohannis & de illius uirtutibus & accidentibus suo tempore in ecclesia dei.

Item quomodo principes debent seruare festa ab ecclesia instituta & de pena transgredientium & de exemplis & documentis ad hoc & de sedentibus in Romana cathedra & imperio.

**Capitulum .xxiii.** de Henrico .iii. Iohannis filio rege Castelle & Legionis & de clarissimis filiis eius & de infante Fernando eius fratre minore natu postea rege Aragonum & de uxore & inclitis filiis eius.

Item quomodo boni principes licet paruo tempore regnent magno tempore uiuere censendi sunt.

De punitione facienda a principibus cum moderatione & clementia.

Quod non recte flagitiosi alios corrigunt & de exemplis antiquorum & documentis ad hoc.

**Capitulum .xxiiii.** de uirtutibus huius Henrici .iii. presertim de ingenti eius religione & de iusticia & liberalitate demum de filiabus eius & quibus nupsunt presertim de uirtutibus Marie que data est uxor regi Aragonum & de tempesta morte dicti Henrici & de occurrentibus suo tempore.

Item quomodo principes expellere debent a regno pestilentes & inutiles homines.

Item quomodo principes debent sapientes penes se habere & quod maiora bona consecuntur ex sapientibus quam fortiter bellantibus & de exemplis & documentis ad hoc.

Item quomodo officiales boni non sunt mutandi in re publica & de exemplis & documentis ad hoc.

Item agitur in eodem capitulo de fidelitate quam fratres & attendentes debent regi & de sedentibus Rome & in imperio.

**Capitulum .xxv.** de Iohanne .ii. Henrici filio rege Castelle & Legionis & de eius magna nobilitate & quomodo descendit ab omnibus principibus orbis.

Item de Catharina matre eius & Fernando patruo tutoribus eius & de uxoribus & filiis & filiabus suis & de preclaris uictoriis Fernandi contra Mauros tempore infante Iohannis.

Quomodo cum maxima strenuitate recuperauit antiquerant & de singulari fide & ingentibus uirtutibus Fernandi infantis.

Item quomodo principes debent esse cupidi glorie non pecunie & de preclaris principibus qui magna auri pondera refutarunt ut gloria uictorie potrentur.

Item de honore uictorie per fideles subditos attribuendo



regi & de exemplis ad hoc.

**Capitulum .xxvi.** de uacatione regni Aragonie per obitum Martini regis tempore dicti Iohannis regis Castelle & de compeditoribus in dicto regno & qualiter Fernandus cum presidis regis & regni Castelle regnum Aragonie obtinuit captiuato Vrgelensi comite.

**Capitulum .xxvii.** de singulari cura & industria Iohannis regis Castelle & Fernandi regis Aragonum pro extirpatione scismatis in dei ecclesia & qualiter pro bono unionis se subtraxerunt a Benedicto .xiii: & quomodo sumis affectibus laborarunt pro congregatione concilii Constantien & de unione inde secuta.

**Capitulum .xxviii.** quomodo Iohannes rex Castelle duxit uxorem inclitam Mariam filiam Fernandi patris sui & de Matrimonio Henrici infantis cum Catharina sorore Iohannis & de dissidiis ex ea causa subortis & de Iohanne rege Nauarre & Blanca uxore eius & de Aluaro de Luna miro modo accepto regi Iohanni & quomodo Iohannes rex Nauarre & fratres eundem Aluarum persecuti sunt.

Item de scandalis & malis que secuntur ex conubiis clandestinis inter principes & magnates & de exemplis ad hoc.

Item de moderatione tenenda in prosperitate.

**Capitulum .xxix.** de intestinis dissidiis inter Iohannem regem Castelle & Alfonso & Iohannem reges Aragonum & Nauarre & fratres suos occasione Aluari & quomodo infans Henricus a Iohanne rege Castelle fuit bis incarceratus & tandem relaxatus & de magna congregatione exercitus utriusque partis & de concordia inter eos facta per mediationem legati apostolici & reginarum Castelle & Aragonie.

Item de malis que secuntur ex priuatis dissensionibus potentum & de exemplis ad hoc.

Item quomodo seruientes regibus inuidere non debent ceteris regibus acceptis & de pulchris exemplis & documentis ad hoc.

Item de periculoso bello & dissidio intestino & domestico.

**Capitulum .xxx.** de clarissima uictoria Iohannis regis Castelle contra sarracenos in ualle Granate & de iterata discordia inter Iohannem regem Castelle & Iohannem regem Nauarre & infantem Henricum propter Aluarum de Luna & quomodo obsederunt oppidum de Medina ubi degebant rex Iohannes & Henricus & multi barones & de reuerentia et exhibitia & fuga Aluari.

Item de laudibus Alfonsi regis Aragonum.

**Capitulum .xxxi.** de redditu Aluari ad regem & iterata discordia & de bello apud oppidum de Olmedo in quo Iohannes rex Nauarre & Henricus & sibi adherentes fuerunt uicti & de confiscatione dominiorum suorum & tandem de concordia secuta & de laudibus regine Marie consorte regis Iohannis.

Item de infelici exitu illorum qui contra regem arma mouent.

**Capitulum .xxxii.** de ingenti affectu Iohannis regis Castelle ad Aluarum de Luna & tandem quomodo ob Aluari insolentiam amor in odium mutatus est.

Item quomodo singularis corda regum sunt in manu dei & de mobilitate regalis animi.

Quomodo sepe odiunt quos dilexerunt & de multis exemplis & documentis antiquorum ad hoc.

Item quomodo amici & dilecti non statim abiciendi sunt etiam si delinquant.

Item quomodo est periculosa dilectio regum & de exemplis ad hoc.

**Capitulum .xxxiii.** quomodo Aluarus de Luna predictus ruinam suam quem tandem Iohannes rex Castelle apud ciuitatem Burgem incarcerationi & facto legitimo



processu decolari publice iussit dominiis & bonis partum  
confiscatis partum filiis concessis .

Item de insolentia illorum qui abutuntur amiciciis regum .  
Item quomodo prospera parum durant .

Narrantur preclara antiquorum exempla qui post mag-  
nas prosperitates graues aduersitates passi sunt .

Item quomodo dicitur uere felix qui bene moritur .

Item quomodo non sunt dirruenda sepulchra eorum quos  
uincimus .

Capitulum . xxxiiii . de uirtutibus regis Iohannis & de  
eius felici obitu & de assumptione Henrici . iiii . filii eius  
in regem eo uiuente & de obitu Alfonsi regis Aragonum  
apud Neapolim & de illius uirtutibus .

Item quomodo sapientes sepe contra ueritatem blandi-  
untur principibus & de exemplis ad hoc .

Capitulum . xxxv . de scismate in ecclesia dei extirpato  
apud Constantiam tempore huius Iohannis regis Ca-  
stelle & de Martino papa ibi electo & de Eugenio eius  
successore & de congregatione concilii Basiliensis tempore  
eiusdem Eugenio & de infelici exitu illius congregationis  
& ceteris occurrentibus suo tempore .

Capitulum . xxxvi . de Henrico . iiii . filio Iohannis mo-  
derno rege & quomodo in inicio regni sui quietauit om-  
nes differentias cum Iohanne rege Nauarre sibi reconci-  
lians barones extra regnum existentes & demum quo-  
modo post prestam obedientiam Calisto pape . ii . no-  
uiter assumpto regnum Granate potenter ingreditur &  
quomodo duxit uxorem sororem regis Portugalie .

Item quomodo principes antequam congregantur in bellis  
debent offerre deo uota & sacrificia & oblationes .

Capitulum . xxxvii . de dissidio inter Iohannem regem  
Nauarre & Carolum filium suum & qualiter Henricus  
rex Castelle ingreditur aliquas terras Nauarre eas sibi

subiciens . deinde qualiter reges Francie & Castelle se  
mutuo uiderunt specialiter super facto principatus Ca-  
thalonie Iohanni regi Aragonum rebellantis & quomodo  
Henricus rex Castelle summa moderatione usus dominiū  
Cathalonie sibi oblatum non admisit & de causis tante  
moderationis .

Item quomodo principes debent uti moderatione & non  
sibi subicere cuncta que possunt & de exemplis & docu-  
mentis antiquorum ad hoc .

Item quomodo sepe ex mutua colloctione magnorum  
principum inuidie & dissidia oriuntur & de exemplis ad hoc .

Capitulum . xxxviii . qualiter tempore huius Henrici  
. iiii . oppidum de Gibraltar & Arehidona & plura alia  
loca recuperata sunt Mauris expulsis & de uirtutibus &  
preconiis huius Henrici piis operibus presertim quali-  
ter fuit magnificus & liberalis .

Item de liberalitate que congruit principibus & quomo-  
do debet esse moderata nec uergat in dantis & rei pu-  
blice damnum & de plurimis documentis & exemplis  
ad hoc .

Capitulum . xxxix . de strenuitate huius Henrici . iiii .  
& experientia in rebus bellicis demum de eius humani-  
tate & temperantia : modestia : sobrietate & ceteris uirtu-  
tibus & quomodo fugiebat ornatum regnum & queuis  
molia delicamenta & qualiter plurimos nobiles in altum  
euexit & quomodo delectabatur in uenationibus & mu-  
sicis concentibus .

Item quando & quomodo principes dum uiuunt sint  
laudandi .

Item quomodo naturaliter principes diligunt & exaltant  
eos qui secum sunt conuicti & de exemplis & documē-  
tis ad hoc .

Item quomodo principes debent esse temperati & sobrii



& de documentis & exemplis antiquorum ad hoc.  
Item de incomodis que principibus obueniunt ex im-  
moderata uenatione & de exemplis & documentis ad hoc.  
**C**apitulum . xl . de his que acciderunt in ecclesia tempo-  
re huius Henrici . iiii . & de Nicolao : Calixto : Pio &  
Paulo Secundo romanis pontificibus qui suo tempore  
presuerunt & de illorum laudibus ac preclaris gestis .  
Item de opusculis & libris edditis ab auctore huius libri  
dedicatis eidem Paulo summo pontifici & de Frederico  
. iiii . imperatore & quomodo bis Romam accessit.

**E**xPLICIT tabula materiarum  
& rerum in hoc libro contē-  
tarum .









